Originalia

N. Inv. 534.

534

CC VIII
40.

K. F.

[illegible]

[illegible] et [illegible] / Mor[illegible]

Dictum / [illegible] et [illegible]

[illegible] / [illegible] et [illegible]

[illegible] motu [illegible]

[illegible] motu / [illegible]

[illegible]

[illegible] in monte [illegible]

[illegible] nulla [illegible]

ad aliquos [illegible]

[illegible]

K II

Hic continetur originalia Senece primo epistole ad lucilium / 2o liber de septem artibus liberalibus
3o liber declamationum 4o de clemencia ad neronem 5o de beneficiis / 6o de naturalibus questionibus
7mo de providencia ~~divina~~ ut dei / 8o de contumelia ad Serenum / 9o liber de vita beata
10o de tranquillitate animi / 11o de brevitate vite ad paulinum 12o de consolatione fratris ad
pollibium 13o de consolatione filii ad marciam / 14o de consolatione sui ad helbiam matrem
15o liber de ira ad novatum 16o satira de claudio cesare 17o liber ad paulum
apostolum / 18o de moribus liber 19o de 4or virtutibus / vicessimo de remediis fortuitorum

Liber Michaelis de florencia comparatus et intelligatus per eundem

Lucy Anei Senece opera

CC V
40.

CCV
40

Sequuntur capitula notabilia epistolarum
Senece ad ~~[illegible]~~ libros ad Lucilium
capitula et maxime rubrice sunt

liber primus 1 De colligenda et scienda fuga temporis et non esse pauperem cui est modicum satis est. ve
Ita fac 2 De mutatione locorum et multiplicium voluminum lectione vitanda et quod honesta res est leta paupertas
Epistolas ad 3 De modo eligendi et colendi amicum et quod tam vicium est dicere omnibus quam nullis sicut vicium est omnibus credere vel nullis credere
Persevera 4 De contempnenda morte et quod magne divicie sunt secundum naturam composita paupertas
quod pertinaciter 5 De vitanda nimia vite dispositione
Intelligo 6 De malo spei et timoris et de efficatia exemplaris doctrine
Quid tibi 7 De fugiendo turbe consorcio
Tu me 8 Dispositio bucheam fortune repellat et frugalitatem commendat et quod philosophie servire libertas est
An merito 9 Qualiter sapiens se ipso contentus amico non egeat et quomodo quibus amicum sibi faciat
Sic est 10 De solitudine vitanda in stultis et de sinceritate orandi deum
11 De inmutabilibus verecundie qualitate et de ymaginatione boni viri presentia
liber 2 12 De senio senectutis et quod necessitate vivere nulla necessitas est
Quocunque
Multum 13 De utilitate exercitationis in adversis et de remediis contra mala fortuita et quod stulticia semper incipit vivere
Fateor 14 Ut non nimis amet corpus et qualiter sit vitanda notitia potentum et quod maxime divicias fruitur qui non indiget diviciis
Mos antiquus 15 De non saginando vel impinguendo corpore et de exercitatione et voce moderatione et qualiter stulti vita ingrata sit
Liquet 16 Ut ad bonam vitam venies in philosophie robore solidetur et quomodo qui ad naturam vivit numquam pauper et ad opiniones numquam dives erit
Proice 17 Quod ad philosophiam tendenti paupertas expediat
December 18 Ut sine luxuria dies festos agat et de paupertate ultro petenda et qualiter immodica ira gignit insaniam
Exulto 19 De secessu in ocium et de complexitate

gratuitatis et cupiditatis vitanda et de tota una amicitia habenda
liber tertius 20 De concordia doctrine cum vita et de inequalitate mentis timenda et de paupertatis usu et quod magnus est qui in diviciis pauper est quam securior qui caret diviciis
Si vales
21 Ut tendentem ad philosophiam impediunt mundane felicitatis falsa estimatio et quod solum studiosum notum facit aliquem clarum et quod in omni eo quod sunt cupimus cupiditatibus detrahere
Cum intellegis
22 Ut occupationes consilio relinquendo sunt non proprie utilitates fugiende et de vana querela occupatorum qui peiores moriuntur quam nascuntur
Intelligis
23 De solido et vano gaudio et de malo vite principio
Putas
24 De premeditatione futurorum periculorum et de non timenda morte in qua tamen non insultet animum et meliorum
Sollicitum
25 De corrigendo et increpandis viciis et de ymaginatione boni viri presentia
Quod ad nos
26 De non accusando defectu vel etiam latere boni viri cuius mors et connumerat et quod optimum sit mortis discere
Modo
27 De voluptatum nocivo et verum gaudio ad quod pertinemus admittendum non venit et quod iniquiter nimis dicitur quod non satis est
Tu me
28 Ut non tamen sit animi mutationem esse tollitur et de non providendo disciplina et quod primum sit salutis notitia peccati
Hoc tibi
liber quintus 29 Quod licet non omnes moneri sunt quod tamen etiam adversantes vel alludentes docendi sunt et quod non sapiens malit placere quam populo
De Marcellino
30 Et mors est de tempore vite que senectus ducit ad mortem parare etiam subitum causa quare mors timenda non sit
Bassum
31 De absentatione contempnenda et corporum laboris vel excellentia virtutis et animi
Agnosco
32 Mandat secessum a tota et curam finis vite amorem pertinendum
Inquiro
33 Quod non philosophie tota per dicta sunt et quod tempus sit ex cognitione ipse
Desideras

pmi

34 Quod delectat magistrum profectus discipuli et quod magna pars bonitatis est velle fieri bonum

35 De differentia amicitie et amoris et de vero gaudio et de constantia animi

36 De miserie felicitate et de bona honoris dignitate et quod ipsa boni animi meditatio sit contemptus mortis

lib 37 De duplici magnanimitate et quo ad veram libertatem philosophia perducit

38 De utilitate familiaris brevis et inelaborati sermonis

39 De differentia ordinarie orationis et breviarii et quod sit proprium generosi animi ad excelsa tendere et quatenus supplicitas noceat

40 De observanda pronuntiatione docet et exemplis magnis oratoribus inhibet esse tardiloquium

41 Quod in unoquoque videre honore deus habitat et quod homo est quod sola animi bonitate laudabilis

42 Rara eorum qui de potentibus male estimat et de remediis contra dampna bonorum fortuitorum

43 Quod opinionis modus facit omnia magna fieri et minima et quod pura vita a publicis oculis non querit abscondi

44 De vera nobilitate et de curare beatam vitam optamus

lib 6 45 De modo legendi contractatores et vanitate ingenii in verbis seu in rebus concedenda et quibus sit vel ...

46 Laudat volumen sibi missum dulcedine ubi docet quod in dictando facilis est eligenda materia

47 De familiaritate habenda cum servis

48 Iungiori ... opus esse in solutione quam in propositione questionis et quod ... mutuus ... et de hiis qui in tanta temporis egestate puerilibus sophismatibus intendunt

49 De velocitate temporis quod in temporibus puerilibus expendenda sed contrario virtuti redimenda

50 De falsa excusatione peccatorum et qualiter possit inveterata cordis pravitas corrigi et quod virtutes sint contra bona naturalia et vitia non innata et quod ... sub tutela facilis

lib 7 51 Amenas regiones vitandas viris exemplis docet

52 De hiis quibus homines ad philosophiam veniunt et quis in hac via sit eligendus adiutor et de illicita et vetita laudatione

De tempestate et nausea quam passus est in mari plurimus ... aut ... et ... vitia ... subiungens de ... magnificentia et fortitudine philosophie 53

De morbo suspirii ... cum se dicit affligi ubi multa ... de morte subiungit et quod sapiens de vita exit et non eicitur 54

De villa Vatie et dispositione eius et de ignavo otio vitando et quod solus sapiens sibi vivere scit et quod amicos ... esse presentes 55

Notat tumultus sub balnea ... et ad omnia vitia ad inepto ... et de magnitudine sapientie 56

De crypta Neapolitana et quod timor seu horror cadit in sapientem et quod anima hominis corporis angustiis cohiberi non potest lib octavus

58 De multiplici verborum divisione et de ... ubi exemplo ... ostendit qualiter ... ducat ad senectutem cum senectute ... nec ...

59 De vero et inani gaudio et quid sapientem in periculoso ... oporteat ... virtutibus esse munitum ... qui ... adulatoribus suis indulgent

60 ... et supplientes ... et parsimoniam ...

61 Quod sapiens ad mortem ... paratus habet et ... animi

62 De simulata et affectata occupatione et quod brevissima ad divitias ... via est

63 Consolatio de amico defuncto

64 De efficacia ... ubi boni et de augenda doctrina ... et ... veneratione 6 ...

De mundo ... ... et quod ... non ... debeat

Explicit liber nonus

Lib' 4

6.6 Claranum Notat eos qui tres gradus bonorum
faciunt dicentes unum tamen absolutum
bonum scilicet virtutem incapacem augmenti
vel detrimenti ex qua quecumque
bona sunt paria sunt

67 Ut a communibus Quod bonum esse sit optabile

68 Consilio Quod colendum sit ocium et quo modo tutum

Mutare 69 De varia loci mutatione vitanda et re-
liber 5 medium temporis brevitate

70 post longum Quod immature mortis stulta quere-
la sit. Et sera mors quid precipitanda
sit quando differenda

Subinde 71 De consilio ex summa vite capiendo
quo modo honesta res sit. De for-
titudine animi et de profectu philosophie

Quod queris 72 Quod exclusis occupationibus continua-
to studio philosophandum sit. Et
quod solum sapientis sit perpetuum

Liber 11 Errare 73 Quod nulli gratiores debent esse principibus quam philosophie
studentes. Et de excellentissima
boni viri potencia

Epistula 74 De inani metu ex quibus causis
oriatur et quibus purget remediis
Et quod ea que vulgus habet pro commodis
bona non sunt contra quod oppositione
cum solucione

Minus 75 Quod verba philosophi nec accurata debent
esse nec arida. Et de tribus generibus
in philosophia proficientium

Inimicitias 76 Quod sit etiam in senectute discendum
et quod proprium verum hominis bonum ratio
tantum vel virtus est

Subito 77 Exemplis et racionibus docet
non curandam mortem

Vexari 78 Quod multum ad bonam valitudinem adiuvat
... mollis exercitatio. Et de
tribus incommodis infirmitatis et eorum remediis

Expecto 79 De Scilla et Caribdi et Ethna. Et quod
equale in omnibus esse quod beatum
facit. Et quod gloria sit umbra virtutis

Lib' 12 Hodiernus 80 De certando in philosophia ingenio. Et
quod vera libertas excussis metu
mortis et paupertatis acquiritur

Quereris 81 Quod propter ingratitudinem non est a bene-
ficiis cessandum. De comparatione iniurie
et beneficii. Quod nemo scit referre
gratiam nisi sapiens. De bono grati-
tudinis et ingratitudinis malo

Desii iam 82 De inerti quiete vel ocio. Inducit
de morte disputationem quod licet speciem
habeat mali non tamen est bonum vel
malum quam ... reprobans
infert quod mors non nobis sed rebus

Lib' 14 Singulos 83 De statu senectutis sue pugnandum
sue. De sua frugali temperacione sua
et de ebrietate secundum aliorum et
inde suam ponit sententiam

De alternitate lectionis et stili et quo 84 Itinera
aliorum dicta per transformationem ...
De affectibus animi quos ... debemus 85 Peperceram
secundum peripateticos. Dicit sapientem tem-
perare posse non vitare secundum stoicos
et vitare. Et de beate vite perfectione

Liber 17

Exemplo Scipionis veteris balneorum 86 In ipsa
notat luxuriam. Subiectis de satoribus
et sationibus quedam delectabilia

Exemplo suo et ... frugalitatis 87 Naufragium
ad frugalitatem hortatur. Inmiscens contra
peripateticos disputationem de fortuitis
quod bona non sunt

De utilitate divisionis. De divisione sapi- 88 Rem utilem Lib' 16
entie et philosophie et ... et de
philosophie partibus

Licet invectus ... arguendo de 89 Hec Lucili
avaricia luxuria et gula

De philosophia quod non sit res beneficiaria de 90 Quis dubitare
auro primo seculo ... luxuriosos
quod Possidonium disputat artes mecha-
nicas a philosophia minime inventas et quod
illius ... seculi homines non sapien-
tes sed sapientibus similes erant

Quod ad omne quod evenire potest fir- 91 Liberalis
mandus est animus et quod omnia mortalia
mortalitate ... ne non indigne
cum equanimitate opus est ... fatum

Disputat contra eos qui dicunt solam 92 Puto
virtutem non facere beatum sine corporis
commodis vel facere quidem beatum sed
non beatissimum. Ubi tradit quod fortuita
nec bona sunt nec mala et ideo nec beatum
facere nec miserum et de excellencia animi Liber 114

De brevitate vite non curandum 93 In epistula
et quod amplissimum vite spacium est usque
ad sapientiam venire

Utrum pars philosophie preceptiva superfluat 94 Eam partem
disputatio et solutio. Et de adnotatione
contra malum popularis opinionis

Non esse petendum quod impetrare non 95 Petis
liceat. De decretis et preceptis
et quod ad consummandam sapientiam necessaria
valent secundum alterius et secundum Possidonium
alia quedam ad id esse necessaria Lib' 18

Assuescendum esse fatetur decretis 96 Tamen
vita hominum non esse ... Et quod sola 97 Erras
consuetudo leta ... ingeritur
omnibus que ... tutum
esse non potest a ... ad actum

Animandum adversus fortune ... Lib' 1 98 Numquam
... esse animus

Consolatio amici vel filii mortem 99 Epistulam
Et quod luctus non voluptate sed ...
sanandus est

Quod philosophi oratio magis debet esse simplex 100 Fabiani
et plana quam composita et polita Liber 19

De inopinato fati ... nisi ... Omnis 101
eos qui longiorem vitam suppliciis vel
turpitudine patiuntur

Cavis 102 Cavillatoria ponit de claritate post
mortem disputatorem quando sic inde philo
sophice de eadem disserit claritate

Corpus 103 De principis insidiatore quod fuit ex homine
de hominis officio et quod philosophia extendi debet

In amicitiis 104 Qualiter secessio et otium nil peregrinatio
non prosit sed notat fine [illegible]
animi. De magnanimitate et excellentia
humani spiritus et quod non debet laborem
nec mortem timere exemplo hortatur
et Katonis insinuat

Que offendant 105 Quatuor esse que homines in periculum
hominis instigant et quod singulorum incommodum
Et quod magna pars securitatis
est nichil inique facere

Tardius 106 Si affectus an sint corpora captiose
disputat quam disputationem conscriptio damnat

Ubi illa 107 liber 20 Que patienda sint ambulanti
per humane vite viam et quod premeditata le
vissima facit etiam graviora et
qualibet varietas mortalitatis et
fatum equanimiter ferenda sit

Sancto 108 De moderanda cupiditate discendi pro
fectus sit sapiente superius adire
quod maiori impetu ad philosophiam venie
ntes et senes accendunt ubi notat
eos qui philosophie docent disputare non vivere

An sapiens 109 Ambitus argumentis ostendatur
sapientem sapienti prodesse

liber 21 Commendatio 110 Non ostendens deos infestos esse
nec fieri malis et quod pretractantur
per nos philosophia notitia boni et mali
[illegible] et superatum [illegible] habere. Et
quod turpe est etiam in aqua et polenta
reponere beatam vitam

111 Non notavit De vera philosophie magnitudine qua so
phismata et cavillationes parare non putat

Corpus 112 Vectis et [illegible] solo ostendit [illegible]
ingenii pravitate fore memorabile

Desideras 113 Dialectice disputat per multa incongrua
virtutes non esse animalia moralia de for
titudine et iustitia doctrina subinferens

Quare 114 De multiplici varietate viciose orationis
et quod pro qualitate animi dicentis
eius informatur oratio ubi totum luxuria
sucinte declamat

Nimis 115 In sapiente non debet esse nimis sollicita
concinnitas et de pulchritudine animi
quod omnis hec eminentia non solida sed
[illegible] felicitas est

affectus et non se descripsit
Utrum 116 Utrum esse utiles an moderatos hic affectus
contra peripateticos tractat

Multum 117 Argumentatur contra quosdam professores
suos sapere bonum esse deinde bonum
disputationibus velud perimentibus docet
iniuncta virtutis non talia argu ta
tractanda

Exigis 118 Remittens [illegible] sollicitu
dine et [illegible] securitate quid sit
bonum et que honesti ac [illegible]

De parsimonia victus et tormento miserie Quantum 119
lucis [illegible] et mihi parum est [illegible]
Quod ad nos prima pervenit bo[num] et Epistola tua 120
in honesti et notitia ubi notat eos
qui assidue suum statum variant
Quod omnibus animalibus sit constitutionis Litigabis 121
sue sensus et quod omnibus constitutionibus
suis sensus est et quid sit constitutio
De hiis qui officia lucis noctis et pro Detrimentum
tur quod nam sequentibus omnia facilia
et expedita sunt
De abstinentia et parcitate cibus de con Itinere 123
latione vitanda et de duobus generibus
quibus que nos aut invitant aut
fugant
Si bonum non sensu sed intellectu Possum 124
comprehenditur et quod bonum in ullo est
nisi in quo ratio est Explicit
Mentis colonus et cultor morum suorum
Amicus Senece Cordubensis
ad quem suum Lucilium has morales
fecit epistolas per libros distinguens
nimia exhortatione moralis philosophie
gemitens. Incipit liber primus de colli
genda et servanda fuga temporis et non
esse paupere cui etiam modicum satis est

Ita fac mi Lucili. Vin
dica te tibi et tempus quod
adhuc aut subripiebatur
aut auferebatur aut ex
cidebat collige et serva.
Persuade tibi hoc sic
esse ut scribo quedam
tempora eripiuntur nobis quedam subducuntur
quedam effluunt. Turpissima tamen
est iactura que per negligentiam fit
et si volueris attendere maxima pars
vite elabitur male agentibus magna
nichil agentibus tota aliud age
ntibus. Quem mihi dabis qui aliquod
pretium tempori ponat qui diem estimet
qui intelligat se quottidie mori
in hoc ergo fallimur quod mortem non pro
spicimus magna pars eius iam preterit ac fac ergo
quicquid etatis retro est mors tenet. Fac
mi Lucili quod facere te scribis omnes
horas complectere. Sic fiet ut minus
ex crastino pendeas si hodierno manum
inieceris. Dum differtur vita transcurrit.
Omnia Lucili aliena sunt tempus tan
tum nostrum est in huius rei fugacis ac lu
brice possessionem natura nos misit
ex qua nos expellit quicumque vult. Et
tanta stultitia mortalium est ut que
minima et vilissima sunt certe reparabilia
imputari sibi cum impetravere patiantur.
Nemo se iudicet quicquam debere qui
tempus accepit cum interim hoc unum est
quod ne gratus quidem potest reddere. Interro
gabis fortasse quid ego faciam qui

tibi. Ex meis fateor ingenue quod apud
luxuriosum sed diligentem evenit: ratio mihi
constat impense. Non possum dicere nichil
perdere, sed quid perdam et quare et quemad-
modum dicam. Causas paupertatis mee reddam.
Sed evenit mihi quod plerisque non suo vitio
ad inopiam redactis: omnes ignoscunt,
nemo succurrit. Quid ergo est? Non puto pau-
perem cui quantulumcumque superest sat est. Tu
tamen malo serves tua, et bono tempore incipies.
Nam sicut visum est maioribus nostris, sera par-
simonia in fundo est. Non enim tantum minimum
in imo sed pessimum remanet. De muta-
cione locorum et multiplicitate voluminum
lectione vitanda. Et quod honorabilis res
est leta paupertas. E.

e. 2 Ex hiis que mihi scribis et ex hiis que
audio bonam spem de te concipio:
non discurris nec locorum mutationibus
inquietaris. Egri animi ista iactatio
est. Primum argumentum composite mentis existimo
posse consistere et secum morari. Illud autem
vide ne ista lectio multorum auctorum et omnis
habeat generis voluminum habeat aliquid vagum et insta-
bile. Certis ingeniis immorari et innu-
triri oportet, si velis aliquid trahere quod in animo
fideliter sedeat. Nusquam est qui ubique est.
Vitam in peregrinatione exigentibus hoc evenit
ut multa hospitia habeant, nullas ami-
citias. Idem accidit necesse est his qui nullius se
ingenio familiariter applicant sed omnia
cursim et properantes transmittunt. Non
prodest cibus nec corpori accedit qui
statim sumptus emittitur. Nichil eque sa-
nitatem impedit quam remediorum crebra
mutacio. Non venit vulnus ad cicatricem
in quo medicamenta temptantur. Non con-
valescit planta que sepe transfertur. Nichil
tam utile est ut in transitu prosit. Distrin-
distringit git librorum multitudo. Itaque cum legere non
possis quantum habueris, satis est habere
quantum legas. Sed modo, inquis, hunc librum
evolvere volo, modo illum. Fastidientis sto-
machi est multa degustare, que ubi varia
sunt et diversa inquinant non alunt. Probatos
itaque semper lege, et si quando ad alios diverti
libuerit, ad priores redi. Aliquid cottidie
adversus paupertatem, aliquid adversus mortem
auxilii compara, nec minus adversus ceteras
pestes; et cum multa percurreris, unum excerpe
quod illo die concoquas. Hoc ipse quoque
facio: ex pluribus que legi aliquid apprehendo.
Hodiernum hoc est quod apud Epicurum
nactus sum — soleo enim et in aliena castra
transire, non tamquam transfuga sed tamquam ex-
plorator —: Honesta, inquit, res est leta
paupertas. Nulla vero paupertas honesta
est si leta non est. Non qui parum habet

sed qui plus cupit pauper est. Quid enim re-
fert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat,
quantum pascat aut feneret, si alieno imminet,
si non acquisita sed acquirenda computet?
Quis sit divitiarum modus queris? Primus habere
quod necesse est, proximus quod sat est. De
modo eligendi et tolerandi amicum. Et quod tam
vitium est omnibus credere quam nulli. Sicut vitium
inquietum esse ut semper quiescere. E.

Epistolas ad me perferendas tradidisti, ut e. 3
tu scribis, amico tuo; deinde admo-
nes me ne omnia cum eo ad te pertinen-
tia communicem, quia non soles ne ipse quidem
id facere. Ita eadem epistola illum et dixisti amicum
et negasti. Itaque si proprio illo verbo quasi
publico usus es et sic illum amicum notasti
quomodo omnes candidatos viros bonos dici-
mus, quomodo obvios si nomen non succurrit dominos sa-
lutamus, hac abierit. Sed si aliquem amicum existimas cui
non tantundem credis quantum tibi, vehementer
erras et non satis nosti vim vere amicitie.
Errat et ille qui amicum in atrio querit, in
convivio probat. Nullum habet maius malum
occupatus homo et bonis suis obsessus quam quod
amicos sibi putat quibus ipse non est. Tu
vero omnia cum amico delibera, sed prius de ipso.
Post amicitiam credendum est, ante amicitiam
iudicandum. Isti vero prepostere officia permiscent
qui contra precepta Theofrasti cum amaverint
iudicant, et non amant cum iudicaverint.
Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipien-
dus sit. Cum placuerit fieri, toto illum pec-
tore admitte; tam audacter cum illo loquere
quam tecum. Tu quidem ita vive ut tibi nichil
committas nisi quod committere et inimico tuo possis.
Sed quia interveniunt quedam que consuetudo
facit archana, cum amico omnes curas, omnes
cogitationes tuas misce. Fidelem si puta-
veris facies. Nam quidam fallere docuerunt
dum timent falli, et illi ius peccandi sibi
suspicando fecerunt. Quid est quare ulla
verba cum amico tuo retraham? Quid est quare
me coram illo non putem solum? Quedam que
tantum amicis committenda sunt obviis nar-
rant, et in quaslibet aures quicquid illos
urit exonerant. Quidam rursus et karissimorum
conscientiam formidant, et si possent
ne sibi quidem credituri interius premunt
omne secretum. Neutrum faciendum est. Utrumque
enim vitium est, et omnibus credere et nulli. Sed
alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius.
Sic utrosque reprehendas, et eos qui semper inquieti
sunt et eos qui semper quiescunt. Nam illa
tumultu gaudens non est industria sed
exagitate mentis concursatio; et hec non est
quies que motum omnem molestiam iudicat,
sed dissolutio et languor. Itaque hoc quod apud

vii Pomponii legi animo mandabis. Quidam adeo in latebras refugerunt ut putent in turbido esse quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt et quiescenti agendum et agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera, illa dicet tibi et diem fecisse se et noctem.

De contempnendi morte et quod magne divicie sunt secundum naturam composita paupertas. Rubrica

Persevera ut cepisti et quantum potes propera, quo diucius frui emendato animo et composito possis. Frueris quidem etiam dum emendas et dum componis; alia tamen illa voluptas est que percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe pure et splendide. Tenes utique memoria quantum senseris gaudium cum pretexta posita sumpsisti virilem togam et in forum deductus es. Maius expecta cum puerile animum deposueris et te in viros philosophia transcripserit. Adhuc enim non pueritia sed quod est gravius puerilitas remanet. Et hoc quidem peius est quod auctoritatem habemus senum, vicia puerorum, nec puerorum tantum sed infantium. Illi levia, hii falsa formidant, nos utraque. Profice modo: intelliges quedam ideo minus timenda quia multum afferunt metus. Nullum magnum malum quod extremum est. Mors ad te venit: timenda erat si tecum esse posset; necesse est aut non perveniat aut transeat. Difficile est inquis animum perducere ad contemptum vite anime. Non vides quam ex frivolis causis contempnatur? Alius ante amice fores laqueo pependit, alius se precipitavit e tecto ne dominum stomachantem diucius audiret, alius ne reduceretur e fuga ferrum adegit in viscera. Non putas virtutem hoc effecturam quod efficit nimia formido? Nulli potest secura vita contingere qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat. Hoc cottidie meditare ut possis equo animo vitam relinquere, quam multi sic complectuntur et tenent quomodo qui aqua torrente rapiuntur spinas et aspera. Plerique inter mortis metum et vite tormenta miseri fluctuant et vivere nolunt, mori nesciunt. Fac itaque tibi iocundam vitam omnem pro illa sollicitudinem deponendo. Nullum bonum iuvat habentem nisi ad cuius amissionem preparatus est animus. Nullius autem rei facilior amissio est quam que desiderari amissa non potest. Ergo adversus hec que incidere possunt etiam potentissimis adhortare te et indura. De Pompei capite pupillus et spado tulere sententiam, de Crasso crudelis et insolens Parthus. Gaius Cesar iussit Lepidum Dextro tribuno prebere cervicem; ipse Cheree prestitit. Neminem eo fortuna provexit ut non tantum illi minaretur quantum permiserat. Noli huic tranquillitati confidere: momento mare evertitur, eodem die ubi luserant navigia sorbentur. Cogita posse et latronem et hostem admovere iugulo tuo gladium. Ut maior potestas absit, nemo non servus habet in te vite necisque arbitrium. Ita dico: quisquis vitam suam contempsit tue dominus est. Recognosce exempla eorum qui domesticis insidiis perierunt aut aperta vi aut dolo: intelliges non pauciores servorum ira cecidisse quam regum. Quid ad te itaque quam potens sit quem times, cum id propter quod times nemo non possit? At si forte in manus hostium incideris, victor te duci iubebit, eo nempe quo duceris. Quid te ipse decipis et hoc nunc primum quod olim patiebaris intelligis? Ita dico: ex quo natus es duceris. Hec et huiusmodi versanda in animo sunt si volumus ultimam illam horam placidi expectare, cuius metus omnes alias inquietas facit. Sed ut finem epistole imponam, accipe quod michi hodierno die placuit, et hoc quoque ex alienis ortulis sumptum est: Magne divicie sunt lege nature composita paupertas. Lex autem illa nature scis quos terminos nobis statuat? Non esurire, non sitire, non algere. Ut famem sitimque depellas non est necesse superbis assidere liminibus nec supercilium grave et contumeliosam etiam humanitatem pati, non est necesse maria temptare nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat et appositum. Ad supervacua sudatur: illa sunt que togam conterunt, que nos senescere sub tectorio cogunt, que in aliena litora impingunt. Ad manum est quod sat est. Cui cum paupertate bene convenit dives est.

De vitanda nimia vite districtione. Rubrica

Quod pertinaciter studes et omnibus omissis hoc unum agis ut te meliorem cottidie facias, et probo et gaudeo, nec tantum hortor ut perseveres sed etiam rogo. Illud autem te admoneo ne eorum more qui non proficere sed conspici cupiunt facias aliqua que in habitu tuo aut genere vite notabilia sint. Asperum cultum et intonsum caput et negligentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum et quicquid aliud ambicionem perversa via sequitur evita. Satis ipsum nomen philosophie etiam si modeste tractetur invidiosum est: quid si nos hominum consuetudini ceperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons nostra populo conveniat. Non splendeat toga, ne sordeat quidem. Non habeamus argentum

in quos solidi auri celatura descendit.
Sed non putemus frugalitatem indicium
auro argentoque caruisse. Id agamus
ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut
contrariam. Alioquin quos emendare volumus
fugamus a nobis et avertimus. Illud quoque
efficimus ut nichil imitari velint nostri
dum timent ne imitanda sint omnia.
Hoc primum philosophia promittit sensum commu-
nem, humanitatem et congregationem, a qua professione
dissimilitudo nos separabit. Videamus
ne ista per que admirationem parare
volumus ridicula et odiosa sint.
Nempe propositum nostrum est secundum naturam
vivere. Hoc contra naturam est, torquere
corpus suum et faciles odisse mundicias
et squalorem appetere et cibis non tantum vi-
libus uti sed tetris et horridis.
Quemadmodum desiderare delicatas
res luxurie est, ita usitatas et non
magno parabiles fugere dementie.
Frugalitatem exigit philosophia, non penam;
potest autem esse non incompta fru-
galitas. Hic michi modus placet:
temperetur vita inter bonos mores
et publicos; suspiciant omnes vitam
nostram sed agnoscant. Quid ergo? eadem
faciemus que ceteri? nichil inter nos
et illos intererit? Plurimum. Dissimiles
esse nos vulgus sciat cum prospexerit
prius. Qui domum intraverit nos
potius miretur quam supellectilem nostram.
Magnus ille est qui fictilibus utitur
quemadmodum argento; nec minor ille est
qui argento utitur quemadmodum fictilibus.
Infirmi animi est pati non posse divitias.
Sed huius quoque diei lucellum tecum
communicem. Apud Hecatonem nostrum
inveni cupiditatum finem etiam ad
timoris remedia proficere. Desines,
inquit, timere si sperare desieris. Di-
ces: quomodo ista tam diversa pariter
sunt? Ita est, mi Lucili: cum videantur
dissidere, coniuncta sunt. Quemadmodum eadem
cathena et custodiam et militem copulat,
sic ista que tam dissimilia sunt pariter
incedunt. Spem metus sequitur. Nec
miror ista sic ire; utrumque pendentis
animi est, utrumque futuri expectatione
solliciti. Maxima autem utriusque causa est
quod non ad presentia aptamus cogi-
tationes sed in longinqua premittimus. Itaque
providentia, maximum bonum condicionis
humane, in malum versa est. Fere pericula
que vident fugiunt; cum effugere, secure
sunt. Nos et venturo torquemur et preterito. Multa
bona nostra nobis nocent. Timorem

enim memoria reducit, providentia anti-
cipat. Nemo tantum presentibus miser est. De
malo spei et timoris. Et de efficatia ex- c. 6
emplaris doctrine. c 6

Intelligo, Lucili, non emendari
me tantum sed transfigurari. Nec pro-
mitto hoc iam aut spero, nichil
in me superesse quod mutandum sit. Quidni
multa habeam que debeant colligi, que ex-
tenuari, que attolli? Et hoc ipsum argumentum
est in melius translati animi quod vitia sua
que adhuc ignorabat videt. Quibusdam
egris gratulatio fit cum ipsi egros se esse
senserint. Cuperem itaque tecum communicare tam
subitam mutationem mei. Tunc amicicie nostre
certiorem fiduciam habere cepissem, illius vere quam
non spes, non timor, non utilitatis sue cura di-
vellit, illius cum qua homines moriuntur, pro qua
moriuntur. Multos tibi dabo qui non amico
sed amicicia caruerunt. Hoc non potest accidere
cum animos in societatem honesta cupiendi
voluntas trahit. Quidni non possit? Sciunt
enim ipsos omnia habere communia, et quidem magis adversa.
Concipere animo non potes quantum momenti afferre
michi singulos dies videam. Mitte, inquis, et nobis
ista que tam efficacia expertus es. Ego vero
omnia in te cupio transfundere, et in hoc aliquid gaudeo
discere ut doceam; nec me ulla res delectabit,
licet sit eximia et salutaris, quam michi uni
sciturus sim. Si cum hac exceptione detur
sapientia ut illam inclusam teneam nec enunciem,
reiciam. Nullius boni sine socio iocunda
possessio est. Mittam itaque ipsos libros tibi, et
ne multum opere impendas dum passim pro-
futura sectaris, imponam notas ut ad ipsa
protinus que probo et miror accedas. Plus
tamen tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit.
In rem presentem venias oportet, primum quia homines
amplius oculis quam auribus credunt; deinde
quia longum iter est per precepta, breve et efficax
per exempla. Zenonem Cleantes non expressisset
si tantummodo audisset: vite eius interfuit, secreta
perspexit, observavit illum an ex formula
sua viveret. Plato et Aristotiles et omnis in diversum
itura sapientum turba plus ex moribus quam
ex verbis Socratis traxit. Metrodorum
et Hermachum et Polionum magnos viros non
scola Epicuri sed contubernium fecit. Nec in
hoc te accerso tantum ut proficias sed ut prosis;
plurimum enim alter alteri conferemus. Interim
quoniam diurnam mercedulam tibi debeo, quid
me hodie apud Hecatonem delectaverit · cav
dicam. Queris, inquit, quid profecerim? Amicus esse
michi cepi. Multum profecit: numquam erit solus. Scito hunc amicum c. 6
De fugiendo turbe consortio. omnibus esse. · c. 1

Quid tibi vitandum precipue existimes
queris? Turbam. Nondum illi tuto

committere. Ego certe confitebor imbecillitatem meam: numquam mores quos extuli refero; aliquid ex eo quod composui turbatur, aliquid ex his que fugavi redit. Quod egris evenit quos longa imbecillitas usque eo affecit ut nusquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conversatio: nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit aut nescientibus allinit. Utique quo maior est populus cui miscemur, hoc periculi plus est. Nichil vero tam damnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo residere; tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt. Quid me existimas dicere? avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior? immo vero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus expectans et sales et aliquid laxamenti quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est: quicquid ante pugnatum est misericordia fuit; nunc omissis nugis mera homicidia sunt. Nichil habent quo tegantur; ad ictum totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis preferunt. Quid ni preferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes? omnia ista mortis more sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus obiciuntur. Interfectores interfecturis iubent obici et victorem in aliam detinent cedem; exitus pugnantium mors est. Ferro et igne res geritur. Hec fiunt dum vacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis. Quid ergo? occidit hominem. Quia occidit ille, meruit ut hoc pateretur: tu quid meruisti miser ut hoc spectes? Occide, verbera, ure! Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? Plagis agitur in vulnera, mutuos ictus nudis et obviis pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum: interim iugulentur homines, ne nichil agatur. Age, ne hoc quidem intelligitis, mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite diis immortalibus gratias quod eum docetis esse crudelem qui non potest discere. Subducendus populo est tener animus et parum tenax recti: facile transitur ad plures. Socrati et Catoni et Lelio excutere mores suos dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrum est qui cum maxime concinnamus ingenium ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium possit. Unum exemplum luxurie aut avaricie multum mali facit: convictor delicatus paulatim enervat et mollit, vicinus dives cupiditatem irritat, malignus comes quamvis candido et simplici

rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis in quos publice factus est impetus? Necesse est aut imiteris aut oderis. Utrumque autem devitandum est: ne similis malis fias quia multi sunt, neve inimicus multis quia dissimiles sunt. Recede in te ipsum quantum potes; cum his versare qui te meliorem facturi sunt; illos admitte quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, et homines dum docent discunt. Non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium ut recitare ista velis aut disputare; quod facere te vellem si haberes isti populo idoneam mercem: nemo est qui te intelligere possit. Aliquis fortasse unus aut alter incidet, et hic ipse formandus tibi erit instituendusque ad intellectum tui. Cui ergo ista didici? Non est quod timeas ne operam perdideris, si tibi didicisti. Sed ne soli michi hodie didicerim, communicabo tecum que occurrunt egregie dicta circa eundem fere sensum tria, ex quibus unum hec epistula in debitum solvet, duo in antecessum accipe. Democritus ait: Unus michi pro populo est, et populus pro uno. Democritus

Bene et ille, quisquis fuit, ambigitur enim de auctore, cum quereretur ab illo quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos perventure: Satis sunt inquit michi pauci, satis est unus, satis est nullus. Egregie hoc tertium Epicurus, cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet: Hec inquit ego non multis, sed tibi; satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Ista mi Lucili condenda in animum sunt, ut contemnas voluptatem ex plurium assensione venientem. Multi te laudant: ecquid habes cur placeas tibi, si is es quem intelligant multi? Introrsus bona tua spectent.

Virtutum beneficium fortune reprobat et frugalitatem commendat et quod philosophie servire vera libertas est R 8 e

c 8

In me illum inquis iubes vitare turbam, secedere et conscientia esse contentum? ubi illa precepta vestra que imperant in actu mori? Quid? tibi ego videor inertiam suadere? In hoc me recondidi et fores clausi ut prodesse pluribus possem. Nullus michi per otium dies exit; partem noctium studiis vendico; non vaco somno sed succumbo, et oculos vigilia fatigatos cadentesque in opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus sed a rebus, et imprimis a rebus meis: posterorum negotium ago. Illis aliqua que possint prodesse conscribo; salutares admonitiones velud medicamentorum utilium compositiones litteris

mando esse illas efficaces in meis ulce
ribus sive exitus que etiam si persanata
non sunt serpere desierunt Rectum iter
quod sero cognovi et lapsus errando aliis
demonstro Clamo vitate quecumque vulgo
placent que casus attribuit ad omne
fortuitum bonum suspitiosi pavidique sub
sistite Et fera et piscis spe aliqua delec
tante decipitur Munera ista fortune
putatis insidie sunt Quisquis vestrum tutam
vitam agere volunt volet quantum plurimum
potest ista viscata beneficia devitet
in quibus hoc quoque miserrimi fallimur quod
habere nos putamus heremus in precipitia
cursus iste deducit huius eminentis vite
exitus cadere est Deinde ne resistere quidem
licet cum cepit transversos agere felicitas
Aut saltem rectis aut semel ruere non
vertit fortuna sed cernulat et allidit
Hanc ergo sanam ac salubrem formam vite
tenete ut corpori tantum indulgeatis quantum
bone valitudini satis est Durius tractandum
est ne animo male pareat Cibus famem
sedet potus sitim extinguat vestis ar
ceat frigus domus munimentum sit
adversus infesta corporis Hanc utrum cespes
erexerit an varius lapis gentis aliene
nichil interest Scitote tam bene hominem
culmo quam auro tegi Contempnite omnia
que supervacuus labor velud ornamentum
ac decus ponit Cogitate nichil preter
animum esse mirabile cui magno nichil
magnum est Si hoc mecum si hoc cum
posteris loquor non videor tibi plus
prodesse quam cum ad vadimonium advocatus
descenderem aut tabulis testamenti a
nulum imprimerem aut in senatu candidato
vocem manum commodarem michi crede qui
nichil vel modica agere videntur maiora
agunt humana divinaque simul tractant
Sed iam finis faciendus est et aliquid
ut institui pro hac epistola dependendum
sed non de meo adhuc Epicurum compilamus
cuius hanc vocem hodierno die legi philo
sophie servias oportet ut tibi contingat vera
libertas non differtur in diem qui se illi
subiecit et tradidit statim circumagitur hoc
enim ipsum philosophie servire libertas est Potest fieri
ut me interroges quare ab Epicuro tam
multa bene dicta referam potius quam nostro
Quid est tamen quare tu istas Epicuri
voces putas esse non publicas Quam multi
poete dicunt que a philosophis aut dicta
sunt aut dicenda Non attingam tragicos

nec togatas nostras habent enim hee quoque aliquid severitatis
et sunt inter comedias ac tragedias medie quantum
disertissimorum versuum inter mimos iacet quam
multa publii non excalceatis sed coturnatis
dicenda sunt Unum versum eius qui
ad philosophiam pertinet et ad hanc partem que modo
fuit in manibus referam Alienum negat fortuita
in nostris habenda alienum est omne quicquid optando
provenit Hunc versum a te dici non paulo
melius sed astrictius memini Non est tuum
fortuna quod fecit tuum Illud etiam nunc melius
dictum a te non imputo in solutum de tuo tibi Vale

Qualiter sapiens seipso contentus amico
non egeat et quomodo quis sibi amicum faciat Epistola

An merito reprehendat in quadam
epistola Epicurus eos qui dicunt
sapientem seipso contentum esse et propter hoc amico
non indigere desideras scire Hoc obicitur
Stilboni ab Epicuro Et hiis quibus summum
bonum visum est animus impatiens In ambi
guitatem incidendum est si exprimere affatiam
uno verbo cito voluerimus intelligi Nec in
volumus illum dicere qui respuat omnis mali
sensum accipietur is qui nullum ferre possit
malum Vide ergo num satius sit aut invulnerabile
animum dicere aut animum extra omnem patientiam
positum Hoc inter nos et illos interest Noster sa
piens vincit quidem incommodum sed sentit
illorum ne sentit quidem Illud nobis et illis
commune est sapientem seipso esse contentum Sed tamen hic
vult et amicum et vicinum et contubernalem quamvis
sibi ipse sufficiat Vide quam sit se contentus
aliquando sui parte contentus est Si illi manum
aut morbus aut hostis exciderit Si quis
oculum vel oculos casus excusserit reliquie
ille sue satisfacient et erit imminuto corpore
et amputato tam letus quam integro fuit sed
que sibi desunt non desiderat non deesse
mavult Ita sapiens se contentus est non
ut velit esse sine amico sed ut possit
sed hoc quod dico possit tale est amissum
equo animo fert Sine amico quidem numquam
erit in sua potestate habet quam cito reparet Quomodo si
perdiderit Phidias statuam protinus
alteram faciat sic hic faciendarum amiciciarum
artifex substituet alium in locum amissi
Queris quomodo amicum cito facturus sit
Dicam si illud mihi tecum convenerit ut statim
tibi solvam quod debeo et quantum ad hanc
epistolam paria faciamus Hecaton ait Ego
tibi monstrabo amatorium sine medicamento
sine herba sine ullius veneficii carmine
si vis amari ama Habet autem non tantum usus
amicitie veteris et certe magna voluptatem

Sed etiam vicinum et compositione nove. Quod interest
inter metentem agricolam et serentem, hoc inter
eum qui amicum paravit et qui parat. At-
·ta· talus philosophus dicere solebat iocundius esse pingere
quam pinxisse. Illa in opere suo occupata solli-
citudo ingens oblectamentum habet ipsa occu-
patione. Non eque delectatur qui ab opere
profecto removet manum. Iam fructu
artis sue fruitur. Ipsa fruebatur arte cum
pingeret. Fructuosior est adolescentia li-
berorum, sed infantia dulcior. Nunc ad
propositum revertamur. Sapiens etiam si contentus
est se, tamen amicum habere vult, si nichil
aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna
virtus iaceat. Non ad hoc quod dicebat Epi-
·Epi· curus in hac ipsa epistola, ut habeat qui
sibi ergo egro assideat, succurrat in vincula
coniecto vel inopi, sed ut habeat aliquem cui
egro ipse assideat, quem ipse circumventum hosti-
li custodia liberet. Vale. Qui se spectat
et propter hoc ad amicitiam venit, male co-
gitat. Quemadmodum cepit, sic desinit. Pa-
ravit amicum adversus vincula laturum opem;
cum primum crepuerit cathena, discedet.
Hee sunt amicitie quas temporarias populus
appellat. Qui utilitatis causa assumptus est,
tamdiu placebit quamdiu utilis fuit. Hinc
florentes amicorum turba circumsedet,
circa eversos solitudo est, et inde amici
fugiunt ubi probantur. Hinc ista tot ne-
faria exempla sunt aliorum metu re-
linquentium, aliorum metu prodentium.
Necesse est ut initia et exitus inter se con-
gruant. Qui amicus esse cepit quia expedit,
quod pretium contra amicitiam si ullum in illa placet
preter ipsam. In quid amicum paras? Ut habeam
pro quo mori possim, ut habeam quem sequar
in exilium, cuius me morti et opponam et impendam.
Ista quam tu describis negotiatio est, non
amicitia, que ad commodum accedit, que
quid consecutura sit spectat. Non dubie
habet aliquid simile amicitie affectus amantium.
Possis dicere illam esse insanam amicitiam.
Numquid ergo quisquam amat lucri causa, numquid
ambitionis aut glorie? Ipse per se amor omnium
aliarum rerum negligens animos in cupiditatem
forme non sine spe mutue caritatis accendit.
Quid ergo? Et honestiore causa coit turpis affectus.
Non agis, inquis, nunc de hoc, sed an amicitia
Nam si propter hoc ipsam expetenda est, po-
test ad illam accedere qui se ipso contentus est. Quomodo

ergo accedit ad illam? Quomodo ad rem pulcherrimam,
non lucro captus nec varietate fortune
perterritus. Detrahit amicitie maiestatem
suam qui illam parat ad bonos casus. Con-
tentus se est sapiens. Hoc, mi Lucili, ple-
rique perperam interpretantur. Sapientem un-
dique submovent et intra cutem suam cogunt.
Distinguendum autem est quid et quatenus vox
ista promittat. Se contentus est sapiens
ad beate vivendum, non ad vivendum. Ad hoc enim
multis illi rebus opus est, ad illud tantum
animo sano et erecto et despiciente fortunam.
Volo tibi ipsum quoque distinctionem indicare. Ait
sapientem nulla re egere, et tamen multis illi
rebus opus esse. Contra stulto nulla est
opus verbis nec re aliqua; nulla re enim
uti scit, sed omnibus eget. Sapienti et
manibus et oculis et multis ad quottidianum
usum necessariis est opus. Eget nulla re. Egere
enim necessitatis est, nichil necesse sapienti
est. Ergo quamvis se ipso contentus sit, ami- ·Epi·
cis illi opus est. Hos cupit habere quam pluri-
mos, non ut beate vivat; vivit enim etiam
sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus
instrumenta non querit. Domi colitur, ex se totum
est. Incipit esse fortune subiectus si
quam partem foris querit. Qualis tamen fu-
tura est vita sapientis si sine amicis
relinquatur in custodia coniectus vel in ali-
gente alia destitutus vel in navigatione
longa retentus aut in deserto litus
eiectus. Qualis est Iovis cum resoluto
mundo et dis in unum confusis paulisper
cessante natura acquiescit sibi cogitationibus
suis traditus. Tale quid sa-
piens facit: in se reconditur, secum est. Quamdiu
quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare,
se contentus est et ducit uxorem se contentus,
et liberos tollit se contentus est, et tamen non
vivet si sine homine victurus est. Ad amici-
ciam fert illum nulla utilitas sua, sed
naturalis irritatio; nam ut aliarum nobis re-
rum innata est, sic dulcedo amicitie.
Quomodo solitudo in odium, sic et appetitio so-
cietatis amatur; quomodo hominem homini natura
conciliat, sic inest huic quoque stimulus
qui nos ad amicitias appetentes faciat.
Metrodorus cum sit amicorum amantissimus,
cum illos sibi compararet sepe preferat, dum
ut se beatum estimabit, et dic quod Stilbon
ille dixit, Stilbon quem Epicuri epistola

inquit. Hic enim capta patria, amissis liberis, amissa uxore, cum ex incendio publico solus et tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit, numquid perdidisset: Omnia, inquit, bona mea mecum sunt. Ecce vir fortis ac strenuus: ipsam hostis sui victoriam vicit. Nichil inquit perdidi; dubitare illum coegit an vicisset. Omnia mea mecum sunt: iusticia, virtus, prudencia, hoc ipsum nichil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quedam que per medios ignes sine noxa corporum transeunt; quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum et ruinas et ignes illesus et indempnis evasit. Vides quanto facilius sit totam gentem quam unum virum vincere. Hec vox illi communis est cum Stoyco: eque et hic intacta bona per concrematas urbes fert; se enim ipse contentus est; hoc felicitatem suam fine designat. Ne existimes nos solos generosa verba iactare, et ipse Stilbonis obiurgator Epycurus (Epy.) similem vocem illi emisit, quam tu boni consule, etsi hunc diem iam expunxi. Si cui, inquit, sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est. Vel si hoc modo tibi melius enunciari videtur, id enim agendum est ut non verbis serviamus sed sensibus: Miser est qui non se beatissimum iudicat, licet imperet mundo. Ut scias autem hos sensus esse communes, natura scilicet dictante, apud poetam comicum invenies: Non est beatus esse se qui non putat. Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi videtur malus? Quid ergo, inquis, si beatum se dixerit ille turpiter dives et ille multorum dominus sed plurium servus, beatus sua sententia fiet? Non quid dicat, sed quid senciat refert; nec quod uno die senciat, sed quid assidue. Non autem est quod verearis ne ad indignum res tanta perveniat: nisi sapienti sua non placent; omnis stulticia laborat fastidio sui.

De solitudine vitanda imprudentibus et de sinceritate orandi deum

10 e / c. 10

Sic est, non muto sentenciam: fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo cum quo te communicatum velim. Et vide quod iudicium meum habeas: audeo te tibi credere. Crates (Cra), ut aiunt, huius ipsius Stilbonis auditor, cuius mencionem priore epistola feci, cum vidisset adolescentem secreto ambulantem, interrogavit quid illic solus faceret. Mecum, inquit, loquor. Cui Crates: Cave, inquit, rogo et diligenter attende ne cum homine malo loquaris. Lugentem timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur. Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat: tunc mala consilia agitant, tunc aut ipsis aut aliis futura pericula struunt, tunc cupiditates improbas ordinant, tunc quicquid aut metu aut pudore celabat animus exponit, tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat. Denique quod unum solitudo habet commodum, nichil ulli committere, non timere indicem, perit stulto: ipse se prodit. Vide itaque quid de te sperem, immo quid spondeam mihi; spes enim incerti boni nomen est: non invenio cum quo te malim esse quam tecum. Repeto memoria quam magno animo quedam verba proieceris, quanti roboris plena. Gratulatus sum protinus mihi et dixi: Non a summis labris ista venerunt, habent hee voces fundamentum; iste homo non est unus e populo, ad salutem spectat. Sic loquere, sic vive; vide ne te ulla res deprimat. Votorum tuorum veterum licet diis gratias facias, alia de integro suscipe. Roga bonam mentem, bonam valitudinem animi, deinde corporis. Quidni tu ista vota sepe facias? Audacter deum roga: nichil illum de alieno rogaturus es. Sed ut more meo cum aliquo munusculo epistolam mittam, verum est quod apud Athenodorum (Athenod.) inveni: Tunc scito te esse omnibus cupiditatibus solutum, cum eo perveneris ut nichil deum roges nisi quod rogare possis palam. Nunc enim quanta dementia est hominum: turpissima vota diis insusurrant; si quis admoverit aurem, conticescent, et quod scire hominem nolunt, deo narrant. Vide ergo ne hoc precipi salubriter possit: Sic vive cum hominibus tamquam deus videat, sic loquere cum deo tamquam homines audiant. Vale.

De immutabili verecundie qualitate et de ymaginaria boni viri presencia

11 e / c. 11

Locutus est mecum amicus tuus bone indolis, in quo quantum esset animi, quantum ingenii, quantum etiam iam profectus sermo ostendit. Dedit nobis gustum, ad quem respondebit. Non enim ex preparato locutus est, sed subito deprehensus. Ubi se colligebat, verecundiam, bonum in adolescente signum, vix potuit excutere: adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hoc illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmaverit et omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapiencia naturalia corporis aut animi vicia ponuntur: quicquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. Quibusdam etiam constantissimis

in conspectu populi sudor erumpit· non aliter quam
fatigatis et estuantibus solet· Quibusdam
tremunt genua dicturis· quorundam dentes col
liduntur· lingua titubat· labia concurrunt· Hec
nec disciplina nec usus umquam excutit· sed
natura vim suam exercet et illos vitio suo
etiam robustissimos admonet· Inter hec esse
et ruborem scio qui gravissimis quoque viris subitus affun
ditur· Magis quidem in iuvenibus apparet
quibus et plus caloris est et tenera frons· nichilominus
et veteranos et senes tangit· Quidam
numquam magis quam cum erubuerint timendi sunt
quasi omnem verecundiam effuderint· Silla tunc
erat violentissimus cum faciem eius sanguis
invaserat· Nichil erat mollius ore Pompeii
numquam non coram pluribus erubuit· Fabianum
cum in senatum testis esset inductus erubuisse
memini et illum hic mire pudor decuit· Non
accidit hoc ab infirmitate mentis sed a no
vitate rei que inexercitatos etiam si non concutit
movet· naturali quoque facilitate corporis pro
nos· nam ut quidam boni sanguinis sunt ita
quidam vitiati et mobilis et cito in os prodeuntis.
Hec ut dixi nulla sapientia abigit alioquin haberet
rerum naturam sub imperio si omnia eraderet vitia.
Quecumque attribuit conditio nascendi et corporis
temperatura cum multum se diu quoque animus composuerit
herebunt· nichil horum vetari potest
non magis quam accersiri. Artifices scenici
qui imitantur affectus· qui metum et tre
pidationem exprimunt qui tristitiam representant
hoc indicio imitantur verecundiam. Deiciunt
enim vultum verba submittunt· figunt in terram
oculos et deprimunt ruborem sibi exprimere
non possunt nec prohibere· nec adducere
nichil consilium. Hec sapientia promittit nichil
proficit sui iuris sunt· iniussa veniunt
iniussa discedunt. Iam clausulam epistola
poscit· Accipe quidem utile ac salutare
quod te affigere animo volo· Aliquis vir bonus
nobis diligendus est· ac semper ante oculos
habendus· ut sic tamquam illo spectante vi
vamus et omnia tamquam illo vidente faciamus· Hec
mi Lucili Epicurus precepit· custodem
nobis et pedagogum dedit nec immerito. Magna
pars peccatorum tollitur si peccaturis testis assistit· Ali
quem habeat animus quem vereatur· cuius auctoritate et secretum
suum sanctius faciat. O felicem illum qui non presens
tantum sed etiam cogitatus emendat. O felicem
qui sic aliquem vereri potest ut ad memoriam quoque
eius se componat atque ordinet· qui sic aliquem
vereri potest cito erit verendus. Elige itaque
Catonem si hic tibi videtur nimis rigidus· eli
ge remissioris animi virum Lelium. Elige
eum cuius tibi placuit vita et oratio ipse animi

ante se ferens vultus illum semper tibi ostende
vel custodem vel exemplum· Opus est inquam
aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant
nisi ad regulam prava non corriges· Vale·

Liber ij de bono senectutis et quod in
necessitate vivere nulla necessitas est   e. s.

Quocumque me verto argumenta senectu   t. s.
tis mee video. Veneram in sub
urbanum meum et querebar de impensis
edificii dilabentis. Ait vilicus mihi non
esse neglegentie sue vitium· omnia se facere sed
villam veterem esse. Hec villa inter manus
meas crevit. Quid mihi futurum est si
tam putrida sunt etatis mee saxa. Iratus
illi proximam occasionem stomachandi
arripio. Apparet inquam has platanos
negligi· nullas habent frondes quam nodosi
sunt et retorridi rami quam tristes et squa
lidi trunci. hoc non accideret si quis has
circumfoderet si irrigaret. Iurat per genium
meum se omnia facere in nulla re cessare curam
suam· sed illas vetulas esse. Quod inter
nos sit ego illas posueram· ego illarum
primum viderem folium. Conversus ad ianuam·
Quis est inquam iste decrepitus. Et merito
ad hostium admotus· foras enim spectat.
Unde istunc nactus es· quid te delectavit
alienum mortuum tollere. At ille non cognoscis
me inquit. Ego sum Felicio cui solebas
sigillaria afferre. Ego sum Philositi
villici filius sum deliciolum tuum. Perfecte
inquam iste delirat populus etiam deliciolum
meum factus est. Prorsus potest fieri· dentes
illi cum maxime cadunt. Debeo hoc
suburbano meo quod senectus mea michi
quocumque verterem apparuit. Complectamur
illam et amemus· plena est voluptatis si illa
scias uti. Gratissima sunt poma cum
fugiunt· pueritie maximus in exitu decor
est· deditos vino potio extrema delectat
illa que mergit que ebrietati summam
manum imponit· quod in se iocundissimum
omnis voluptas habet in finem sui differt.
iocundissima est etas devexa iam non tamen
preceps· et illam quoque in extrema tegula stantem iudico
habere suas voluptates aut hoc ipsum succe
dit in locum voluptatum nullis egere. Quam
dulce est voluptates fatigasse ac reliquisse.
Molestum est inquis mortem ante oculos habere.
Primum ista tam seni ante oculos debet esse
quam iuveni non enim citamur ex censu. Deinde
nemo tam senex est ut non improbe unum
diem speret. Unus autem dies gradus vite
est. Tota etas partibus constat et habet orbes

De etatibus

circuli ductus maiores minoribus. Est aliquis
qui omnes complectitur et cingat. hic pertinet
a natali usque ad diem extremum. Est alter
qui annos adolescencie excludit. Est qui
totam puericiam ambitu suo astringit. Est
deinde per se annus in se omnia continens tempora
quorum multitudine vel multiplicacione vita
componitur. Mensis artiore precingitur circulo.
Angustissimum habet dies gyrum sed et hic ab
inicio ad exitum venit ab ortu ad occasum.
Her. Ideo Heraclitus cui cognomen fecit oracionis
obscuritas unus inquit dies par omni est. Hoc
alius aliter ~~exponit~~ excepit. dixit enim
diem parem esse horis nec mentitur. Nam si
dies est tempus xxiiij horarum necesse est
omnes inter se dies pares esse quia nox habet
quod dies perdidit. Alius ait parem esse unum
diem omnibus similitudine. nichil enim
habet longissimi temporis spacium quod non et in uno
die invenias lucem et noctem et in alterna
mundi vice plura ista facit non alias con
tractior alias productior. Itaque sic ordi
nandus est dies omnis tamquam cogat agmen
et consummet atque expleat vitam. Pacuvius
qui Syriam usu suam fecit cum vino et illis
funebribus epulis sibi parentaverat sic in
cubiculum ferebatur a cena ut inter plausus
exoletorum hoc ad symphoniam caneret
bebiotes. nullo se non die extulit. Hoc quod
ille ex mala consciencia faciebat nos ex bona
faciamus et in somnum ituri leti hilaresque
dicamus. vixi et quem dederat cursum
fortuna peregi. Crastinum si adiecerit deus
leti recipiamus. Ille beatissimus est et securus
sui possessor qui crastinum sine sollicitu
dine expectat. Quisquis dixit vixi et
cottidie ad lucrum surgit. Sed iam debeo
epistolam includere. Sic inquis sine ullo
ad me peculio veniet. noli timere aliquid
secum fert. Quare aliquid dixi multum. Quid
enim hac voce preclarius quam illi trado
ad te perferendam. Malum est in necessitate vivere
sed in necessitate vivere necessitas nulla est. Quid
ni nulla sit. patent undique ad libertatem
vie multe breves faciles. Agamus deo gratias
quod nemo in vita teneri potest. Calcare ipsas
Epy necessitates licet. Epicurus inquis dixit.
Quid tibi cum alieno. quod verum est meum
est. Perseverabo Epicurum tibi ingerere ut
isti qui in verba iurant nec quid dicatur
estimant sed a quo sciant quecumque optima
sunt esse communia. Vale. De utilitate
meditacionis contra adversa et de reme
diis contra mala fortuita et quod stul
EZ ticia semper incipit vivere.
e·2· Multum tibi esse animi scio nam et antequam
instrueres te preceptis saluta
ribus et dura vincentibus

satis adversus fortunam placebas tibi et multo
magis postquam cum illa manum conseruisti viresque
expertus es tuas que numquam certam dare fi
duciam sui possunt nisi cum multe difficultates
hinc et illinc apparuerint. Aliquando vero et propius
accesserunt. Sic verus ille animus et in alienum
non venturus arbitrium probatur. hec eius probacio
est. Non potest athleta magnos spiritus ad certamen
afferre qui numquam sugillatus est. Ille qui sanguinem
suum vidit cuius dentes crepuere sub pugno.
ille qui supplantatus adversarium toto tulit corpore
nec proiecit animum proiectus. qui quociens
cecidit contumacior resurrexit cum magna
spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinem
istam prosequar sepe iam fortuna supra te fuit.
nec tamen tradidisti te sed subsiluisti et acrior
constitisti. Multum enim sibi adicit virtus lacessita.
Tamen si tibi videtur accipe a me auxilia quibus
munire te possis. Plura sunt Lucili que nos
terrent quam que premunt et sepius opinione
quam re laboramus. Non loquor tecum Stoyca lingua
sed hac summissiore. Nos enim dicimus omnia ista
que gemitus mugitusque exprimunt. levia esse
et contempnenda. Omittamus hec magna verba
sed di boni vera. Illud tibi precipio ne sis
miser ante tempus cum illa que velut imminencia
expavisti fortasse numquam ventura sint certe non
venerint. Quedam ergo nos magis torquent
quam debeant. Quedam torquent cum omnino non
debeant. quedam ante torquent quam debeant.
aut augemus dolorem aut fingimus aut preripimus.
Primum illud quia in controversia est res et litem
contestatam habemus in presencia differatur. quod
ego leve dixero tu gravissimum esse contendes.
Scio alios inter flagella ridere. alios gemere
sub colapho. postea videbimus utrum ista suis
viribus valeant an imbecillitate nostra. Illud
presta in quociens circumsteterint qui te tibi mi
serum esse persuadeant non quid audias sed
quid sencias cogites et cum paciencia tua deliberes
ac teipse interroges qui tua optime nosti. Quid
est quare isti me deplorent quid est quod trepident
quod contagium quoque mei timeant quasi transilire cala
mitas possit. est aliquid istic mali. an res
ista magis infamis est quam mala. Ipse te interroga
Numquid sine causa crucior et mereo et quod non est
malum facio. Quomodo inquis intelligam vana sint
an vera. quibus angor. Accipe huius rei regulam
aut presentibus torquemur aut futuris aut utrisque
De presentibus facile est iudicium si corpus tuum
liberum et sanum est nec ullus ex iniuria do
lor est. videbimus quid futurum sit. hodie nichil
negocii habet at enim futurum est. primum dispice
an certa argumenta sint futuri mali. Nam
mali plerumque cum suspicionibus laboramus
et alludit nobis illa que conficere bellum fama

solet. Multa ac magis singulos conficit. Ita
est, mi Lucili: cito accedimus opinioni; non
arguimus illa que nos in metum adducunt
nec excutimus, sed trepidamus et sic vertimus
terga quemadmodum illi quos pulvis motus
fuga pecorum exuit castris, aut quos aliqua
fabula sine auctore sparsa terruerit. Nescio
quomodo magis vana perturbant; vera enim modum
suum habent. Quicquid ex incerto venit, coniecture
et paventis animi licentie traditur. Nulli itaque
tam perniciosi, tam inrevocabiles quam lymphatici
metus sunt. Ceteri enim sine ratione, hii
sine mente sunt. Inquiramus itaque rem diligenter.
Verisimile est aliquid futurum mali: non statim verum
est. Quam multa non expectata venerunt!
Quam multa expectata nusquam comparuerunt!
Etiam si futurum est, quid iuvat dolori suo occur-
rere? Satis cito dolebis cum venerit; interim tibi
meliora promitte. Quid facies lucri? Tempus.
Multa intervenient quibus vicinum periculum
aut prope admotum aut subsistat aut
desinat aut in alienum caput transeat.
Incendium ad fugam patuit; quosdam molis
ruina deposuit; aliquando gladius ab ipsa cervice
revocatus est; aliquis carnifici suo superstes
fuit. Habet etiam mala fortuna levitatem.
Fortasse erit, fortasse non erit; interim non est.
Meliora propone. Nonnumquam nullis apparentibus
signis que mali aliquid prenuntient, animus
sibi falsas imagines fingit, aut verbum aliquod
dubie significationis detorquet in peius, aut
maiorem sibi offensam proponit alicuius quam est, et
cogitat non quam iratus ille sit, sed quantum
liceat irato. Nulla autem tanto vite est,
nullus miseriarum modus, si timetur quantum
potest. Hic prudentia prosit, hic robore animi
evidentem quoque metum respue. Si minus, vitio vi-
tium repelle; spe metum tempera. Nichil tam certum
est ex hiis que timentur ut non certius sit et
formidata subsidere et sperata decipere. Ergo
spem ac metum examina, et quotiens incerta erunt
omnia, tibi fave. Crede quod mavis. Si
plures habebis sententias metus, nichilominus
in hanc partem potius inclina et perturbare te
desine, ac subinde hoc in animo volue:
maiorem partem mortalium, cum illi nec sit quicquam
mali nec pro certo sit futurum, estuare ac
discurrere. Nemo enim resistit sibi cum cepit
impelli, nec timorem suum redigit ad verum.
Nemo dicit "vanus auctor est, vanus hic aut
finxit aut credidit." Damus nos referentibus;
expavescimus dubia pro certis; non servamus
modum rerum; statim in timorem venit scrupulus.
Pudet me ibi sic tecum loqui et tam levibus
remediis fulcire. Alius dicat "fortasse
non veniet"; tu dic "quid porro si veniet?

Videbimus utrum vincat; fortasse pro me veniet,
et mors ista vitam honestabit." Cicuta magnum
Socratem fecit. Catoni gladium asser-
torem libertatis extorque: magnam partem
detraxeris glorie. Nimium diu te cohortor,
cum tibi admonitione magis quam exhortatione
opus sit. Non in diversum te a tua natura
ducimus; natus es ad ista que dicimus. Eo magis
bonum tuum auge et exorna. Sed iam finem
epistule faciam, si illi signum suum impressero,
id est aliquam vocem magnificam perferendam ad te
mandavero. "Inter cetera mala hoc quoque habet
stultitia: semper incipit vivere." Considera
quid vox ista significet, Lucili virorum
optime, et intelleges quam feda sit hominum
levitas cotidie nova vite fundamenta
ponentium, novas spes etiam in exitu inchoantium.
Circumspice tecum singulos: occurrent tibi
senes qui se cum maxime ad ambitionem,
ad peregrinationes, ad negotiandum parant.
Quid est autem turpius quam senex vivere
incipiens? Non adicerem auctorem huic
voci, nisi esset secretior nec inter vulgata
Epicuri dicta, quem mihi et laudare et adoptare
permisi. Vale. Ut non simus corpori servi, et quod sit vitanda potentia, et quod maxime divitiis fruitur qui non indiget divitiis. le. e c. 13

Fateor insitam esse nobis corporis
nostri caritatem; fateor nos huius
gerere tutelam. Non nego indul-
gendum illi; serviendum nego. Multis enim
serviet qui corpori servit, qui pro illo
nimium timet, qui ad illud omnia refert.
Sic gerere nos debemus, non tamquam propter corpus
vivere debeamus, sed tamquam non possimus
sine corpore. Huius nos nimius amor timo-
ribus inquietat, sollicitudinibus onerat,
contumeliis obicit. Honestum ei vile est cui
corpus nimis carum est. Agatur eius di-
ligentissime cura, ita tamen ut, cum exiget
ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum
in ignem sit. Nichilominus, quantum possumus,
evitemus incommoda quoque, non tantum pericula,
et in tutum reducamus nos, excogitantes subinde
quibus possint timenda depelli. Quorum
tria, nisi fallor, genera sunt: timetur inopia,
timentur morbi, timentur que per vim potentioris
eveniunt. Ex hiis omnibus nichil
nos magis concutit quam quod ex aliena potentia
impendet; magno enim strepitu et tumultu
venit. Naturalia mala que retuli, inopia
atque morbus, silentio subeunt, nec oculis
nec auribus quicquam terroris incutiunt. Ingens
alterius mali pompa est; ferrum circa

se et ignem habet cathenas et turbam ferarum
quam immissam immittat humana. Cogita hoc
loco carcerem et cruces et eculeos et uncum et
adactum per medium hominem stipitem qui per
omnes emergeret posset artus et distracta
in diversum actis curribus membra, illam
tunicam alimentis ignium et illitam et textam
et quicquid aliud preter hoc commenta sevicia
est. Non est itaque mirum si maximus huius
rei timor est cuius et varietas magna et
apparatus terribilis est. Nam quemadmodum
plus agit tortor quo plura instrumenta
doloris exposuit — species enim vel magnitudine
vincuntur qui patientie restitissent — ita ex hiis
que animos nostros subigunt et domant plus
plus proficiunt que habent quod ostendant. Ille
pestes non minus graves sunt, famem dico
et sitim et precordiorum suppurationes et febrem
viscera ipsa torrentem, sed latent, nichil
habent quod intentent, quod preferant; hec ut magna
bella aspectu paratuque vicerunt. Demus
itaque operam abstineamus offensis. Interdum
populus est quem timere debeamus; interdum
si ea civitatis disciplina est ut plurima
per senatum transigantur, gratiosi nobis sunt
in eo viri; interdum singuli quibus potestas
populi et in populum data est. Hos omnes
amicos habere operosum est, satis est inimicos
non habere. Itaque sapiens numquam potentium
iras provocabit, immo declinabit, non aliter
quam in navigando procellam. Cum peteres Si-
ciliam, traiecisti fretum. Temerarius gu-
bernator contempsit austri minas — ille est
enim qui Siculum pellagus in medium exagitat
plus quam timere debeamus exasperet et verti-
ces cogat — non sinistrum petit litus sed
illud a quo propior Caribdis maria con-
volvit. At ille cautior peritos locorum
rogat quis estus sit, que signa dent nubes;
longe ab illa regione verticibus infamem
cursum tenet. Idem facit sapiens: no-
cituram potentiam vitat, hoc primum cavens
ne vitare videatur. Pars enim securitatis et in hoc
est, non ex professo eam petere, quia que quis
fugit dampnat. Circumspiciendum ergo nobis
est quomodo a vulgo tuti esse possimus. Primum
idem nichil concupiscamus; rixa est inter compe-
titores. Deinde nichil habeamus quod cum
magno emolumento insidiantis eripi possit;
quam minimum sit in corpore tuo spoliorum. Nemo
ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut
admodum pauci; plures computant quam oderint.
Nudum latro transmittit; etiam in obsessa via
pauperi pax est. Tria deinde ex precepto
veteri prestanda sunt ut vitentur: odium, in-
vidia, contemptus. Quomodo hoc fiat sapientia
sola monstrabit. Difficile temperamentum

est verendumque ne in contemptum nos invidie
et timor transferat, ne dum calcare nolumus
videamur posse calcari. Multis timendi attu-
lit causas timeri posse. Undique nos redu-
camus; non minus contempni quam suspici nocet.
Ad philosophiam ergo fugiendum est. Hee littere, non dico
apud bonos sed apud mediocriter malos
infularum loco sunt. Nam forensis eloquentia
et quecumque alia populum movet adversarium habet;
hec quieta et sui negocii contempni non potest,
cui ab omnibus artibus etiam apud pessimos
honor est. Numquam in tantum convalescet nequitia,
numquam sic contra virtutes coniurabitur, ut non
philosophie nomen venerabile et sacrum maneat.
Ceterum philosophia illa tranquille modesteque trac-
tanda est. Quid ergo? inquis, videtur tibi M.
Catho modeste philosophari qui bellum civile
sententia reprimit, qui furentium principum ar-
mis medius intervenit, qui aliis Pompeium
offendentibus, aliis Cesarem, simul lacessit
duos? Potest aliquis disputare an illo tempore
capessenda fuerit sapienti res publica. Quid tibi
vis, M. Catho? Iam non agitur de libertate;
olim pessumdata est. Queritur utrum Cesar an
Pompeius possideat rem publicam. Quid tibi cum ista
contentione? Nulle partes tue sunt. Dominus
eligitur: quid tua uter vincat? Potest melior
vincere, non potest peior esse qui vicerit. Ultimas
partes attigi Cathonis, sed ne priores quidem anni
fuerunt qui sapientem in illam rapinam rei
publice admitterent. Quid aliud quam vociferatus
Catho et misit irritas voces, cum modo per
populi levatus manus et obrutus sputis
et portandus extra forum traheretur, et modo e se-
natu in carcerem duceretur? Sed postea videbimus
an sapienti opera ponenda sit. Interim
ad hos te Stoicos voco qui a re publica exclusi
secesserunt ad colendam vitam et humano generi
iura condenda sine ulla potentioris offensa.
Non conturbabit sapiens publicos mores
nec populum in se vite novitate convertet. Quid
ergo? Utique erit tutus qui hoc propositum sequetur?
Promittere tibi hoc non magis possum quam in homine
temperanti bonam valitudinem, et tamen facit bonam
temperantia bonam valitudinem. Perit aliqua
navis in portu: sed quid tu accidere in medio
mari credis? Quanto huic periculum paratius
foret multa agenti molientique, cui ne ocium
quidem tutum est! Pereunt aliquando innocentes,
quis negat? nocentes tamen sepius. Ars enim
constat ei qui per ornamenta percussus est. Denique
consilium rerum omnium sapiens, non exitum spectat;
initia in potestate nostra sunt, de eventu for-
tuna iudicat. Quemadmodum me sententiam non do

ac aliquid perierat nisi afferret aliquid consilio damnatur latro cum occiderit. Sicut ad quottidianam stipem manum porriges. curia [?] te stipe implebo. Et quia facta est cum merito. accipe quemadmodum versus fortis quam eius tibi esse gratior posset. Is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget. Eodem modo auctore ut scias quam benignum sim propositum est aliena laudare. Eorum est aut alicuius ex illa officina. Et quod multos quos dixit omnibus dixit. Sepe enim eget divitiis timet pro illis. Nemo aut sollicito bono fruitur adicit illis aliud studet sed de incremento cogitat oblitus est usus rationes accipit forum conterit kalendarium versat fit ex domino procurator. Vale.

De non saginando corpore vel impinguando et de spiritus exercitatione et vocis moderatione Et quare stulta vita ingrata sit &c

e XV
t e
Mos antiquis fuit usque ad meam servatus etatem primis epistole verbis addere si vales bene est ego valeo. Recte nos dicimus Si philosopharis bene est vale enim hoc demum est. Sine hoc eger est animus corpus quoque etiam si magnas habet vires non aliter quam furiosi aut frenetici validum. Ergo hanc valitudinem precipue cura deinde et illam secundam que non magno tibi constabit si volueris bene vale. Stulta est enim mi Lucili et minime conveniens litterato viro occupatio exercendi lacertos et dilatandi cervicem ac latera firmandi. Cum tibi feliciter sagina cesserit et thori creverint. nec vires umquam optimi bovis nec pondus equabis. Adde nunc quod maiore corporis sarcina animus eliditur et minus agilis est. Itaque quantum potes circumscribe corpus tuum et animo locum laxa. Multa sequuntur incommoda deditos huic cure primum exercitationes quarum labor spiritum exhaurit et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit. Deinde copia ciborum subtilitas impeditur. accedunt pessime note mancipia in magisterium recepta homines inter oleum et vinum occupati quibus ad votum dies actus est si bene desudaverunt ut in locum eius quod effluxit multum potionis altius ieiunio gutture recesserunt. Bibere et sudare vita cardiaci est. Sunt exercitationes et faciles et breves que corpus et sine mora laxant et tempori parcunt cuius precipua ratio habenda est. Cursus et cum aliquo pondere manus et motus et saltus vel ille qui corpus in altum levat vel ille qui in longum mittit vel ille ut ita dicam saliaris aut ut contumeliosius dicam fullonius quelibet ex hiis elige usum facile rude. Quicquid facies cito redi a corpore ad animum. Illum noctibus ac diebus exerce labore modico alitur. Hanc exercitationem non frigus non estus impedit nec senectus quidem id bonum cura quod vetustate fit melius. Non ergo te iubeo semper imminere libro aut pugillaribus dandum est aliquod intervallum animo ita tamen ut non resolvatur sed remittatur. Gestatio et corpus concutit et studio non officit. ut possis legere possis dictare possis loqui possis audire quorum nihil ne ambulatio quidem vetat fieri. Nec tu intentionem vocis contempseris quam vero te per gradus et certos modos extollere deinde reprimere. Quid si velis deinde quemadmodum ambules discere admittes istos quos ad nova artificia docuit fames. Erit qui gradus tuos temperet et buccas edentis observet et in tantum procedat in quantum audaciam eius patientia credulitate produxeris. Quid ergo non a clamore protinus et a summa contentione vox tua incipiet. usque adeo naturale est paulatim incitari ut litigantes quoque a sermone incipiant et ad vociferationem transeant nemo statim quiritum fidem implorat. Ergo utcumque tibi impetus animi suaserit modo vehementius fac vitiis convicium modo lentius prout vox tua et id valebit modeste cum receperis illam revocaverisque descendat non decidat mediatoris sui modum habeat et hoc indocto et rustico more desinat. Non enim id agimus ut exerceatur vox sed ut exerceat. Detraxi tibi non pusillum negotium. Una mercedula et unum grecum ad hec beneficia accedet. Ecce insigne preceptum. Stulta vita ingrata est trepida tota in futurum fertur. Quis hoc dicat inquis. Idem qui supra. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam. Habe ysio [?] non ita est. Nostra dicitur quos ceca cupiditas in iusticia [?] certe numquam satiatura precipitat quibus si quid satis esse posset fuisset qui non cogitant quam iocundum sit

16 e
c V

Nichil posse esse magnificum sic plenum esse nec ex fortuna pendere. Subinde itaque Lucili quam multa sis consecutus recordare. Cum aspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur. Si vis gratus esse adversus deos et ad vitam, cogita quam multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? te ipse antecessisti. Finem constitue quem transire non possis quidem si velis. Discedant aliquando ista insidiosa bona et sperantibus meliora quam assecutis. Si quid in illis esset solidi aliquando et implerent. Nunc haurientium sitim concitant. Mutantur speciosi apparatus et quod futuri temporis incerta sors volvit, quare potius a fortuna impetrem ut det quam a me ne petam? Quare autem petam, oblitus fragilitatis humane? congeram in quid laborem? Ecce hic ultimus dies est; ut non sit, prope ab ultimo est. **Ut ad bonam vitam veniamus in philosophie robore solidetur et quod qui ad naturam vivit numquam erit pauper, qui ad opinionem numquam dives erit. Ep**

16 e c 1

Liquere hoc tibi Lucili scio neminem posse beate vivere, nec tollerabiliter quidem sine sapientie studio, et beatam vitam perfecta sapientia effici, ceterum tollerabilem et inchoata. Sed hoc quod liquet firmandum et altius cottidiana meditatione figendum est. Plus operis est in eo ut proposita custodias quam ut honesta proponas. Perseverandum est et assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit quod bona voluntas est. Itaque tibi apud me pluribus verbis haud affirmatione nec tam longis: intelligo te multum profecisse. Unde scribis unde veniat scio; non sunt ficta nec colorata. Dicam tamen sententiam: quod iam de te spem habeo, nondum fiduciam. Tu quoque idem facias volo: non est quod tibi cito et facile credas. Excute te et varie scrutare et observa. Illud ante omnia vide, utrum in philosophia an in ipsa vita profeceris. Non est philosophia populare artificium nec ostentationi paratum; non in verbis sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur ut cum aliqua oblectatione consumatur dies et dematur otio nausia. Animum format et fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum et per ancipitia fluctuantium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est; innumerabilia accidunt singulis horis que consilium exigant, quod ab hac petendum est. Dicet aliquis: quid mihi prodest philosophia, si fatum est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Que prodest? Nam et certa mutari non possunt et nihil preparari potest adversus incerta, sed aut consilium meum deus occupavit decrevitque quid facerem, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his Lucili vel si hec omnia sunt, philosophandum est. Sive nos inexorabili lege fata constringunt, sive arbiter deus universi cuncta disposuit, sive casus res humanas sine ordine impellit et iactat, philosophia nos tueri debet. Hec adhortabitur ut deo libenter pareamus, ut fortune contumaciter resistamus. Hec docebit ut deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc ad hanc disputationem transeundum, quid sit iuris nostri si providentia imperio est aut si fatorum series illigatos trahit aut si repentina ac subita dominantur. Illo nunc revertor ut te moneam et exhortor ne patiaris impetum animi tui delabi et refrigescere. Contine illum et constitue ut animi habitus fiat quod est impetus. Iam ab initio si te bene novi circumspexisti quid epistola hec munusculi attulit: excute illam et invenies. Non est quod mireris animum meum. Adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid bene dictum est ab ullo meum est. Sicut quod ab Epicuro dictum est: Si ad naturam vives, numquam pauper eris; si ad opiniones, numquam eris dives. Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Congeratur in te quicquid multi locupletes possiderant; ultra privatum pecunie modum fortuna te provehat, auro tegat, purpura vestiat, eo deliciarum opumque magnitudine perducat ut terram marmoribus abscondas, non tantum habere tibi liceat sed calcare divitias. Accedant statue et picture et quicquid ars ulla luxurie elaboravit: maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt; ex falsa opinione nascentia ubi desinant non habent. Nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremum est; error immensus est. Retrahe ergo animum te a vanis, et cum voles scire quod petis utrum naturalem habeat an cecam cupiditatem, considera an possit alicubi consistere. Si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Vale.

Quod ad philosophiam tendenti paupertas expediat. Ep E ıv c 6

Proice omnia ista si sapis, immo ut sapias, et ad mentem bonam magno cursu ac totis viribus tende. Si quid est quo teneris, aut expedi aut incide. Moratur, inquis, me

rei familiaris sit illa dispensatio volo ut sufficiat mihi, agere possit, ne aut paupertas mihi oneri sit aut ego alicui. Cum hoc dicis, non videris vim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse; et summam quidem rei non perspicis vides, quantum philosophia prosit, pretereaque non satis subtiliter despicis, nec adhuc scis quantum ubique nos adiuvet, quemadmodum et in maximis, ut Ciceronis utar verbo, opituletur et in minima descendat. Mihi crede, advoca illam in consilium: suadebit tibi ne ad calculos sedeas. Nempe hoc queris, hoc ista dilatione vis consequi, ne tibi paupertas timenda sit. Quid si appetenda est? Multis ad philosophandum obstitere divitie; paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit se non peti; cum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat querit; aut si navigandum est, non circumstrepunt portus nec unius comitatu inquieta sunt litora; non circumstat illum turba servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum optanda est fertilitas. Facile est pascere paucos ventres et bene institutos et nihil aliud desiderantes quam impleri: parvo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desideriis instantibus satisfacere. Quid est ergo quare hanc recuses contubernalem, cuius mores sanus dives imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: "nondum habeo quantum sat est; si ad illam summam pervenero, tunc me totum philosophie dabo." Atqui nihil prius quam hoc parandum est quod tu differs et post cetera paras; ab hoc incipiendum est. "Parare" inquis "unde vivam volo." Simul et parare disce; si quid te vetat bene vivere, bene mori non vetat. Non est quod nos paupertas a philosophia revocet, ne egestas quidem. Tolleranda est enim ad hoc properantibus et fames, quam toleravere quidam in obsidionibus, et quod aliud erat illius patientie premium quam in arbitrium non cadere victoris? Quanto hoc maius est quod promittitur, perpetua libertas, nullius nec hominis timor nec dei! Et quidem vel esurienti ad ista veniendum est. Perpessi sunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, et dictu fedis tulerunt famem: hec omnia passi sunt pro regno, quo magis mireris, alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatem ut animum seditionibus liberet? Non est ergo prius acquirendum; licet ad philosophiam etiam sine viatico pervenire. Ita est: cum omnia habueris, tunc habere et sapientiam voles? Hec erit ultimum vite instrumentum et, ut ita dicam, additamentum? Tu vero, sive aliquid habes, iam philosophare (unde enim scis an iam nimis habeas?), sive nihil, hoc prius quere quam quicquam. "At necessaria deerunt." Primum deesse non poterunt, quia natura minimum petit; nature autem se sapiens accommodat. Sed si necessitates ultime inciderunt, iam dudum exiet e vita et molestus sibi esse desinet. Si vero exiguum erit et angustum quo possit vita produci, id boni consulet et ultra necessaria nihil sollicitus aut anxius ventri et scapulis suum reddet et occupationes divitum concursationesque divitias captantium securus letusque ridebit et dicet: "Quid in longum ipse te differs? expectabis fenoris questum aut ex merce compendium aut tabulas beati senis, cum fieri possis statim dives? Reputat opes sapientia, quas cuique fecit supervacuas dedit." Hec ad alios pertinent; tu locupletibus propior es. Seculum muta: nimis habes. Idem est autem omni seculo quod sat est. Poteram hoc loco epistolam claudere, nisi te male instituissem. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere: tibi valedicere non licet gratis. Quid ergo? ab Epicuro mutuum sumam: "Multis parasse divitias non finis miseriarum fuit sed mutatio." Nec hoc miror; non est enim in rebus vitium sed in ipso animo. Illa que paupertatem nobis gravem fecerat et divitias graves fecit. Quemadmodum nihil refert utrum egrum in ligneum lectum an in auratum colloces, quocumque illum transtuleris morbum secum transferet, sic nihil refert utrum animus eger in divitiis an in paupertate ponatur: malum illum suum sequitur.

Ut sine luxuria dies festus agatur et de paupertate ultro poscenda et quare in modica ira consistit

December est mensis, in quo maxime civitas sudat. c 18
Ius luxurie publice datum est; ingenti apparatu sonant omnia, tamquam quicquam inter Saturnalia intersit et dies rerum agendarum; adeo nihil interest ut videatur mihi errasse qui dixit olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem quid existimares esse faciendum c 1

Utrum nichil ex cottidiana consuetudine movendum an ne dissidere videamur cum publicis moribus et hylarius cenandum et exuendam togam. Nam quod fieri nisi in tumultu et tristi tempore civitatis non solebat voluptatis causa ac festorum dierum vestem mutavimus. Si te bene novi arbitri partibus functus. Nec per omnia nos similes esse pilleate turbe voluisses nec per omnia dissimiles nisi forte hiis maxime diebus animo imperandum est ut tunc voluptatibus solus abstineat cum in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmitatis sue capiet si ad blanda et in luxuriam trahentia nec it nec abducitur. Hoc multo fortius est ebrio ac vomitante populo siccum ac sobrium esse. Illud temperatius non excerpere se nec insignire nec misceri se omnibus et eadem sed non eodem modo facere. Licet enim sine luxuria agere festum diem. Ceterum adeo mihi placet temptare animi tui firmitatem ut ex precepto magnorum virorum tibi quoque precipiam interponas aliquot dies quibus contentus minimo ac vilissimo cibo dura atque horrida veste dicas tibi hoc est quod timebatur? In ipsa securitate animus ad difficilia se preparet et contra iniurias fortune inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit sine ullo hoste vallum iacit et supervacuo labore lassatur ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris ante rem exerceas. Hoc secuti sunt qui omnibus mensibus paupertatem imitati prope ad inopiam accesserunt ne umquam expavescerent quod sepe didicissent. Non est quod existimes me dicere ut Timoneas cenas et pauperum cellas et quicquid aliud est per quod luxuria divitiarum tedio ludit. Grabatus ille verus sit et sagum et panis durus ac sordidus. Hoc triduo et quatriduo fer interdum pluribus diebus non ut lusus sit sed experimentum. Tunc mihi crede Lucili exultabis dipondio satur et intelliges ad securitatem non opus esse fortuna. Hoc enim quod satis est necessitati dat et irata. Non est tamen quare multum tibi facere videaris. Facies enim quod multa milia servorum multa milia pauperum faciunt. Illo te nomine suspice quod facies non coactus quod tam facile erit tibi illud pati semper quam aliquando experiri. Exerceamur ad palum et ne imparatos fortuna deprehendat fiat nobis paupertas familiaris. Securius divites erimus si scierimus quam non sit grave esse pauperes.

Certos habebat dies ille magister voluptatis Epycurus quibus maligne famem extingueret visurus an aliquid deesset et an dignum quod quis magno labore pensaret. Hoc certe in hiis epistolis ait quas scripsit Charino magistratu ad Polienum et gloriatur non toto asse pasci Metrodorum qui nondum tantum profecerit toto. In hoc tu victu saturitatem putas esse? Et voluptas est voluptas autem non illa levis et fugax et subinde reficienda sed stabilis et certa. Non enim iocunda res est aqua et polenta aut frustum ordeacei panis sed summa voluptas est posse capere etiam ex hiis voluptatem et ad id se deduxisse quod eripere nulla fortune iniquitas possit. Liberiora alimenta sunt carceris sepositos ad capitale supplicium non tam anguste qui occisurus est pascit. Quanta est animi magnitudo ad id sua sponte descendere quod ne ad extrema quidem decretis timendum sit. Hoc est preoccupare tela fortune. Incipe ergo mi Lucili sequi horum consuetudinem et aliquos dies destina quibus secedas a tuis rebus minimoque te facias familiarem. Incipe cum paupertate habere commercium. Aude hospes contempnere opes et te quoque dignum finge deo. Nemo alius deo dignus est quam qui opes contempsit quarum possessionem tibi non interdico sed efficere volo ut illas intrepide possideas quod uno consequeris modo si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi si illas tamquam exituras semper aspexeris. Sed iam incipiamus epistolam complicare. Prius inquis redde quod debes. Delegabo te ad Epycurum ab illo fiet numeratio. Epi

Immodica ira gignit insaniam. Hoc quam verum sit necesse est scias cum habueris et servum et inimicum. In omnes personas hic exardescit affectus tam ex amore nascitur quam ex odio non minus inter seria quam inter lusus et iocos. Nec interest ex quam magna causa nascatur sed in qualem perveniat animum. Sic ignis non refert quam magnus sed quo incidat. Nam etiam maxima solida non receperunt. Rursus arida et corripi facilia scintillam quoque fovent usque in incendium. Ita est mi Lucili ingentis ire exitus furor est et ideo ira vitanda est non moderationis causa sed sanitatis. Vale.

De secessu in otium et de perplexitate occupationum et cupiditatum vitanda et de cena cum amico habenda

Exulto quotiens epistolas tuas accipio. Implent enim me bona spe. Iam non promittunt de te

sed respondent Ita fac oro atque obsecro quid
enim habes melius quam amicum rogare quam
propere rogaturus sed si potes subduc te
istis occupationibus si minus eripe Satis
multum temporis sparsimus Incipiamus vasa in
senectute colligere Vnde quod in mediosolo
in freto viximus moriamur in portu neque
suasero tibi nomen ex ocio petere quod nec
iactare debes nec abscondere numquam enim
usque eo te abigam ut generis humani furore
dampnato latebram tibi aliquam parare et
oblivionem velim Sed age ut ocium tuum non
emineat sed appareat deinde videbunt
de isto quibus integra sunt et prima consilia
an velint vitam per obscurum transmittere
Tibi liberum non est in medium te protulit
ingenii vigor scriptorum elegantie clare
et nobiles amicicie tanta noticia te in
vasit ut licet in extrema mersus ac penitus
recondaris tamen priora te monstrabunt tene
bras habere non potes sequitur quocumque fugeris
multum pristine lucis quiete potes vendi
care sine ullius odio sine desiderio aut
morsu animi tui Quid enim relinques quod
invitus relictum a te possis cogitare cli
entes quorum nemo te ipsum sequitur sed aliquid
a te olim amicitia petebat nunc preda
mutabunt tecta migrabit ad limen sal
nator aliud non potest proprio rei magna co
stare Ocium invito te relinquere an ad
octius malis optima quidem sicut senectus
contigisset intra natalium tuorum dominum et
te in altum fortuna misisset Tulit te longe
ab aspectu vite salubris rapida felicitas
provincia et procuratio et quicquid ab istis
promittitur maiora deinde officia te accipient
et ex aliis alia quis exitus erit quid ex
pectas donec desinas habere quod cupias
numquam erit tempus Qualem dicimus te seriem
causarum ex quibus nectitur fatum talem esse cupi
ditatum Altera ex fine alterius nascitur in
eam demersus es vitam que numquam tibi finem
miseriarum ac servitutis ipsa factura sit
subduc cervicem iugo tritam semel illam incidi
quam semper premi satius est Si te ad privata retuleris
minora erunt omnia sed affatim implebunt hec
nunc plurima et undique ingesta non capiant
utrum autem malis ex inopia satietatem an
in copia famem et avida felicitas et alienis
amicitiam exposita quod in satis tibi multi
sunt ipse aliis non eris Quomodo multi ex oculis
vetustis captata quam multa teneas propter communia
quam multa laboriose prolongare cepimus aliquod
pro ocio audiendum est an in ista sollicitudine
procurationum et deinde vilibusque officiorum
sustinendum in tumultu ac semper novis
fluctibus quos effugere nulla modestia nulla
vite quiete contingit Quomodo enim ad te
pertinet an tu quiescere velis fortuna
tua non vult quod si illi etiam nunc permiseris
crescere quoties ad successum accesserit acce
det ad metus Volo tibi hoc loco referre
dictum Mecenatis necem in ipso eculeo di
cenit ipsa enim altitudo attonat summa
Si queris in quo libro dixerit in eo
qui Prometheus inscribitur Hoc voluit dicere
attonita habet summa Est igitur tanti ulla
potentia ut sit tam ebrius sermo ingen
iosus fuit ille vir magnum exemplum
romane eloquencie daturus nisi illum
enervasset felicitas ymmo castrasset
hic te exitus manet nisi iam contrahes
vela nisi quod ille sero voluit terram
leges ¶ Poteram tecum hac Mecenatis
sententia parem facere rationem Sed moneberis
in querela sic te novi ut nolles quod
debeo iam ex asse et improbo accipere
ut se res habet ab Epicuro versura
facienda est Ante circumspiciendum est
cum quibus edas et bibas quam quid edas et
bibas Nam sine amico visceratio leonis
ac vita lupi est Hoc non contingit tibi
nisi secesseris alioquin habebis conviuas
quos ex turba salutantium nomenclator
digesserit Errat autem qui
amicum in atrio querit in convivio probat
Nullum habet maius malum occupatus
homo et bonis suis obsessus quam quod
amicos sibi putat quibus ipse non est
quod beneficia sua efficacia iudicat
ad conciliandos amicos cum quidam
quo plus debent magis oderint
leve es alienum debitorem facit grave
inimicum Quid ergo beneficia non pariunt
amicicias pariunt si acceptores licuit
eligere si collocata non sparsa sunt Itaque
dum incipis esse mens tuus interim hoc
consilio sapientum utere ut magis ad rem
existimes pertinere cuius quod accipere vale

Liber tertius de concordia doctrine
cum vita De inequalitate vite
cauenda et de paupertate beneficio
et quam magnum est esse in divitiis pauperem
et quod sit securior qui caret divitiis

ad L·III

epistola xx c. 1

Si vales et te dignum putas qui
aliquando fias tuus gaudeo. mea enim
gloria erit si te istinc ubi sine spe ex-
eundi fluctuaris extraxero. Illud autem
Lucili rogo atque hortor ut philosophiam in praecordia
yma demittas. et experimentum profectus
tui capias non oratione non scripto sed animi
firmitate cupiditatum diminucione.
verbis rebus proba. Aliud propositum
est declamantibus et assentione corone
captantibus. Aliud hiis qui iuvenum
et ociosorum aures disputacione varia
aut volubili detinent. facere docet philosophia
non dicere. Et hoc exigit ut ad legem
suam quisque vivat ne oracioni vita dissen-
tiat ut ipsa inter se vita unius sit omnium
actionum et dissensionum color. Hoc maximum
hoc est et officium sapientie et indicium. ut
verbis opera concordent. ut ipse ubique par
sibi idem quoque sit. Quis hoc prestabit. pauci
aliqui tamen. Est difficile hoc. nec hoc dico
sapientem unius semper iturum gradu sed
una via. Observa itaque numquid vestis
tua domusque dissenciant. numquid in te liberalis
sis in tuos sordidus numquid cenes frugaliter
edifices luxuriose. unam semper ad quam
vivas regulam apprehende et ad hanc omnem
vitam tuam exequa. Quidam se domi con-
trahunt dilatant foris et extendunt. vi-
cium est hec diversitas et signum vacillantis
animi ac nondum habentis tenorem suum. etiam
nunc dicam unde sit ista inconstancia et dissimilitudo
rerum consiliorum quia nemo proponit sibi quod
velit. nec si proposuit perseverat in eo sed
transilit. nec tantum mutatur sed redit et in ea
que deseruit ac dampnavit revolvitur. Itaque
ut relinquam diffiniciones sapientie veteres
et totum complectar humane vite modum. hoc
possum contentus esse. Quid est sapientia. Semper
[illegible] idem nolle ac velle. licet illam exceptiun-
culam non adicias ut rectum sit quod
velis. Non potest enim cuiquam idem semper
placere nisi rectum. Nescimus ergo homines quid
velimus nisi illo momento quo volumus. In
totum nulli velle aut nolle decretum est. va-
riatur cotidie iudicium et in contrarium vertitur
ac plerisque agitur vita per lusum. Preme
ergo quod cepisti et fortasse perduceris aut ad
summum aut eo quod summum nondum esse solus
intelliges. Quid fiat inquis huic turbe
familiarium sine re familiari. Turba
ista cum a te pasci desierit ipsa te pascet
aut quod tu beneficio tuo non potes scire paupertate
scies. illa veros certosque amicos retinebit quisquis
discesserit non te sed aliud sequebatur. Non est autem
ut obiectes unum amandam paupertatem quod a quibus
amaris ostendet. O quando ille veniet dies quo
nemo in honorem tuum mentiatur. Huc ergo cogitationes
tue tendant hoc cura hoc opta. Omnia alia
vota deo remissurus ut contentus sis temet ipso
et ex te nascentibus bonis. Que potest esse felicitas
propior. redige te ad parva ex quibus cadere
non possis. Idque ut libencius facias ad hoc
pertinebit tributum huius epistole quod statim conferam.
Invideas licet etiam nunc libenter pro me dependet — xii
Epicurus. Magnificentior mihi crede sermo
tuus in grabato videbitur et in panno. non
enim dicentur tantum illa sed probabuntur. Ego
certe aliter audio que dicat Demetrius noster — Deme[trius]
cum vidi illum nudum quanto minus quam in stramentis
incubantem. non preceptor veri sed testis est.
Quid ergo non licet divitias in sinu positas
contempnere. Quidni liceat et ille ingentis
animi est qui illas circumfusas sibi multum
diuque miratus quod venerunt ad se ridet
suasque audit magis esse quam sentit. Multum
est non corrumpi divitiarum contubernio. Magnus ille
qui in divitiis pauper est. Nescio inquis quo pau-
pertatem iste sit laturus si in illam inciderit. Itaque
in utraque mens estimanda est. nescio inquam
quam an ille paupertati indulgeat. Alioquin bone
argumentum est bone voluntatis grabatus et
pannus nisi apparuit aliquem illa non necessitate
pati sed malle. ceterum magne indolis est
ad ista non properare tamquam meliora sed preparare
tamquam ad facilia. Et sunt Lucili facilia. Cum
vero multo ante meditatus accesseris. iocunda
quoque quedam sine quibus nichil est iocundum
securitas. Necessarium ergo iudico id quod tibi
scripsi. Magnos viros sepe fecisse aliquos dies
interponere quibus nos ymaginaria paupertate
exerceamus ad veram. quod eo magis faciendum est
quia deliciis permaduimus et omnia dura ac
difficilia iudicamus. potius excitandus est ex
sompno et vellicandus est animus admonendusque
quia natura nobis minimum constituisse. Nemo
nascitur dives. Quisquis exit in lucem iussus
est lacte et panno contentus esse. ab hiis ~~initiis~~
initiis nos regna non capiunt. Vale. Epistola

Tendentem ad philosophiam impedit humane
felicitatis falsa estimacio. Et quod solum
studiosum ingenium facit aliquem clarum
Et quod obest eo quod hic turpis cupiditatibus

Cum istis tibi esse // detinendum est — epistola xxi c. 2
negotium iudicas de quibus scripseras

maiorum negotium totum habes. Tu tibi molestus es; quid velis nescis; melius probas honesta quam sequeris; vides ubi posita sit felicitas, sed ad illam pervenire non audes. Quid sit autem quod te impediat, quia ipse parum dispicis, dicam. Magna esse hec existimas que relicturus es, et cum tibi proposuisti illam securitatem ad quam transiturus es, retinet te huius vite a qua recessurus es fulgor, tamquam in sordida et obscura casurum. Erras, Lucili: ex hac vita ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem et lucem, cum hec certam originem habeat ac suam, ille niteat alieno, hoc inter hanc vitam et illam. Hec fulgore extrinsecus veniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet quisquis obstiterit; illa suo lumine illustris est. Studia te tua clarum et nobilem efficient. Exemplum Epicuri referam. Cum Idomeneo scriberet et illum a vita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam revocaret, regie tunc potentie ministrum et magna tractantem, "Si gloria" inquit "tangeris, notiorem te epistole mee facient quam omnia ista que colis et propter que coleris." Numquid ergo mentitus est? Quis Idomenea nosset nisi Epicurus illum litteris suis incidisset? Omnes illos megistanas et satrapas et regem ipsum ex quo Idomenei titulus petebatur oblivio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistole non sinunt. Nichil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener et Drusus Cesar pronepos: inter tam magna nomina taceretur nisi Cicero illum applicuisset. Profunda super nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exerent et in idem quandoque silentium abitura oblivioni resistent ac se diu vindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili: habebo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere. Virgilius noster duobus memoriam eternam promisit et prestat: "Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, nulla dies umquam memori vos eximet evo, dum domus Enee Capitoli immobile saxum accolet imperiumque pater Romanus habebit." Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra ac partes aliene potentie fuerunt, horum gratia viguit, domus frequentata est dum ipsi steterunt; post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor habetur, sed quicquid illorum memorie adhesit excipitur. Ne gratis Idomeneus in epistolam meam venerit, ipse eam de suo redimet.

Ad hunc ergo Epicurus illam nobilem sententiam scripsit qua hortatur ut Phitoclea locupletem non publica nec ambigua via faciat. "Si vis" inquit "Phitoclea divitem facere, non pecunie addiciendum sed cupiditati detrahendum est." Et apertior ista sententia est quam ut interpretanda sit, et disertior quam ut adiuvanda. Hoc unum te admoneo, ne istud tantum de divitiis dictum putes: quocumque transtuleris, idem poterit. "Si vis Phitoclea honestum facere, non honoribus addiciendum sed cupiditatibus detrahendum." Hac voce non est quod Epicuri esse iudices. "Si vis Phitoclea esse in perpetua voluptate, non voluptatibus addiciendum est sed cupiditatibus detrahendum." "Si vis Phitoclea senem facere et implere vitam, non annis addiciendum est sed cupiditatibus detrahendum." Has voces non est quod Epicuri esse iudices: publice sunt. Quod fieri in senatu solet faciendum ego in philosophia existimo: cum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat, iubeo illum dividere sententiam et sequor quod probo. Eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro ut istis qui ad illa confugiunt spe mala inducti, qui velamentum ipsos vitiorum suorum habituros existimant, probem quocumque ierint honeste esse vivendum. Cum adieris eius ortulos et inscriptum ortulis "Hospes, hic bene manebis, hic summum bonum voluptas est", paratus erit istius domicilii custos hospitalis humanus, et te polenta excipiet et aquam quoque large ministrabit et dicet "Et quidem bene acceptus es?" "Non irritant" inquit "hi ortuli famem sed extinguunt, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali et gratuito remedio sedant. In hac voluptate consenui." De his tecum desideriis loquor que consolationem non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut desinant. Nam de illis extraordinariis, que licet differre, licet castigare et opprimere, hoc unum commonefaciam: ista voluptas naturalis est, non necessaria. Huic nichil debes; si quid impendis voluntarium est. Venter precepta non audit: poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor: parvo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes.

Quod occupationes consilio relinquende sunt non precipitanter fugiende et de vana querela occupatorum qui peiores moriuntur quam nascantur.

Ad L. XXII

e. 22 c. 3

Iam intelligis educendum esse te ex istis occupationibus speciosis et malis. Sed quomodo id consequi possis queris. Quedam non nisi a presente monstrantur. Non potest medicus per epistolas tibi cibi aut balnei tempus eligere; vena tangenda est. Vetus proverbium est gladiatorem in arena capere consilium. Aliquid adversarii vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in commune et mandari potest et scribi. Tale consilium non tantum absentibus sed etiam posteris datur. Illud alterum, quando fieri debeat aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit. Cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantum presentis sed vigilantis est occasionem observare properantem. Itaque hanc circumspice, hanc si videris prehende, et toto impetu, totis viribus id age ut te istis officiis exonerabis. Et quidem quam sententiam feram attende. Censeo aut ex ista vita tibi aut e vita exeundum. Sed idem illud existimo leni eundum via, ut quod male implicuisti solvas potius quam abrumpas, dummodo, si alia solvendi ratio non erit, vel abrumpas. Nemo tam timidus est ut malit semper pendere quam semel cadere. Interim, quod primum est, impedire te noli. Contentus esto negotiis in que descendisti vel, quod videri mavis, incidisti. Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdes excusationem et apparebit te non incidisse. Ista enim que dici solent falsa sunt: non potui aliter. Quid si nollem? Necesse erat. Nulli necesse est felicitatem cursu sequi. Est aliquid, etiam si non repugnare, subsistere nec instare fortune ferenti. Numquid offenderis si in consilium non venio tantum sed advoco, et quidem prudentiores quam ipse sum, ad quos soleo deferre si quid delibero? Epicuri epistolam ad hanc rem pertinentem lege, que Idomeneo scribitur, quem rogat ut quantum potest fugiat et properet, antequam aliqua vis maior interveniat et auferat libertatem recedendi. Idem tamen subicit nihil esse temptandum nisi cum apte poterit tempestiveque temptari; sed cum illud tempus captatum diu venerit, exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem vetat et sperat salutarem etiam ex difficillimis exitum, si nec properemus ante tempus nec cessemus in tempore. Puto nunc et Stoicam sententiam queris. Non est quod quisquam illos apud te temeritatis infamet: cautiores quam fortiores sunt. Expectas

al. leniendum

epi.

Stoy.

forsitan ut hec tibi dicant: Turpe est cedere oneri; luctare cum officio quod semel recepisti. Non est vir fortis ac strenuus qui laborem fugit, nisi crescit illi animus ipsa rerum difficultate. Dicentur tibi ista, si opere pretium habebit perseverantia, si nichil indignum bono viro faciendum patiendumve erit. Alioquin sordido se et contumelioso labore non conteret nec in negotiis erit negotii causa. Ne illud quidem quod existimas facturum eum faciet, ut ambitiosis rebus implicitus semper estus earum ferat. Sed cum viderit gravia in quibus volutatur, incerta, ancipitia, referet pedem, non vertet terga, sed sensim recedet in tutum. Facile autem est, mi Lucili, occupationes evadere, si occupationum pretia contempseris. Illa sunt que nos morantur et detinent. Quid ergo? tam magnas spes relinquam? ab ipsa messe discedam? nudum erit latus, incomitata lectica, atrium vacuum? Ab his ergo inviti homines recedunt et mercedem miseriarum amant, ipsas execrantur. Sic de ambitione quomodo de amica queruntur, id est, si verum affectum eorum inspicias, non oderunt sed litigant. Excute istos qui quod cupiere deplorant et de earum rerum loquuntur fuga quibus carere non possunt. Itaque, Lucili, paucos servitus, plures servitutem tenent. Sed si deponere illa in animo est et libertas bona fide placuit, in hoc autem unum advocationem petis, ut sine perpetua sollicitudine id tibi facere contingat, quidni tota te cohors Stoicorum probatura sit? Omnes Zenones et Chrysippi moderata et honesta tibi suadebunt. Sed si propter hoc tergiversaris, ut circumspicias quantum feras tecum et quam magna pecunia instruas otium, numquam exitum invenies. Nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorem vitam propitiis diis, sed non sic quomodo istis propitii sunt quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc unum excusati, quod ista que urunt, que excruciant, optantibus data sunt. Iam imprimebam epistole signum; reseranda est ut cum sollempni ad te munusculo veniat et aliquam magnificam vocem ferat secum; et occurrit michi ecce nescio utrum verior an eloquentior. Cuius? inquis. Epicuri. Adhuc enim alienas sarcinas adoro. Nemo non ita exit e vita tamquam modo intraverit. Quemcumque vis occupa, adolescentem, senem, medium: invenies eque timidum mortis, eque inscium vite. Nemo quicquam habet facti; in futurum enim nostra distulimus. Nichil me magis

in ista voce delectat quod comprobatur sensibus
infancia. Nemo inquit aliter quam quomodo natus
est exit e vita. Falsum est: peiores morimur
quam nascimur. Nostrum istud non nature vitium est.
Illa de nobis conqueri debet et dicere quid
hoc est? sine cupiditatibus vos genui, sine ti-
moribus, sine superstitionibus, sine perfidia ceteris-
que pestibus. Quales intrastis tales exite.
Percepit sapientiam si quis tam securus moritur
quam nascitur. Nunc vero trepidamus cum periculum
accessit; non animus nobis, non color constat,
lacrime nihil profuture cadunt. Quid est turpius
quam in ipso limine securitatis esse sollicitum? Causa
autem hec est quod inanes omnium bonorum sumus,
vite laboramus. Non enim apud nos pars eius
ulla subsedit: transmissa est et effluxit. Nemo
quam bene vivat sed quamdiu curat, cum omnibus
possit contingere ut bene vivat, ut diu nulli. Vale.

De solido animi gaudio et de malo vite principio Ep(istola)

e 23 Putas me tibi scripturum quam humane nobiscum hiems egerit,
que et remissa fuit et brevis, quam ma-
ligne ver sit, quam preposterum frigus,
et alias ineptias verba querentium. Ego
vero aliquid quod et mihi et tibi prodesse possit
scribam. Quid autem id erit nisi ut te exhorter
ad bonam mentem? Huius fundamentum quod sit
queris? ne gaudeas vanis. Fundamentum
hoc esse dixi: culmen est. Ad summa pervenit
qui scit quo gaudeat, qui felicitatem
in aliena potestate non posuit. Sollicitus est
et incertus sui quem spes aliqua proritat,
licet ad manum sit, licet non ex difficili
petatur, licet numquam illum sperata decepe-
rint. Hoc ante omnia fac, mi Lucili: disce
gaudere. Existimas nunc me detrahere tibi multas
voluptates qui fortuita submoveo, qui
spem et dulcissima oblectamenta devitanda
existimo? Immo contra nolo tibi umquam deesse
leticiam. Volo illam tibi domi nasci: nasci-
tur si modo intra te ipsum fit. Cetere hylaritates
non implent pectus; frontem remittunt, leves
sunt, nisi tu iudicas eum gaudere qui ridet.
Animus debet esse alacer et fidens et super
omnia erectus. Michi crede, verum gaudium
res severa est. An tu existimas quemquam
soluto vultu et, ut isti delicati loquuntur, hilari-
culo mortem contempnere, paupertati domum
aperire, voluptates tenere sub freno, medi-
tari dolorum pacientiam? Hec qui apud se versat
in magno gaudio est, sed parum blando.
In huius gaudii possessione esse te volo:
numquam deficiet cum semel unde petatur inveneris.
Levium metallorum fructus in summo est:
illa opulentissima sunt quorum in alto
latet vena assidue plenius responsura
fodienti. Hec quibus delectatur vulgus te-
nuem habent ac perfusoriam voluptatem,
et quodcumque invectitium gaudium est funda-
mento caret; hoc de quo loquor, ad quod te co-
nor perducere, solidum est et quod plus pateat
introrsus. Fac, oro te, Lucili carissime, quod
unum te potest prestare felicem: dissice et conculca
ista que extrinsecus splendent, que tibi
promittuntur ab alio vel ex alio; ad verum
bonum specta et de tuo gaude. Quid est
autem hoc 'de tuo'? te ipso et tui optima parte.
Corpusculum quoque, etiam si nichil fieri sine
illo potest, magis necessariam rem crede quam
magnam; vanas suggerit voluptates,
breves, penitendas, ac nisi magna modera-
tione temperantur in contrarium abituras.
Ita dico: in precipiti voluptas ad dolorem
vergit, nisi modum teneat. Modum autem
tenere in eo difficile est quod bonum esse cre-
dideris. Veri boni aviditas tuta est. Quod
sit istud interrogas, aut unde subeat?
Dicam: ex bona conscientia, ex honestis consiliis,
ex rectis actionibus, ex contemptu fortui-
torum, ex placido vite et continuo
tenore unam prementis viam. Nam illi qui
ex aliis propositis in alia transiliunt aut ne
transiliunt quidem sed casu quodam trans-
mittuntur, quomodo habere quicquam certum mansurumve
possunt suspensi et vagi? Pauci sunt qui
consilio se suaque disponant. Ceteri eorum
more que fluminibus innatant non eunt
sed feruntur. Ex quibus alia lenior unda
detinuit ac mollius vexit, alia vehe-
mentior rapuit, alia proxima ripe cursu
languescente deposuit, alia torrens impetus
in mare eiecit. Ideo constituendum est quid
velimus et in eo perseverandum. Hic est locus
solvendi eris alieni. Possum enim vocem Epicuri
tui reddere et hanc epistolam liberare: molestum
est semper vitam inchoare. Aut si hoc modo
magis sensus potest exprimi: male vivunt qui
semper vivere incipiunt. Quare inquis? desi-
derat enim explanationem ista vox. Quia
semper imperfecta vita est. Non potest autem stare
paratus ad mortem qui modo incipit vivere.
Id agendum est ut satis vixerimus. Nemo
hoc putat qui orditur cum maxime vitam.
Non est quod existimes paucos esse hos

Prope modum omnes sunt. Quidam vero tunc
incipiunt cum desinendum est. Si hoc iudicas
mirum adiciam quod magis admireris.
Quidam ante vivere desierunt quam inciperent. Vale.

De premeditatione futurorum periculorum
et de non timenda morte in qua tamen non
inconsulte animus est inclinandus. R.

Sollicitum te esse scribis de iudicii
eventu quod tibi furor inimici
denuntiat et existimas me suasurum
ut meliora tibi ipse proponas et acquiescas
spei blande. Quid enim necesse est mala
accersere et satis cito patienda cum ve-
nerint presumere ac presens tempus futuri
metu perdere? Est sine dubio stultum quia
quandoque sis futurus miser esse iam miserum.
Sed ego alia te ad sanitatem via deducam.
Si vis omnem sollicitudinem exuere quicquid
vereris ne eveniat eventurum utique propone
et quodcumque est illud malum tecum ipse
metire ac timorem tuum taxa. Intelliges
profecto aut non magnum aut non longum
esse quod metuis. Nec diu exempla quibus
confirmeris colligenda sunt. Omnis illa
etas tulit. In quamcumque partem rerum vel civilium
vel externarum memoriam miseris occurrent
tibi ingenia aut profectus aut impetus
magni. Numquid accidere tibi si condempnaris
durius potest quam ut mittaris in exilium ut ducaris
in carcerem? Numquid ultra quicquam ulli timendum
est quam ut uratur quam ut pereat? Singula ista
constitue et contemptores eorum cita qui non
querendi sed eligendi sunt. Dampnationem
suam Rutilius sic tulit tamquam nichil illi
molestum aliud esset quam quod male iudicaretur.
Exilium Metellus fortiter tulit Rutilius
etiam libenter. Alter ut rediret rei publice prestitit
alter reditum suum Sille negavit cui nichil
tunc negabatur. In carcere Socrates disputavit
et exire cum essent qui promitterent fugam
noluit remansitque ut duarum rerum gravissimarum
hominibus demeret metum mortis et carceris.
Mucius ignibus manum imposuit. Acer-
bum est uri; quanto acerbius si id te fa-
ciente patiaris. Vides hominem non eruditum
nec ullis preceptis contra mortem aut dolorem subor-
natum militari tantum robore instructum
penas a se irritati conatus exigentem
spectator distillantis in hostili foculo
dextere stetit nec ante removit nudis
ossibus fluentem manum quam ignis illi
ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis
castris felicius potuit nichil fortius. Vide
quanto acrior sit ad occupanda pericula virtus
quam crudelitas ad irroganda. Facilius Por-
senna Mutio ignovit quod voluerat occi-
dere quam sibi Mutius quod non occiderat. Decan-
tate inquis omnibus scolis fabule iste sunt.
Iam mihi cum ad contempnendam mortem ventum fuerit
Cathonem narrabis. Quidni narrem
ultima illa nocte Platonis librum legentem
posito ad caput gladio. Hec duo in rebus
extremis instrumenta prospexerat, alterum
ut vellet mori alterum ut posset. Compositis er-
go rebus sicut utcumque componi fracte atque
ultime poterant id agendum existimavit ne
cui Cathonem aut occidere liceret aut servare
contingeret. Et stricto gladio quem usque in illum
diem ab omni cede purum servaverat: Nichil
inquit egisti fortuna omnibus conatibus meis
obstando. Non pro mea adhuc sed pro patrie
libertate pugnavi nec agebam tanta pertinacia
ut liber sed ut inter liberos viverem.
Nunc quoniam deplorate sunt res humani generis
Catho deducatur in tutum. Impressit deinde
mortiferum corpori vulnus quo obligato a
medicis cum minus sanguinis haberet minus virium
animi idem, iam non tantum Cesari sed sibi iratus
nudas in vulnus manus egit et generosum illum
contemptoremque omnis potentie spiritum
non emisit sed eiecit. Non in hoc exempla nunc
congero ut ingenium exerceam sed ut te adversus
id quod maxime terribile videtur exhorter.
Facilius autem exhortabor si ostendero non
fortes tantum viros hoc momentum efflande anime
contempsisse sed quosdam ad alia ignavos in
hac re equasse animum fortissimorum. Sicut illum
Cn. Pompei socerum Scipionem qui
contrario in Affricam vento relatus cum teneri
navem suam vidisset ab hostibus ferro se
transverberavit et querentibus ubi imperator esset:
Imperator inquit se bene habet. Vox hec illum
parem maioribus fecit et fatalem Scipio-
nibus in Affrica gloriam non est interrumpi passa.
Multum fuit Carthaginem vincere sed amplius
mortem. Imperator inquit se bene habet. An
aliter debebat imperator et quidem Cathonis mori?
Non revoco te ad hystorias nec ex omnibus seculis
contemptores mortis qui sunt plurimi colligo.
Respice ad hec nostra tempora de quorum languore
ac deliciis querimur. Omnis ordinis homines
suggerent, omnis ordinis, omnis etatis
qui mala sua precidant. Mihi crede Lucili
adeo mors timenda non est ut beneficio eius

nichil ante ferendum est timendum ne fit se-
curus itaque inimicitias minima audi et
quibus constantia tibi tua fiducia faciet tu que
multa que causa valet et quod equissimum est spera
et ad id te quod est iniquissimum compara
Illud ante omnia memento demere rebus
tumultum ac videre quid in quaque re sit. Scies
nichil esse in istis terribile nisi ipsum timorem
Quod vides accidere pueris hoc nobis quoque
maius mansiculis pueris evenit. Illi
quos amant quibus assueverunt cum quibus
ludunt. Si personatos vident expavescunt
Non hominibus tantum sed rebus persona demenda
est et reddenda facies sua. Quid mihi gla-
dios et ignes ostendis et turbam carnificum
circa te frementem. Tolle istam pompam sub
qua lates et stultos territas. Mors es
quam nuper servus meus quam ancilla
contempsit. Quid tu rursus mihi flagella
et eculeos magno apparatu explicas
Quid singulis articulis singula ma-
chinamenta quibus extorqueantur aptata
et mille alia instrumenta excarnificandi
particulatim hominis. Pone ista que nos obstu-
pefaciunt. Iube conticescere gemitus et
exclamationes et inter vocum lacerationes
elisarum acerbitatem. Nempe dolor es quem
podagricus ille contempnit quem stomachicus
ipse in ipsis deliciis perfert quem in puerperio
puella perpetitur. Levis est si ferre possum
brevis est si ferre non possum. Hec in animo
voluta que sepe audisti sepe dixisti. Sed
an vere audieris an vere dixeris effectu
proba. Hoc enim turpissimum est quod nobis
obici solet verba nos philosophie non opera
tractare. Quid tu ne dolere. In hac
natus es. Quidquid fieri potest quasi futurum
cogitemus. Quod facere te moneo scio certe
fecisse. Nunc admoneo ut animum tuum non
mergas in istam sollicitudinem
hebetabis enim illum et minus habebit vigoris
cum exurgendum erit. Abduc illum a privata
causa ad publicam. Dic mortale tibi et fragile
corpusculum esse. Cui non ex iniuria tantum
aut ex potentioribus viribus denunciabitur
dolor. Ipse voluptates in tormenta vertuntur
epule cruditatem afferunt. Ebrietates nervorum
torporem tremoremque libidines pedum ma-
nuum articulorum omnium depravationes.
Pauper fiam inter plures ero. Exul fiam
ibi me natum putabo quo mittar. Alligabor

quid enim nunc solutus sum. Ad hoc me natura
grave corporis mei pondus astrinxit.
Moriar hoc dicis. Desinam egrotare posse
desinam alligari posse desinam mori posse
Non sum tam ineptus ut epicuream cantilenam
hoc loco persequar et dicam vanos esse infe-
rorum metus nec Ixionem rota volvi nec
saxum humeris Sisiphi trudi in adversum
nec ullius viscera et renasci quottidie
posse et carpi. Nemo tam puer est ut Cer-
berum timeat et tenebras et larvalem ha-
bitum nudis ossibus coherentium. Mors nos
aut consumit aut exuit. Emissis meliora
restant onere detracto. Consumptis nichil
restat pariter mala que summota sunt. Per-
mitte mihi hoc loco referre versum tuum si
prius admonuero ut tu iudices non aliis
scripsisse ista sed etiam tibi. Turpe est
loqui aliud sentire aliud. Quanto turpius aliud
scribere aliud sentire. Memini te illum
locum aliquando tractasse non repente nos
in mortem incidere sed minutatim procedere.
Quottidie morimur. Quottidie enim demitur
aliqua pars vite et tunc quoque cum crescimus
vita decrescit. Infanciam amisimus deinde
pueritiam deinde adolescentiam.
usque ad hesternum quicquid transiit temporis
periit. Hunc ipsum quem agimus diem cum morte
dividimus quemadmodum de psidra
non extremum stillicidium exhaurit sed
quicquid ante defluxit. Sic ultima hora qua
esse desinimus non sola mortem facit sed
sola consummat. Tunc ad illam pervenimus sed
diu venimus. Hec cum descripsisses quo
soles ore semper quidem magnus numquam
tamen acrior quam ubi veritati commodas verba
dixisti. Mors non una venit. Sed que
rapit ultima mors est. Malo te legas
quam epistolam meam. Apparebit enim tibi
istam quam timemus mortem extremam esse
non solam. Video quo spectes queris quid
huic epistole infulserim quod dictum alicuius
animosum quod preceptum utile. Ex hac ipsa
materia que in manibus fuit mittetur ali-
quid. Obiurgat Epicurus non minus eos qui
mortem tedio vite cum genere vite ut cur-
rendum esset ad mortem effeceris. Item
alio loco dicit. Quid tam ridiculum quam
appetere mortem cum vitam inquietam tibi feceris

Metum mortis hiis addicias et illud
eius de nocte licet. tanta hominum im-
prudencia esse immo demencia ut quidam
timore mortis cogantur ad mortem. Quidquid
horum tractaueris confirmabis animum uel
ad mortis uel ad vite pacienciam. At enim
utrumque monendi ac firmandi sumus
et ne nimis amemus vitam et ne nimis
oderimus. etiam cum racio suadet finire
se non temere. nec cum procursu capi-
endus est impetus. vir fortis ac sa-
piens non fugere debet e vita sed exire
et ante omnia ille quoque vitetur affectus
qui multos occupauit libido moriendi.
Est enim mi Lucili ut ad alia sic etiam
ad moriendum inconsulta animi inclinacio
que sepe generosos atque acerrime in-
dolis viros corripit sepe ignauos ia-
centes quia illi contempnunt vitam hii grauantur.
Quosdam subit eadem faciendi videndi-
que sacietas. et vite non odium sed fastidium
in quod prolabimur ipsa impellente philosophia
dum dicimus. quousque eadem? Nempe exper-
giscar dormiam esuriam algebo. estuabo.
nullius rei finis est. sed in orbe nexa
sunt omnia fugiunt ac sequuntur. diem nox pre-
mit dies noctem. estas in autumpnum de-
sinit. autumpno yemps instat que vere
compescitur. Omnia sic transeunt ut reuertantur.
nichil nouum facio. nichil nouum video.
fit aliquando et huius rei nausea. multi sunt
qui non acerbum iudicent viuere sed superua-
cuum. vale. De corrigendis etiam
inveteratis viciis. Et de ymagi-
naria boni viri presencia

c 27
c 0

Quod ad duos amicos nostros
pertinet diuersa via eundum
est. alterius enim vicia emendanda. alterius
frangenda sunt. vtar libertate tota
non amo illum nisi offendo. Quid ergo inquis
quadragenarium pupillum cogitas sub
tutela tua continere. Respice etatem eius
iam duram et intractabilem non potest reformari
tenera finguntur. An profecturus sim
nescio. malo successum michi quam fidem deesse.
Nec desperaueris etiam diuturnos egros
posse sanari si contra intemperanciam ste-
teris. si multa inuitos et facere coegeris
et pati. Ne de altero quidem satis fiducie
habeo. excepto eo quod adhuc peccare eru-
bescit. nutriendus est hic pudor qui quamdiu
in animo eius durauerit. aliquis erit bone spei
locus. Cum hoc veterano parcius agendum puto
ne in desperacionem sui veniat. nec ullum
tempus aggrediendi fuit melius quam hoc dum
interquieuit dum emendato similis est. aliis hec
intermissio eius imposuit. michi verba non
dat. Expecto cum magno fenore vicia re-
ditura que nunc scio cessare non deesse. Im-
pendam huic rei dies et utrum possit aliquid
agi an non possit experiar. Tu nobis te ut
facis forte presta et sarcinas contrahe. nichil
ex hiis que habemus necessarium est. ad legem nature
reuertamur diuicie parate sunt. aut gratuitum est
quod egemus aut vile. panem et aquam natura
desiderat. nemo ad hec pauper est. Intra
que quisquis desiderium suum clausit cum
ipso Ioue de felicitate contendat ut
ait Epycurus cuius aliquam vocem huic
epistole inuoluam. Sic fac inquit omnia tamquam
spectet Epycurus. prodest sine dubio
custodem sibi imposuisse et habere quem respicias
quem interesse cogitacionibus tuis iudices.
hoc quidem longe magnificencius est sic viuere
tamquam sub alicuius boni viri ac semper presentis
oculis. Sed ego etiam hoc contentus sum ut
sic facias quecumque facies tamquam spectet
aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuadet.
Cum iam profeceris tantum ut sit tibi etiam tui
reuerencia licebit dimittas pedagogum interim
aliquorum te auctoritate custodi. aut Catho
ille sit aut Scipio aut Lelius. aut cuius
interuentu perditi quoque homines vicia supprimerent
dum te efficias eum cum quo peccare non audeas.
Cum hoc effeceris et aliqua ceperit apud te tui
esse dignacio incipiam tibi permittere quod idem
suadet Epicurus. tunc precipue ipse te secede
in te cum esse cogeris in turba. dissimilem te
fieri multis oportet. et dum tibi tutum non
sit ad te recedere. circumspice singulos. nemo
est cui non satius sit cum quolibet esse quam secum.
Tunc precipue in te ipse secede cum esse cogeris in turba
si bonus vir. si quietus. si temperans vis esse.
Alioquin tibi in turbam a te recedendum est.
istic malo viro propius es. vale. De
non accusando defectu nature. Et
qualiter boni viri meritum mors
examinat. Et quod egregium sit mortem
discere etc. Sequitur

c 28
c 1

Modo dicebam tibi in conspectu
esse me senectutis. iam vereor ne

senectutem post me relinquerem. Aliud iam annis certe et huic corpori vocabulum convenit. Quoniam quidem senectus lasse etatis non fracte nomen est inter decrepitos me numera et extrema tangentes. Gratias tamen mihi apud te ago non sentio in animo etatis iniuriam cum sentiam de corpore. Tantum vicia et viciorum ministeria senuerunt. Viget animus et gaudet non multum sibi esse cum corpore magnam partem honeris sui posuit. Exultat et mihi facit controversiam de senectute hanc ait esse florem suum. Credamus illi bono suo utatur. Ire in cogitationem iubet et despicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientie debeam quid etati et diligenter excutere que non possim facere et que nolim prodesse aliquid si nolo quicquid non posse me gaudeo. Que enim querela est quod incommodum si quicquid debebat desinere defecit. Incommodum summum est inquis minui et deperire et ut proprie dicam liquescere non enim subito impulsi ac prostrati sumus carpimur singuli dies aliquid subtrahunt viribus. Ecquis exitus est melior quam in finem suum natura solvente dilabi. Non quia aliquid mali ictus et e vita repentinus excessus sed quia lenis est hec via subduci. Ego certe velud appropinquet experimentum et ille laturus sentenciam de omnibus annis meis dies venerit ita me observo et alloquor nichil est inquam adhuc quod aut rebus aut verbis exhibuimus. Levia sunt ista et fallacia pignora animi multisque involuta lenociniis quid profecerim morti crediturus sum. Non timide itaque componor ad illum diem quo remotis strophis ac fucis de me iudicaturus sum utrum loquar fortia an sentiam vel simulacio fuerit et mimus quicquid contra fortunam iactavi verborum contumacium. Remove existimationem hominum dubia semper est et in utramque partem dividitur. Remove studia tota vita tractata de te mors pronunciatura est. Ita dico disputationes et litterata colloquia et ex preceptis sapientum verba collecta et eruditus sermo non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quod egeris tunc apparebit cum animam ages. Accipio condicionem non formido iudicium. Hec mecum loquor sed tecum quoque me locutum puta. Iuvenior es quid refert non dinumerantur anni. Incertum est quo loco te mors expectet tu tu illam omni loco expecta. Desinere iam volebam et manus spectabat ad clausulam sed conficienda sunt sacra et huic epistole viaticum dandum est. Puta me non dicere unde sumpturus sim mutuum scis cuius archa utar. Expecta me pusillum et de domo fiat numeratio. Interim commodabit Epicurus qui ait meditari mortem 27 disce vel si commodius sic transire ad nos hic potest sensus egregia res est mortem discere. Supervacuum forte putas id discere quod semel utendum est. Hoc est ipsum quare meditari debeamus semper discendum est quod an sciamus experiri non possumus. Meditari mortem qui hoc dicit meditari libertatem iubet. Qui mori didicit servire dedidicit supra omnem potenciam est certe extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra liberum est hostium. Una est cathena que nos alligatos tenet scilicet amor vite qui ut non est abiciendus ita minuendus est ut si quando res exiget nichil nos detineat nec impediat quominus parati simus quod quandoque faciendum est statim facere. Vale.

De voluptatum nocturno et diurno gaudio ad quod per ocium admitto virum non venit. Et quod mediocriter nimis

Cur me monstras non quod non satis est. c xi c S

Tu me inquis mones iam te enim ipse monuisti iam correxisti ideo aliorum emendationi vacas. Non sum tam improbus ut curationes eger obeam. Sed tamquam in eodem valitudinario iaceam de communi tecum malo colloquor et remedia communico. Sic itaque me audi tamquam mecum loquar in secretum te meum admitto et te adhibito mecum exigo. Clamo michi ipse numera annos tuos et pudebit eadem velle que volueras puer eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis diem presta moriantur ante te vicia. Dimitte istas voluptates turbidas magno luenda sunt non venture tantum sed preterite nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sunt deprehensa cum fierent sollicitudo non cum ipsis abit ita improbarum voluptatum etiam post ipsas penitencia est non sunt solide non sunt fideles etiam si non nocent fugiunt. Aliquod pocius bonum mansurum circumspice

nulla ante est nisi quod animus ex se sibi invenit. Sola virtus prestat gaudium perpetuum securum; etiam si quid obstat, nubium modo intervenit que infra feruntur nec umquam diem vincunt. Quando ad hoc gaudium pervenire continget? non quidem cessatur adhuc, sed festinetur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. Calvisius Sabinus memoria nostra fuit dives; et patrimonium habebat libertini et ingenium; numquam vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat ut illi nomen modo Ulixis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene noverat quam pedagogos nostros novimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit sed imponit, tam perperam tribubus quam ille Troianos et Achivos persalutabat. Nichilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam excogitavit: magna summa emit servos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum; novem preterea liricis singulos assignavit. Magno emisse illum non est quod mireris: non invenerat, faciendos locavit. Postquam hec familia illi comparata est, cepit convivas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret versus quos referret, sepe in medio verbo excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum divitum adrosor et, quod sequitur, arrisor, et, quod duobus his adiunctum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus centenis milibus sibi constare singulos servos, minoris, inquit, totidem scrinia emisses. Ille tamen in ea opinione erat ut putaret se scire quod quisquam in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari cepit ut luctaretur, hominem egrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset: et quomodo possum? vix vivo. Noli, obsecro, inquit, istud dicere: non vides quam multos servos valentissimos habeas? Bona mens nec commodatur nec emitur; et puto, si venalis esset, non haberet emptorem; at mala cotidie emitur. Sed accipe quod iam debeo et vale. Divicie sunt ad legem nature composita paupertas. Hoc sepe dicit Epycurus aliter atque aliter, sed numquam nimis dicitur quod numquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt.

Quod non loci sed animi mutatione tristicia tollitur et de non peregrinando distinctione. Et quod mutacio sit salutis noticia peti

e 28

Hoc tibi soli putas accidisse et admiraris quasi rem novam quod peregrinatione tam longa et tot locorum varietatibus non discussisti tristiciam gravitatemque mentis? Animum debes mutare, non celum. Licet vastum traieceris mare, licet ut ait Virgilius noster terreque urbesque recedant, sequentur te quocumque perveneris vicia. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait: Quid miraris nichil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? premit te eadem causa que expulit. Quid terrarum iuvare novitas potest? quid cognitio urbium aut locorum? in irritum cedit ista iactatio. Queris quare te fuga ista non adiuvet? tecum fugis. Onus animi deponendum est: non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita qualem Virgilius noster vatis inducit iam concitate et instigate multumque habentis in se spiritus non sui: bacchatur vates, magnum si pectore possit excussisse deum. Vadis huc illuc ut excucias insidens pondus quod ipsa iactatione incommodius fit, sicut in navi onera inmota minus urgent, inequaliter convoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quicquid facis contra te facis et motu ipso noces tibi; egrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iocunda fiet; in ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbarie angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis quis veneris quam quo interest, et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione vivendum est: Non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est. Quod si liqueret tibi, non admirareris nichil adiuvari te regionum varietatibus in quas subinde priorum tedio migras; prima enim queque placuisset si omnem tuam crederes. Nunc non peregrinaris sed erras et ageris ac locum ex loco mutas, cum illud quod queris, bene vivere, omni loco positum sit. Numquid tam turbidum fieri potest quam forum? ibi quoque licebit quiete vivere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque et viciniam fori procul fugiam; nam ut loca gravia etiam firmissimam valitudinem temptant, ita bone quoque menti necdum adhuc perfecte et convalescenti sunt aliqua parum salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt et tumultuosam probantes vitam cotidie cum difficultatibus rerum magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget, et malet in pace

esse quam in pugna. Non multum prodest vitia sua proiecisse si cum alienis rixandum est. Triginta inquit tyranni Socratem circumsteterunt nec potuerunt animum eius infringere. Quid enim interest quot domini sint? Servitus una est. Hanc qui contempsit in quantalibet turba dominantium liber est. Tempus est desinere sed si prius portorium solvero. Initium est salutis notitia peccati. Egregie michi hoc
xiiij videtur dixisse Epicurus. Nam qui peccare se nescit corrigi non vult. Deprehendas te oportet antequam emendes. Quidam vitiis gloriantur. Tu existimas eos aliquid de remedio cogitare qui mala sua virtutum loco numerant? Ideo quantum potes te ipsum coargues, inquire in te. Accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissime deprecatoris. Aliquando te offende. Vale.

Liber iiii. e. 29. Licet non omnes monendi sint, quidam tamen etiam contradicentes vel illudentes corrigendi sunt. Et quod sapiens malit sibi placere.

e. 29
c. 1
De Marcellino nostro quaeris et vis scire quid agat. Raro ad nos venit, non ulla alia ex causa nisi quod audire verum timet, a quo periculo iam abest. Nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Dyogene nec minus de aliis cinicis qui libertate promiscua usi sunt et obvios monuerunt dubitari solet an hoc facere debuerint. Quid enim si quis surdos obiurget aut natura morbove mutos? Quare inquis verbis parcam? Gratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim quem admoneo. Illud scio alicui me profuturum si multos admonuero. Spargenda est manus. Non potest fieri ut non aliquando succedat multa temptanti. Hoc mi Lucili non existimo magno viro faciendum. Diluitur eius auctoritas nec habet apud eos satis ponderis quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius non aliquando ferire debet sed aliquando deerrare. Non est ars quae ad effectum casu venit. Sapientia ars est. Certum petat, eligat profecturos, ab his quos desperavit recedat, non tamen cito relinquat et in ipsa desperatione extrema remedia temptet. Marcellinum nostrum ego nondum despero. Etiam nunc servari potest sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum ne porrigentem trahat.

Magna in illo ingenii vis est sed iam tendentis in pravum. Nihilominus adibo hoc periculum et audebo illi mala sua ostendere. Faciet quod solet: advocabit illas facetias quae risum evocare lugentibus possunt et in se primum deinde in nos iocabitur. Omnia quae dicturus sum occupabit. Scrutabitur scolas nostras et obiciet philosophis congiaria, amicas, gulam. Ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula. Ostendet mihi lepidum philosophum Aristonem qui in gestatione disserebat. Hoc enim ad edendum operas tempus acceperat. De cuius secta cum quaereretur Scaurus ait utique peripateticus non est. De eodem cum consuleretur Iulius Graecinus vir egregius quid sentiret, non possum inquit tibi dicere. Nescio enim quid de gradu faciat, tamquam de essedario interrogaretur. Hos mihi circulatores qui philosophiam honestius neglexissent quam vendunt in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti. Moveat ille mihi risum, ego fortasse illi lacrimas movebo, aut si ridere perseverabit gaudebo tamquam in malis quod illi genus insaniae hilare contigerit. Sed non est ista hilaritas longa. Observa, videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere et acerrime rabere. Propositum est aggredi illum et ostendere quanto pluris fuerit quam multis minoris videretur. Vitia eius etiam si non excidero inhibebo. Non desinent sed intermittent. Fortasse autem et desinent si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum quoniam quidem graviter affectis sanitatis loco est bona remissio. Dum me illi paro, tu interim qui potes, qui intelligis unde et quo evaseris et ex eo suspicaris quousque sis evasurus, compone mores tuos, attolle animum, adversus formidata consiste. Numerare eos noli qui tibi metum faciunt. Nonne videatur stultus si quis multitudinem eo loco timeat per quem transitus singulis est? Aeque ad tuam mortem aditus multis non est licet illam multi minentur. Sic istud natura disposuit: spiritum tibi tam unus eripiet quam unus dedit. Si pudorem haberes ultimam mihi pensionem remisisses. Sed nec ego quidem me sordide geram in fine aeris alieni et tibi quod debeo impingam. Numquam volui populo placere. Nam quae ego scio non probat populus, quae probat

ad L IIII

Inimicus ego nescio cui. Omnes hoc inquit
tamen nescio cui imperet. Epicurus
Sed idem hoc omnes tibi quod dono con-
clamabunt Peripatetici, Academici,
Stoyci, Cinici. Quis enim placere potest
populo cui placet virtus. Malis artibus
popularis queritur favor. Similem te illis
facias oportet; non probabunt nisi agnoverint.
Multo autem magis ad rem pertinet qualis
tibi videaris quam qualis aliis. Conciliari
nisi turpi ratione amor turpium non
potest. Quid ergo illa laudata et omnibus
preferenda artibus rebusque philosophia prestabit?
Scilicet ut malis tibi placere quam populo,
ut estimes iudicia non numeres, ut sine
metu deorum hominumque vivas, ut aut
vincas mala aut finias. Ceterum si te
video celebrem secundis vocibus vulgi, si in-
trante te clamor et plausus et pantomi-
mica ornamenta obstrepuerint, si tota
te civitate femine puerique laudaverint,
quid ni ego tui miserear, cum sciam que
via te ad istum favorem ferat. Vale.

Quod nichil habet de spe vite quem se-
nectus ducit ad mortem. Varie etiam
sibi metus tamen quare mors timenda

ep 30
Bassum Aufidium virum non sit
rum optimum vidi quassum, etati ob-
luctantem. Sed iam plus illum degravat quam
quod possit attolli. Magno senectus et
universo pondere incubuit. Scis illum semper
infirmi corporis et exsucti fuisse. Diu
illud continuit et ut verius dicam con-
cinnavit et subito defecit. Quemadmodum
in nave que sentinam trahit uni rime
aut alteri obsistitur, sed ubi se plurimis
locis laxari cepit et cedere, succurri non potest
navigio dehiscenti. Ita in senili corpore
aliquatenus imbecillitas sustineri et
fulciri potest. Ubi tamquam in putri edificio
omnis iunctura diducitur et dum alia excipitur
alia discinditur, circumspiciendum est quomodo exeas.
Bassus tamen noster alacer animo est. Hoc
philosophia prestat: in conspectu mortis hilarem
et in quocumque corporis habitu fortem letum-
que nec deficientem quamvis deficiat. Magnus
gubernator et scisso navigat velo et si ex-
armavit, tamen reliquias navigii aptat
ad cursum. Hoc facit Bassus noster et eo animo
vultuque finem suum spectat quo alienum
spectare nimis securi putares. Magna
res est, Lucili, et hec diu discenda, cum
adventat hora illa inevitabilis, equo

animo abire. Alia genera mortis spei mixta
sunt. Desinit morbus, incendium extinguitur,
ruina quos videbatur oppressura deposuit. Mare
quos hauserat eadem vi qua sorbebat
eiecit incolumes. Gladium miles ab ipsa
perituri cervice revocavit. Nil habet quod
speret quem senectus ducit ad mortem.
Huic uni intercedi non potest. Nullo genere homines
mollius moriuntur, sed nec diutius. Bassus
noster videbatur mihi prosequi se et componere
et vivere tamquam superstes sibi et sapienter
ferre desiderium sui. Nam de morte multa
loquitur et id agit sedulo ut nobis persua-
deat, si quid incommodi aut metus in hoc
negotio est, morientis vitium esse non mortis,
non magis in ipsa quicquam esse molestie quam post
ipsam. Tam demens autem est qui timet
quod non est passurus quam qui timet quod
non est sensurus. An quisquam hoc futurum
credit, ut per quam nichil sentiatur ea sentiatur.
Ergo inquit mors adeo extra omne malum
est ut sit extra omnem malorum metum. Hec
scio ego et sepe dicta et sepe dicenda. Sed
neque cum legerem eque mihi profuerunt neque
cum audirem hiis dicentibus qui negabant
timenda a quorum metu aberant.
Hiis dicentibus non profuerunt, sed isto dicente
hic vero plurimum apud me auctoritatis
habuit, cum loqueretur de morte vicina.
Dicam enim quid sentiam: puto enim fortiorem
esse eum qui in ipsa morte est quam qui circa mortem.
Mors enim admota etiam imperitis animum dedit
non vitandi inevitabilia. Sic gladiator
tota pugna timidissimus iugulum ad-
versario prestat et errantem gladium sibi
attemperat. At illa que in propinquo
est utique ventura desiderat lentam animi
firmitatem, que est rarior nec potest nisi a
sapiente prestari. Libentissime itaque
illum audiebam quasi ferentem de morte sententiam
et qualis esset eius natura velut propius
inspecte indicantem. Plus ut puto fidei
haberet apud te, plus ponderis, si quis
revixisset et in morte nichil mali esse
narraret expertus. Accessus mortis quam
perturbationem afferat optime tibi hii di-
cent qui secundum illam steterunt, qui venientem
et viderunt et receperunt. Inter
hos Bassum licet numeres, qui nos decipi Bass
noluit. Is ait tam stultum esse qui mortem
timeat quam qui senectutem. Nam quemadmodum

senectus adolescentiam sequitur, ita mors senectutem. Vivere noluit qui mori non vult. Vita enim cum exceptione mortis data est; ad hanc itur. Quam ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatem habet equam et invictam. Quis queri potest in ea condicione se esse in qua nemo non est? Prima autem pars est equitatis equalitas. Sed nunc supervacuum est nature causam agere, que non aliam voluit legem nostram esse quam suam. Quidquid composuit resolvit, et quidquid resolvit componit iterum. Iam vero si cui contigit ut illum senectus leniter emittat, non repente avulsum vite sed minutatim subductum, debet ille agere gratias diis omnibus diebus quod satiatus ad requiem homini necessariam lasso gratam perductus est. Vides quosdam optantes mortem, et quidem magis quam rogari solet vita. Nescio utrum animum maiorem nobis dare an qui deposcunt mortem an qui hilares eam quietique operiuntur. Quoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit, hec ex iudicio certo tranquillitas. Venit aliquis ad mortem iratus, mortem venientem nemo hilaris excipit nisi qui se ad illam diu composuerat. Fateor ergo ad hominem mihi carum ex pluribus me causis frequentius venisse ut scirem an illum totiens eundem invenirem, numquid cum corporis viribus minueretur animi vigor, qui sic crescebat illi quomodo manifestior notari solet agitatorum letitia cum septimo spatio palme appropinquant. Dicebat ille quidem Epicuri preceptis obsequens primum sperare se nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu; si tamen esset, habere aliquantulum in ipsa brevitate solacii. Nullum enim dolorem longum esse qui magnus est. Ceterum succursurum sibi etiam in ipsa distractione anime corporisque, si cum cruciatu id fieret, post illum dolorem se dolere non posse. Non dubitare autem se quin senilis anima in primis labris esset nec magna vi distraheretur a corpore. Ignis qui valentem materiam occupavit aqua et interdum ruina extinguendus est; ille qui alimentis deficit sua sponte subsidit. Libenter hec audio non tamquam nova sed tamquam in rem presentem perductus. Quid ergo? Non multos spectavi abrumpentes vitam? Ego vero vidi, sed plus momenti apud me habent qui ad mortem veniunt sine odio vite et admittunt illam, non attrahunt. Illud quidem aiebat tormentum nostra nos sentire opera, quod tunc trepidamus cum prope a nobis esse mortem credimus. A quo enim prope non est, parata omnibus locis omnibusque momentis? Sed consideremus inquit tunc cum aliqua causa moriendi videtur accedere, quanto alie propiores sint que non timentur. Hostis alicui mortem minabatur, hanc cruditas occupavit. Si distinguere voluerimus causas metus nostri, inveniemus alias esse, alias videri. Non mortem timemus sed cogitationem mortis; ab ipsa enim semper tantumdem absumus. Ita si timenda mors est, semper timenda est; quod enim tempus morti exemptum est? Sed vereri debeo ne tam longas epistolas peius quam mortem oderis. Itaque finem faciam. Tu tamen mortem ut numquam timeas semper cogita. Vale.

De absentatione cavenda et de contemptu laboris et excellentia virtutis et cetera e 31

Agnosco Lucilium meum. Incipit quem promiserat exhibere. Sequere illum impetum animi quo ad optima queque calcatis popularibus bonis ibas. Non desidero maiorem melioremque te fieri quam moliebaris. Fundamenta tua multum loci occupaverant; tantum effice quantum conatus es, et illa que tecum in animo tulisti tracta. Ad summam sapiens eris, si clauseris aures, quibus ceram parum est obdere; firmiore spissamento opus est quam in sociis usum Ulixem ferunt. Illa vox que timebatur erat blanda, non tamen publica. At hec que timenda est non ex uno scopulo sed ex omni terrarum parte circumsonat. Preterveherere itaque non unum locum insidiosa voluptate suspectum, sed omnes urbes. Surdum te amantissimis tuis presta; bono animo mala precantur. Et si esse vis felix, deos ora ne quid tibi ex his que optantur eveniat. Non sunt ista bona que in te isti volunt congeri. Unum bonum est quod beate vite causa et firmamentum est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest nisi contemptus est labor et in eorum numero habitus que nec bona sunt nec mala. Fieri enim non potest ut una ulla res modo mala sit, modo bona, modo levis et perferenda

modo expavescenda. labor bonum non est. quid ergo est bonum? laboris contemptio. Itaque in vanum operosos culpaverim. Rursus ad honesta nitentes quanto magis incubuerint minusque se vinci ac strigare permiserint admirabor et clamabo: tanto melior surge et inspira et clivum istum uno si potes spiritu exsupera. Generosos animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo vetere parentum voto eligas quid contingere tibi velis, quid optes; et in totum iam per maxima acto viro turpe est etiam nunc deos fatigare. Quid votis opus est? fac te ipse felicem. facies autem si intellexeris bona esse quibus virtus admixta est, turpia quibus malitia coniuncta est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum nisi quod tenebras habet aut aliquid in se traxit obscuri, quemadmodum sine adiutorio ignis nihil calidum est, nihil sine aere frigidum, ita honesta et turpia virtutis et malitie societas efficit. Quid ergo est bonum? rerum scientia. Quid malum est? rerum imperitia. Ille prudens atque artifex pro tempore quaeque repellet aut eliget. sed nec quae repellit timet nec miratur quae eligit, si modo magnus illi et invictus animus est. Summitti te ac deprimi veto. laborem si non recuses parum est: posce. Quid ergo inquis labor frivolus et supervacuus et quem humiles cause evocaverunt non est malus? Non magis quam ille qui pulchris rebus impenditur. quoniam animi est ipsa tolerantia que se ad dura et aspera hortatur ac dicit: quid cessas? non est viri timere sudorem. Huc et illud accedat ut perfecta virtus sit, equalitas ac tenor vite per omnia consonans sibi, quod non potest esse nisi rerum scientia contingat et ars per quam humana ac divina noscantur. Hoc est summum bonum. quod si occupas incipis deorum socius esse, non supplex. Quomodo inquis isto pervenitur? non per Penninum Graiumve montem nec per deserta Candavie; nec Syrtes tibi nec Scylla aut Caribdis adeunde sunt. que tamen omnia transisti procuratiuncule pretio. tutum iter est, iocundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa que si non deserueris par deo surges. parem autem deo pecunia non faciet: deus nihil habet. pretexta non faciet: deus nudus est. fama non faciet nec ostentatio tui et in populos nominis dimissa notitia. Nemo novit deum, multi de illo male existimant et impune. Nec turba servorum lecticam tuam per itinera urbana et peregrina portantium: deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia. Ne forma quidem et vires beatum te facere possunt: nihil horum patitur vetustatem. Querendum est quod non fiat in dies eius cui non possit obstari. Quid hoc est? animus, sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud voces hunc quam deum in corpore humano hospitantem? Hic animus tam in equitem Romanum quam in libertinum quam in servum potest cadere. Quid est enim eques Romanus aut libertinus aut servus? nomina ex ambitione aut iniuria nata. Subsilire in celum ex angulo licet. Exsurge modo et te quoque dignum finge deo. Finges autem non auro aut argento: non potest ex hac materia imago deo exprimi similis. Cogita illos cum propitii essent fictiles fuisse. Vale.

Laudat secessum a turba et turpis vite huius amorem

Inquiro de te et ab omnibus sciscitor qui ex ista regione veniunt quid agas, ubi et cum quibus moreris. Verba dare non potes: tecum sum. Sic vive tamquam quid facias auditurus sim, immo tamquam visurus. Queris quid me maxime ex his que de te audio delectet? quod nihil audio, quod plerique ex his quos interrogo nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conversari dissimilibus et diversa cupientibus. Habeo quidem fiduciam non posse te detorqueri mansurumque in proposito etiam si sollicitantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne mutent te, timeo ne impediant. Multum autem nocet etiam qui moratur, utique in tanta brevitate vite, quam breviorem inconstantia facimus, aliud eius subinde atque aliud facientes initium. Diducimus illam in particulas ac lancinamus. Propera ergo Lucili carissime et cogita quantum additurus celeritati fueris si a tergo hostis instaret, si equitem adventare suspicareris ac fugientium premere vestigia. Fit hoc, premeris; e 32

intellegis et evade perduc te in tutum et subinde
considera quam pulchra res sit consummare
vitam ante mortem deinde expectare securum
reliquam partem temporis sui. Nihil sibi in possessione
beate vite positum est que beatior non fit
si longior. O quando illud videbis
tempus ad te non pertinere quod tranquillus
placidusque sit cras et crastinum negligit
et in summa tui satur. Vis scire quid sit
et quod faciat homines avidos futuri? Nemo
sibi contigit. Optaverunt itaque tibi pa
rentes tui sed ego contra voto omnium tibi
tuorum contemptum opto. Quorum illi copiam
vota illorum multos compilant ut te locu
pletent. Quicquid ad te transferent alicui
detrahendum est. Opto tibi tui facultatem
ut vagis cogitationibus agitata mens
tandem resistat et certa sit ut placeat
sibi et intellectis veris bonis que simul
intellecta sunt possidentur etatis adiectione
non egeat. Ille demum necessitates supergressus
est et exauctoratus ac liber qui vivit
vita peracta. Vale. Quod non omnia
philosophorum verba ponderis sunt. Et quam tur
pe sit semper commentario sapere

e.33 Desiderabas his quoque epistulis sicut prioribus
adscribi aliquas voces nostrorum procerum.
Non fuerunt circa flosculos occupati: totus
contextus virorum malis est. Inequalitatem
scias esse ubi que eminent notabilia sunt.
Non est admirationi una arbor ubi
in eandem altitudinem tota silva surrexit.
Huiusmodi vocibus referta sunt car
mina, referte historie. Itaque nolo illas
Epicuri existimes esse: publice sunt et maxime
nostre. Sed ille magis adnotantur quia rare
interim inveniuntur quia inexpectate quia
mirum est aliquid fortiter dici ab homine
professo mollitiam. Ita enim plerique iudicant.
Apud me Epicurus est et fortis
licet manuleatus sit. Fortitudo et in
dustria et ad bellum prompta mens tam
in Persas quam in alte cinctos cadit. Non
est ergo quod exigas excepta et repetita:
continuum est apud nostros quicquid apud
alios excerpitur. Non habemus itaque ista
oculiferia nec emptorem decipimus nihil
inventurum cum intraverit preter illa que
in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus
unde velint sumere exemplaria. Iam puta nos
velle singulares sententias ex turba separare:
cui illas assignemus? Zenoni an Cleanti
an Chrysippo an Panetio an Posidonio? Non
sumus sub rege: sibi quisque se vindicat.
Apud istos quicquid Metrodorus, quicquid
Hermarchus dixit ad unum refertur. Omnia
que quisquam in illo contubernio locutus
est unius ductu et auspiciis dicta sunt.
Non possumus inquam licet temptemus educere
aliquid ex tanta rerum equalium multitudine.
Pauperis est numerare pecus. Quocumque
miseris oculos id tibi occurret quod
eminere posset nisi inter paria legeretur.
Quare depone istam spem posse te summa
tim degustare ingenia maximorum
virorum: tota tibi inspicienda sunt,
tota tractanda. Res geritur et per lineamenta
sua ingenii opus nectitur ex quo
nihil subduci sine ruina potest. Nec
recuso quominus singula membra dum
modo in ipso homine consideres. Non est formosa
cuius crus laudatur aut brachium sed
illa cuius universa facies admirationem
singulis partibus abstulit. Si tamen
exegeris non tam mendice tecum agam
sed plena manu. Ingens eorum turba
est passim iacentium. Sumenda erunt non
colligenda. Non enim excidunt sed fluunt,
perpetua et inter se contexta sunt. Nec
dubito quin multum conferant rudibus
adhuc et extrinsecus auscultantibus. Fa
cilius enim singula insidunt circumscripta
et carminis modo inclusa. Ideo pueris
et sententias ediscendas damus et has quas
Greci chrias vocant, quia complecti illas
puerilis animus potest qui plus adhuc
non capit. Certi profectus viro cap
tare flosculos turpe est et fulcire
se notissimis ac paucissimis vocibus
et memoria consistere. Sibi iam innitatur.
Dicat ista non teneat. Turpe enim seni
aut prospicienti senectutem ex commentario
sapere. Hoc Zenon dixit; tu quid? Hoc
Cleanthes; tu quid? Quousque sub
alio moveris? Impera et dic quod memorie

tradatur aliquid et de tuo profer. Omnes itaque
istos numquam auctores semper interpretes sub
aliena umbra latentes nichil existimo
habere generosi numquam ausos aliquid facere quod
diu didicerunt. Memoria in alienis exercuere.
Aliud autem est meminisse aliud scire. Meminisse
est rem commissam memorie custodire.
At contra scire est et sua facere quoque nec
ad exemplar pendere et totiens respicere ad magistrum.
Hoc dixit Zenon hoc Cleantes. Aliquid inter me
et librum intersit. Quamdiu disces iam
et precipe. Quid est quare audiam quod legere
possum. Multum inquit viva vox facit. Non
quidem hec que alienis verbis accommodatur
et actuarii vice fungitur. Adice quod isti qui
numquam tutele sue fuerint primum in ea re
sequuntur priores in qua nemo non a priore
discessit. Deinde in ea re sequuntur que adhuc
queritur. Numquam autem invenietur si contenti
fuerimus inventis. Preterea qui alium sequitur
nichil invenit immo nec querit. Quid ergo
non ibo per priorum vestigia? Ego vero utar
via veteri sed si propiorem planioremque invenero
hanc muniam. Qui ante nos ista moverunt
non domini nostri sed duces sunt. Patet omnibus
veritas nondum est occupata. Multum ex illa
etiam futuris relictum est. Vale. Quomodo
delectat magistrum profectus discipuli
et quam magna pars bonitatis est velle fieri
Crescit et exulto et discussa bonum
senectute recalesco quotiens ex his
que agis ac scribis intelligo quantum te
ipse nam turbam olim reliqueras superavere.
Si agricolam arbor ad fructum
perducta delectat si pastor ex fetu gregis
sui capit voluptatem si alumnum suum
nemo aliter intuetur quam ut adolescentiam
illius suam iudicet quid evenire credis
his qui ingenia educaverunt et que tenera
formaverunt adulta subito vident.
Assero te mihi meum opus es. Ego cum vidissem
indolem tuam iniciam manum exhortatus sum
addidi stimulos nec lente ire passus sum
sed subinde incitavi et nunc idem facio sed
iam currentem hortor et invicem hortantem.
Quid aliud inquis adhuc volo. Hoc
plurimum est. Non quomodo principia totius operis
dimidium occupare dicuntur ita res animo constat.
Itaque pars magna bonitatis est velle fieri
bonum. Scis quem bonum dicam? Perfectum absolutum
quem malum facere nulla vis nulla
necessitas possit. Hunc te prospicio si perseveraveris
et incubueris et id egeris
ut omnia facta dictaque tua inter se congruant
ac respondeant sibi et una forma percussa
sint. Non est huius animus in recto cuius acta
discordant. Vale. De differencia amicitie
et amoris et de veris gaudiis et de
constancia animi

e 37
c 1

Quamvis tam valde rogo ut studeas
meum negocium ago. Habere amicum
volo quod contingere mihi nisi pergis ut cepisti
excolere te non potest. Nunc enim amas me
amicus non es. Quid ergo? Hec inter se
diversa sunt? Immo dissimilia. Qui amicus
est amat qui amat non utique amicus
est. Itaque amicitia semper prodest amor
etiam aliquando nocet. Si nichil aliud ob hoc
profice ut amare discas. Festina ergo dum
mihi proficis ne istud alteri didiceris. Ego
quidem percipio iam fructum cum mihi fingo
uno nos animo futuros et quicquid etati
mee vigoris abscessit id ad me ex tua
quamquam non multum abest rediturum. Sed
tamen re quoque ipsa esse letus volo. Venit
ad nos ex his quos amamus etiam ab-
sentibus gaudium sed id leve et evanidum.
Conspectus et presentia et conversatio habet
aliquid vive voluptatis utique si non tantum
quem velis sed qualem velis videas. Affer
itaque te mihi ingens munus et quo magis
instes cogita te mortalem esse me senem.
Propera ad me sed ad te prius. Profice
et ante omnia hoc cura constare tibi. Quotiens
experiri voles an aliquid actum sit
animadverte an eadem velis hodie que
heri. Mutatio voluntatis indicat animum
natare alibi atque alibi apparere prout
tulit ventus. Non vagatur quod fixum atque
fundatum est. Istud sapienti perfecto
contingit aliquatenus et proficienti provectoque.
Quid ergo interest? Hic commovetur quidem
non tamen transit sed suo loco nutat. Ille
ne commovetur quidem. Vale. Ex libro primo de
maiestate felicitatis et bona hereditate
et quod propria boni animi meditatio
sit contemptus mortis

36
c 1

Amicum tuum hortarer ut istos
magno animo contempnat qui illum
obiurgant de hoc quod umbram
et ocium pecierit quod dignitatem suam desti-
tuerit et cum plus consequi posset pretulerit
quietem omnibus. Quam utiliter suum negocium
gesserit cotidie illis ostendit. hii quibus
invidetur non desinent transire. alii elidentur
alii cadent. Res est inquieta felicitas
ipsa se exagitat. movet cerebrum non uno
genere. alios in aliud irritat. hos in
potenciam. illos in luxuriam. hos inflat
illos mollit et totos resolvit. At bene
illam aliquis fert. sic quomodo vinum. Ita quod
non est quod tibi isti persuadeant eum esse
felicem qui a multis obsidetur. sic ad illum
quemadmodum ad lacum concurritur quem
exhauriunt et turbant. nugatorium et inertem
vocant. Scis quosdam perverse loqui et significare
contraria. felicem tale vocant. Quid ergo
erat ne illud quidem curo quod quibusdam
nimis horridi animi videtur et tetri. Ariston
aiebat. malo adolescentem tristem quam
hylarem et amabilem turbe. Vinum enim bonum
fieri dicimus quod recens durum et asperum
visum est. non quod statim in dolio pla-
cuit. Sine eum tristem appellent et inimicum
processibus suis. bene se dabit in vetustate
ipsa tristicia perseveret modo. colere virtutem
perhibet. liberalia studia. non illis quibus
perfundi animum satis est. sed hiis tinctibus
tingendus est animus. Hoc est discendi
tempus. Quid ergo aliquid est quo non sit
discendum inmune. Sed quemadmodum omnibus
annis studere honestum est ita non omnibus
institui. Turpis et ridicula res est elemen-
tarius senex. Iuveni parandum seni uten-
dum est. Facies ergo rem utilissimam tibi si
illum quam optimum feceris. Hec autem beneficia
esse expetenda tribuenda que non dubie prima
fortune sortis que tam dare prodest quam
accipere. Denique nichil illi iam liberi esse
respondit. Quem autem turpe creditori
quam spei bone decoquere. At illud esse
alienum solvendi opus est negociatori. na-
vigatione prospera. Agricole ubertate
cuius quam colit terre et celi favore. Ille quod
debet sola potest voluntate persolvere. In mores
fortuna ius non habet. hos disponat ut quam
tranquillus animus ad perfectum veniat qui nec
ablatum sibi quicquam sentit. nec adiectum
sed in eo habitu est quomodocunque res cedunt.
Cui sive adgeruntur vulgaria bona supra
res suas eminet. sive aliquid ex istis vel
omnia casus excusserit minor non fit. Si
in Parthia natus esset arcum infans statim
tenderet. si in Germania protinus puer
tenerum hastile vibraret. Si avorum
nostrorum temporibus fuisset equitare et hostem
comminus percutere didicisset. Hec singulis
disciplina gentis sue suadet atque imperat.
Quid ergo huic meditandum est quod
adversus omnia tela quod adversus omne hostium genus
bene facit si mortem contempnere. que cum
habeat aliquid in se terribile et ut animos
nostros quos in amorem sui natura formavit
offendat nemo dubitat. nec enim opus esset
in id comparari et acui. in quod instinctu quodam
voluntario iremus. Sicut fertur omnes
ad conservacionem sui nemo discit ut si
necesse fuerit equo animo in rosa iaceat. Sed
ad hoc duratur ut tormentis non summittat
fidem. ut si necesse fuerit stet etiam saucius
pro vallo pervigilet et ne pilo quidem
incumbat. quod solet obrepere interim sompnus
in aliquod adminiculum reclinatis. Mors
nullum habet incommodum. esse debet aliquis
cuius sit incommodum. Quod si tanta cupiditas
te longioris ev ite tenet. cogita nichil
eorum que ab oculis abeunt et in rerum
naturam ex qua prodierunt ac mox processura
sunt reconduntur consumi desinunt ista non
pereunt. et mors quam pertimescimus ac re-
cusamus intermittit vitam non eripit.
Veniet iterum qui nos in lucem reponat
dies. quam multi recusarent nisi oblitos
reduceret. Sed postea diligencius docebo
omnia que videntur perire mutari. Equo animo
discessurus est qui rediturus est. Vide
quomodo hec in mundo consumuntur ista
descendere ac surgere. Estas abiit sed alter
illam annus adducit. hyems cecidit. refe-
rent illam sui menses. Solem nox obruit
sed ipsam statim dies abiget. Stellarum
iste decursus quicquid preterit repetit.
Pars celi levatur assidue pars mergitur. Denique
faciam finem. si hoc unum adiecero. nec
infantes nec pueros nec mente lapsos timere
mortem. et esse turpissimum si eam securitatem nobis
racio non prestat ad quam stulticia perducit. Vale

De duplici magnanimitate Et quod ad veram libertatem philosophia perducit

31 Quod maximum vinculum est
2 ad bonam mentem promisisti
virum bonum sacramento rogatus es.
Deridebit te si quis tibi dixerit mollem
esse militiam et facilem. nolo te decipi
eadem honestissimi huius et illius turpissimi
auctoramenti verba sunt urimini
ferroque necari. ab illis qui manus
ferro quod necari ab illis qui manus
arene locant et edunt ac bibunt que
per sanguinem reddant. Cavetur ut ista vel inviti
patiantur a te ut volens libensque patiaris.
Illis licet arma submittere misericordiam
populi temptare. tu nec submittes
nec vitam rogabis. recto tibi invictoque
moriendum est. Quid porro. Quid
prodest paucos dies aut annos lucri-
facere. sine missione nascimur. Quomodo ergo
inquis me expediam. effugere non potes
necessitates potes vincere. Fit via vi et hanc
tibi viam dabit philosophia. ad hanc te confer
si vis salvus esse si securus si beatus
denique si vis esse quod est maximum
liber. hoc contingere aliter non potest. humilis
res est stulticia abiecta sordida
servilis multis affectibus et sevissimis
subiecta. hos tam graves dominos interdum
alternis vicibus imperantes. interdum
pariter dimittit a te sapientia que sola
libertas est. una ad hanc fert via
et quidem recta. non aberrabis. vade certo
gradu. Si vis tibi omnia subicere te subice
rationi. multos reges si ratio te rexerit.
ab illa disces quid et quemadmodum ag-
gredi debeas. non incides rebus. neminem
mihi dabis qui sciat quod quod vult ceperit
velle. non consilio adductus illo sed impetu
impactus est. Non minus sepe fortuna in
nos incurrit quam nos in illam. Turpe est non
ire sed ferri et subito in medio turbine
turbine rerum stupentem querere huc ego
quemadmodum veni. vale. **De utilitate
brevis familiaris familiaribus et
minus elaborati sermonis**

38 Merito exigis ut hoc inter nos
3 epistolarum commercium frequentemus.
plurimum proficit sermo qui minutatim
irrepit animo. disputationes preparate
et effuse audiente populo plus habent strepitus
minus familiaritatis. philosophia bonum consilium est.
consilium nemo clare dat. Aliquando utendum est
et illis ut ita dicam contionibus ubi qui dubitat
impellendus est. ubi vero hoc non est agendum
ut velit discere sed ut discat ad hec sub-
missiora verba veniendum est. facilius
intrant et herent. Nec enim opus est multis
sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt.
quod quamvis sit exiguum cum occupavit idoneum
locum vires suas explicat et ex minimo in maximos
auctus diffunditur. Idem facit ratio. non late
patet si aspicias. in opere crescit. pauca sunt
que dicuntur sed si illa animus bene excepit
convalescunt et exsurgunt. Eadem est inquam preceptorum
condicio que seminum. multum efficiunt et an-
gusta sunt. Tantum ut dixi idonea mens
rapiat illa et in se trahat. multa invicem
et ipsa generabit et plus reddet quam acceperit. vale.

**De differentia ordinarie commentariorum breviarii
et quod sit proprium generosi animi
ad excelsa citari Et quibus superfluitas**

Commentarios quos desideras diligenter ordinatos c 39
et in angustum coactos ego vero componam. sed vide ne plus
profutura sit ratio ordinaria quam hec que
nunc vulgo breviarium dicitur. olim cum
latine loqueremur summarium vocabatur.
illa res discenti magis necessaria est. hec scienti.
illa enim docet. hec admonet. sed utriusque
rei tibi copiam faciam. Tu a me non est quod
illum aut illum exigas. qui notorem dat ignotus est.
Scribam ergo quod vis sed meo more. interim
multos habes quorum scripta nescio an
satis ordinent. Sume in manus indicem
philosophorum. hec ipsa res expergisci te coget
si videris quam multi tibi laboraverint. et
cupisces et ipse ex illis unus esse. Habet
enim hoc optimum in se generosus animus quod con-
citatur ad honesta. neminem excelsi ingenii
virum humilia delectant et sordida. magnarum
rerum species ad se vocat et tollit. Quemadmodum
flamma surgit in rectum. iacere ac depri-
mi non potest. non magis quam quiescere. ita noster animus
in motu est eo mobilior et actuosior quo
vehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora
hunc impetum dedit. ponet se extra ius dicionemque
fortune. secunda temperabit. adversa
comminuet et aliis admiranda despiciet.

Magni animi est magna contempnere ac mediocria malle quam nimia. Illa enim utilia vitaliaque sunt, at hec eo quod superfluunt nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non pervenit nimia fecunditas. Idem animis quoque evenit quos immoderata felicitas rumpit, qua non tantum in aliorum iniuriam sed etiam in suam utuntur. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit quam in quosdam voluptates sue sunt, quorum impotentie atque insanie libidini ob hoc unum possis ignoscere quod que fecere patiuntur. Nec immerito hic illos furor vexat: necesse est enim in immensum exeat cupiditas que naturalem modum transilit. Ille enim habet suum finem, inania et ex libidine orta sine termino sunt. Necessaria metitur utilitas, supervacua quo redigis? ... que supervacua fuerant facta sunt necessaria. Serviunt itaque voluptatibus, non fruuntur, et mala sua, quod malorum ultimum est, amant. Tunc autem est consumata infelicitas ubi turpia non solum delectant sed etiam placent, et desinit esse remedio locus ubi que fuerant vicia mores sunt. Vale.

c. xl

Moderandam pronunciacionem docet et exemplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquum

laudat qui expresse et tarde loquitur

Quod frequenter michi scribis gratias ago. Nam quo uno modo potes te michi ostendis. Nunquam epistolam tuam accipio ut non protinus una simus. Si ymagines nobis amicorum absentium iocunde sunt que memoriam renovant et desiderium absentium falso atque inani solacio levant, quanto iocundiores sunt littere que vera amici absentis vestigia veras notas afferunt. Nam quod in conspectu dulcissimum est id amici manus epistole impressa prestat, agnoscere. Audisse te scribis Serapionem philosophum cum istuc applicuisset: solet magno cursu verba convellere que non effundit una sed premit et urget, plura enim veniunt quam quibus vox una sufficiat. Hoc non probo in philosopho, cuius pronunciacio quoque sicut vita debet esse composita. Nichil autem ordinatum est quod precipitatur et properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata et sine intermissione in morem nivis superveniens oratori data est, lenis et melle dulcior seni profluit. Sic itaque habe: istam vim dicendi rapidam atque habundantem aptiorem esse circulanti quam agenti rem magnam ac seriam docentique. Eque stillare illum nolo quam currere; nec extendat aures nec obruat. Nam illa quoque inopia et exilitas minus intentum auditorem habet tedio interrupte tarditatis. Facilius tamen insidit quod expectatur quam quod pretervolat. Denique tradere homines discipulis precepta dicuntur: non traditur quod fugit. Adice nunc quod que veritati operam dat oratio incomposita esse debet et simplex. Hec popularis nichil habet veri. Movere vult turbam et inconsultas aures impetu rapere, tractandam se non prebet, aufertur. Quomodo autem regere potest que regi non potest? Quid quod hec oratio que sanandis mentibus adhibetur descendere in nos debet? Remedia non prosunt nisi immorantur. Multum preterea habet inanitatis et vani, plus sonat quam valet. Lenienda sunt que me exterrent, compescenda que irritant, discucienda que fallunt, inhibenda luxuria, corripienda avaricia. Quid horum raptim potest fieri? Quis medicus egros in transitu curat? Quid quod nec voluptatem quidem ullam talis verborum sine delectu ruencium strepitus habet? Sed ut pleraque que fieri posse non crederes cognovisse satis est, ita istos qui verba exercuerunt habunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari velit? Quid de eorum animo iudicet quorum oratio perturbata et immissa est nec potest reprimi? Quemadmodum per proclive currentium non ubi visum est gradus sistitur, sed incitato corporis pondere serpit ac longius quam voluit effertur, sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est nec satis decora philosophie, que ponere debet verba non proicere et pedetemptim procedere. Quid ergo? Non aliquando et insurget? Quidni? Sed salva dignitate morum, quam violenta ista et nimia vis exuit. Habeat vires magnas, moderatas tamen; perhennis sit unda non torrens. Vix oratori permiserim talem dicendi velocitatem irrevocabilem ac sine lege vadentem. Quemadmodum enim iudex subsequi poterit aliquando etiam imperitus et rudis? Tunc quoque cum illum aut ostentacio abstulerit

aut effectus impetus sui tamen sustinet
atque ingerit quantum aures pati possint
p· vi Recte ergo facies si non audieris istos qui
quantum dicant non quemadmodum quaerunt
Et ipse malueris si necesse est ut P. Vinicius
dicere. Qui itaque? cum quaereretur quomodo Vinicius
diceret Asellius ait tractim. Nam Geminus Varius
ait quomodo istum disertum dicatis nescio tria
verba non potest iungere. Quidni malis tu
sic dicere quomodo Vinicius. Aliquis tam insulsus
interveniat quam qui illi singula verba vellenti
tamquam dictaret non diceret. Ait dic num-
quam dicas. Nam Q. Haterii cursum suis temporibus
oratoris celeberrimi longe abesse ab homine
sano volo. numquam dubitavit numquam intermisit
semel incipiebat semel desinebat. Quaedam
tamen et nationibus puto magis aut minus
convenire. In Graecis hanc licentiam tuleris
Nos etiam cum scribimus interpungere assuevimus
Cicero quoque noster a quo Romana eloquentia
exsiluit gradarius fuit. Romanus sermo
magis se circumspicit et aestimat praebetque
aestimandum. Fabianus vir egregius et vita
et scientia et quod post ista est eloquentia quoque
disputabat expedite magis quam concitate ut
posses dicere facilitatem esse illam non celeritatem
Hanc ergo in viro sapiente non exigo. Recipio
ut oratio eius sine impedimento exeat
proferatur tamen malo quam profluat. Eo autem
magis deterreo ab isto morbo quod non potest
tibi ista res contingere aliter quam si te pudere de-
sierit perfrices frontem oportet et te ipse non
audias. Multa enim inobservatus ille
cursus feret quae reprehendere velis. Non potest
inquam tibi contingere res ista salva verecundia
Praeterea exercitatione opus est cotidiana
et a rebus studium transferendum est ad verba
Haec autem si etiam aderunt et poterit ut si
sine ullo labore decurri tamen temperanda est
Nam quemadmodum sapienti viro incessus
modestior convenit ita oratio pressa non audax
Summa ergo summarum haec erit tardiloquum
te esse iubeo. Vale. **Quod in unoquoque
bonorum virorum deus habitat et
quod homo ex sola rationis bonitate lau-**

xli Facis rem optimam **//dabilis est**
et tibi salutarem si ut scribis
perseveras ire ad bonam mentem
quam stultum est optare cum possis a te impe-
trare. Non sunt ad caelum elevandae manus
nec exorandus aedituus ut nos ad
aurem simulacri quasi magis exaudiri possimus
admittat. Prope est a te deus tecum est
intus est. Ita dico Lucili sacer intra
nos spiritus sedet malorum bonorumque nostrorum
observator et custos. Hic prout a nobis tractatus
est ita nos et ipse tractat. Bonus vero sine
deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam
nisi ab illo adiutus exsurgere. Ille dat consilia
magnifica et erecta. In unoquoque virorum
bonorum quis deus incertum est habitat deus. Si
tibi occurrerit vetustis arboribus et solitam
altitudinem egressis frequens lucus et in
conspectu caeli ramorum altorum alios
protegentium summitate illa proceritas
silvae et secretum loci et admiratio umbrae
in aperto tam densae atque continuae fidem tibi
numinis faciet. Et si quis specus saxis
penitus exesis montem suspenderit non
manu factus sed naturalibus causis in tanta
laxitate excavatus animum tuum quadam
religionis suspicione percutiet. Magnorum
fluminum capita veneramur subita ex
abdito vasti amnis eruptio aras habet
coluntur aquarum calentium fontes et stagna
quaedam quae vel opacitas vel immensa
altitudo sacravit. Si hominem videris interritum
periculis intactum cupiditatibus inter
adversa felicem in mediis tempestatibus
placidum ex superiore loco homines videntem
et ex aequo deos non subibit te veneratio
eius. Non dices ista res maior est altiorque
quam ut credi similis huic in quo est cor-
pusculo possit. Vis istuc divina descendit
animum excellentem moderatum omnia tamquam
minora transeuntem quicquid timemus optamusque
ridentem caelestis potentia agitat. Non
potest res tanta sine adminiculo numinis
stare. Itaque maiore sui parte illic est
unde descendit. Quemadmodum radii solis
contingunt quidem terram sed ibi sunt unde
mittuntur sic animus magnus ac sacer
et in hoc demissus ut propius quidem
divina nossemus conversatur quidem nobiscum
sed haeret origini suae. Illinc pendet. Illuc
spectat ac nititur nostris tamquam melior
interest. Quis est ergo hic animus qui nullo bono
nisi suo nitet. Quid enim est stultius quam in homine
aliena laudare. Quid eo dementius qui
ea miratur quae in alium transferri protinus
possunt. Non faciunt meliorem equum
aurei freni. Aliter leo aurata iuba mittitur

dm contractam et ad paciencia recipiende
ornamenti cogitur fatigatus Alter incultus
integri spiritus hic s. impetu acer qualem
illam nam esse noluit hic speciosus ac
horride tinus hic decor est non sine
timore aspectus Prefertur ille languido
et bractcato Nemo gloriari nisi de suo
debet vitem laudamus si fructu palmites
honerat si ipsa pondere cornu que tulit
ad terram cum amminiculo deducit Quid cui
hunc illam preferret vitem cui auree vue
aurea folia dependeret propria virtus
in vite est fertilitas Quid in homine
id laudandum est quod ipsius e fami
lia formosam habet et domum preclaram
multum ferit multum fenerat nichil hor
ipsius est sed ista ipsius laudanda ei illo quod
nec eripi potest nec dari quod propri
huius est queris quid sit animus et racio
in animo perfecta Rationale enim vel ab hoc
confirmatur itaque homo eius fiunt mirabiles
cum nascitur Quid autem est quod ab illo
racio hec cogitat Rem facillimam s.
secundum naturam suam vivere Sed haud
difficilem facit quibus infamia suavia
alter alterius erudimus Quos autem
revocari ad salutem posset quos nemo
retinet populus impellit Nota coro
qui de potentibus male consulunt
et de remedio contra dampna

Iam tibi iste persuasit // honoris fortunatorum
virum bonum esse at qui vir bonus
tam cito nec fieri potest nec intelligi
Scis quem ne virum bonum dicam humi
fide vere Ita ille ait fortasse tamquam
fenix semel anno quingentesimo nascitur
non est mirum magno intervallo magis
gnavi mediocria et conturbata nascentia
sepe fortuna producit Eximia vero
ipsa raritas commendat Sed iste adhuc
multum abest ab eo quod profitetur et si sciret
quid esset vir bonus nedum se esse cre
deret fortasse etiam fieri posse desperaret
At male consulit de malis Hoc etiam
mali faciunt nec ulla maior pena ne
quicie est quam quod sibi ac suis displicet
at odit eos qui subita et magna po
tentia impotenter utitur Ve faciet tuum

Potuerit multorum quam imbecilla sunt latet
vicia non minus ausina cum illis vires suas
fortuna dederit quam illa que felicitas iam
aperuit in istam complicando neque ea illius
desinunt Sic tutus serpens etiam pestifer
tractatur dum riget frigore non desinit
tunc illi nocencia sed torpeunt Multorum
crudelitas et ambicio et luxuria ut pariter
audeant fortune favore desistit Unde nolle
eos subaudis cogites dum posse ceperunt
noluit Ostendisti tu quendam affirmando
esse in tua potestate dimisse nec voluntatem se
ac leve et te non posse eius tenere s. pennas
incutitur suo plumam tenebat quam
remisit et fugit Alias quos postea tibi
exhibuerit ludos quam multa in caput suum
casum temptaverit non videbat se per
aliorum pericula de sui iure non cogitabat
quam honorosa essent que potebat etiam
si supervacua non essent Hoc itaque in
hiis que affectamus ac que labore magno
contendimus inspicere debemus Nichil in
illis commodi esse aut plus incommodi
Quedam supervacua sunt quedam tanti
non sunt sed hec non pondere considerata
nobis videntur que carissime constant
Ideo licet stupor vir appareat quod ea
sola putamus empta pro quibus pecuniam
solvimus ea gratuita vocamus pro quibus
nos ipsos impendimus que emere nollemus
si domus nobis nostra pro illis esset danda
Quid aliquod amenum fructus sed ne pre
dium ad ea potissimum sumus procurare
ea sollicitudine cum periculo cum iactura
pudoris et libertatis et temporis adeo nichil est
vilius sicut feruntur Id itaque in omnibus consiliis
rebus quod faciamus quod solemus facere
quotiens ad mercatorem alicuius mercis accessimus
videamus hoc quod concupiscimus quanti differatur
sepe maius precium est pro quo illud datur
Multa tibi possum ostendere que acquisita
acceptaque libertatem nobis extorserunt Via
essemus si ista nostra non essent Hoc ergo
tecum ipse versa non solum ubi decrevi in[...]
agere sed etiam ubi decreturus hoc porti
tum est nempe adiectum sunt Iam
facile sine isto vivere quam mansit Sed
dum illud habuisti potius prius quam faciat
est si non dum potest ante quam assuescat

Pecuniam minorem habebis negocia et mo-
lestia. graciam minorem negocia et invidiam
Circumspice ista que nos attingunt agunt
in insaniam que cum plurimis lacrimis ad
mittimus. scies non dampnum in hiis esse molestum
sed opinionem dampni nemo illa perisse
sentit sed cogitat qui se habet nichil perdidit
sed quotum quemque habere se contingit vale. Quod
operacionis modus fere omnia magna
facit. Et quod pura vita a prohibito sensu

Quomodo hoc ad me pervenerit abscondi
quod cogitas
Quomodo hoc ad me pervenerit queris. quis michi id cogitare te
narraverit quod tu nulli narraveras. Is
qui scit plurimum rumor. Quid ergo
inquis tantus sum ut possim excitare
rumorem. Non est quod te ad hunc locum urbe
tuum distinxisse respiciens meciaris
ad istum respice in quo moraris. Quicquid
inter vicina eminet magnum est illic
ubi eminet. Nam magnitudo habet
certum modum. comparatio illam aut tollit
aut deprimit. Navis que in flumine
magna est in mari parvula est. gubernacu-
lum quod alteri navi magnum alteri
exiguum est. Tu nunc in provincia licet
contempnas ipse te magnus es. Quid
agas quemadmodum dormias queritur
eo diligencius vivendum est. Tunc te fe-
licem iudica cum poteris in publico vivere
cum te parietes tui tegent non abscondent
quos plerumque circumdatos nobis iudicamus
non ut tucius vivamus sed ut peccemus
occultius. Rem dicam qua inter mores
estimes nostros. vix quemquam invenies
qui possit aperto ostio vivere. Ianitores
consciencia nostra non superbia opposuit. Sic
vivimus ut deprehendi sit subito non
aspici. Quid autem prodest recondere
se et oculos hominum aures quoque vitare. Bona
consciencia turbam advocat mala eciam in so-
litudine anxia atque sollicita est. Si ho-
nesta sunt que facis omnes sciant. Si
turpia quid refert neminem scire cum
tu scias. O te miserum si contempnis hunc
testem. vale. De vera nobilitate
c xx et de errore beate vite optatum Ra

Iterum tu michi te pusillum facis et
dicis malignius tecum egisse
naturam prius deinde fortunam cum
possis te eximere vulgo et ad felicitatem
hominum maximam emergere. Si quid est aliud
in philosophia boni. hoc est quod stemma
non inspicit. Omnes si ad originem primam
revocantur ad deum sunt. Eques Romanus
es et ad hunc ordinem te tua produxit
industria. At mehercules multis quattuordecim
clausa sunt. non omnes curia admittit
Castra quoque quos ad laborem et periculum reci-
piunt fastidiose legunt. bona mens omnibus
patet. omnes ad hoc sumus nobiles. nec
reicit quemquam philosophia nec eligit. omnibus
patet. Patricius non fuit Socrates. Cle-
antes aquam traxit et rigando ortos
locavit manus. Platonem non accepit
nobilem philosophia sed fecit. Quid est quare
desperes hiis te posse fieri parem. Omnes
hii maiores tui sunt si te illis geris
dignum. Geres autem si hoc protinus tibi
ipse persuaseris. a nullo te nobilitate su-
perari. Omnibus nobis totidem ante nos sunt
nullius non origo ultra memoriam iacet.
Plato ait neminem regem non ex servis
esse oriundum. neminem non servum ex regibus.
Omnia ista longa varietas miscuit et
sursum deorsum fortuna versavit. Quis
est generosus ad virtutem bene a natura compositus.
hoc unum intuendum est. Alioquin si ad vetera
revocas. nemo non inde est ante quod nichil
est. A primo mundi ortu usque ad hoc tempus
perduxit nos ex splendidis sordidisque
alternata series. Non facit nobilem atrium
plenum fumosis ymaginibus. nemo in
nostram gloriam vixit. nec quod ante nos
fuit nostrum est. Animus facit nobilem
cui ex quacumque condicione supra fortunam
licet surgere. Puta itaque non equitem
Romanum esse sed libertinum. Potes
hoc consequi ut solus sis liber inter
ingenuos. Quomodo inquis. Si mala bona-
que non populo auctore distinxeris. In-
tuendum est non unde veniant sed quo
eant. Si quid est quod vitam beatam facere
potest id bonum est suo iure. Depravari
autem in malum non potest. Quid est ergo
in quo erratur cum omnes beatam vitam optent.
Quod instrumenta eius pro ipsa habent et illam
dum petunt fugiunt. Nam cum summa vite
beate sit solida securitas et eius in-
concussa fiducia. sollicitudinis colligunt

al' ... indubitata nobilitas que moribus paratur comparata

.: omnia bonorum appetunt

Vera nobilitas

causas et pertinaciter vite non tam ferunt sarcinas sed trahunt. Sic longius ab effectu eius quod petunt semper abscendunt et quo plus opere impenditur hoc se magis impediunt et feruntur retro. Quod evenit in laberintho properantibus: ipsa illos velocitas implicat. Vale.

Liber vij de modo legendi commentarios. De claritate non in verbis sed rebus advertenda est. Quis sit vere beatus et cetera.

Librorum istic inopiam esse quereris. Non refert quam multos sed quam bonos habeas. Lectio certa prodest, varia delectat. Qui quo destinavit pervenire vult, unam sequatur viam, non per multas vagetur: non ire istud sed errare est. Vellem inquis magis consilium mihi quam libros dares. Ego vero quoscumque habeo mittere paratus sum et totum horreum excutere. Me quoque isto si possem transferrem et nisi mature te finem officii sperarem impetraturum hanc senilem expeditionem indixissem mihi, nec me Caribdis et Scilla et fabulosum istud fretum deterrere potuissent. Vel transnatassem ista, non solum traiecissem, dummodo te complecti possem et presens estimare quantum animo crevisses. Ceterum quod libros meos mitti tibi desideras, non magis ideo me disertum puto quam formosum putarem si ymaginem meam peteres. Indulgentie scio istud esse, non iudicii. Et si est, indulgentia tibi imposuit. Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege tamquam verum queram adhuc, non sciam, et contumaciter queram. Non enim me cuiquam emancipavi, nullius nomen fero. Multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid et meo vindico. Nam illi quoque non inventa sed querenda nobis reliquerunt, et invenissent forsan necessaria nisi et supervacua quesissent. Multum illis temporis verborum cavillatio eripuit et captiosas disputationes que acumen irritum exercent. Nectimus nodos et ambiguam significationem verbis illigamus ac deinde dissolvimus. Tantum nobis vacat? Vivere iam, mori scimus? *at perdidimus* Tota illo mente pergendum est ubi provideri debet ne res nos, non verba decipiant. Quid mihi vocum similitudines distinguis, quibus nemo umquam nisi dum disputat captus est? Res fallunt: illas discerne. Pro bonis mala amplectimur, optamus contra id quod optavimus, pugnant vota nostra cum votis, consilia cum consiliis. Adulatio quam similis est amicitie! Non imitatur tantum illam sed vincit ac preterit. Apertis ac propitiis auribus recipitur et in precordia yma descendit, eo ipso gratiosa quo ledit. Doce me quemadmodum hanc similitudinem possim dinoscere. Venit ad me pro amico blandus inimicus. Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt, temeritas sub titulo fortitudinis latet, moderatio vocatur inertia, pro cauto timidus accipitur. In hiis magno cum periculo erramus. Ergo hiis certas notas imprime. Ceterum qui interrogatur an cornua habeat non est tam stultus ut frontem suam temptet, nec rursus tam ineptus aut hebes ut nesciat tu illa subtilissima collectione persuaseris. Hec ista sine noxa decipiunt, quomodo prestigiatorum acetabula et calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat. Effice inquis ut quomodo fiat intelligam: perdidi usum. Idem de istis captionibus dico. Quo enim nomine potius sophismata appellem? Nec ignoranti nocent nec scientem iuvant. Si utique vis verborum ambiguitates deducere, hoc doceas beatum non esse eum quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, sed illum cui omne bonum in animo est, erectum et excelsum et mirabilia calcantem, qui neminem videt cum quo se commutatum velit, qui hominem ea sola parte estimat qua homo est, qui natura magistra utitur, ad illius leges componitur, sic vivit quomodo illa prescripsit, cui bona sua nulla vis excutit, qui malum in bonum vertit, certus iudicii, inconcussus, intrepidus, quem aliqua vis movet, nulla perturbat, quem fortuna cum quod habuit telum nocentissimum vi maxima intorsit pungit, non vulnerat, et hoc raro. Nam cetera eius tela, quibus genus humanum debellatur, grandinis more dissiliunt, que tectis sine ullo habitatoris incommodo crepitant ac solvuntur. Quid me detines in eo quem tu ipse eudomenon appellas quo

tanta librorum compositio est. Haec tota mea
in mente. Hac curam hanc ad usum
si acutus es redige. Vitia indicat. Errorum
magna pars supervacua est. ... nisi se
momenti habet in hoc ut possit sectandum
habitum quam praestare. Non enim statim bonum
est si quid utile aut protinus bonum
quod utile sit. ... hac non parum et pro-
lente ... et ceteris sine quibus vita
non ducitur. Quod bonum est utique utile
est. Non utique bonum est utile. Quaedam
vitia sunt quaedam eadem ... nec
ipsis eo dignitate boni ignorent ut aliud
ad hoc in die utilia dimittat. Quid
ergo non eo potius tempus transferret ut oste-
dat omnibus magno temporis impendio quae
supervacua et multos transisse vitam dum vitae
instrumenta congruerunt. Recognosce singulos,
considera universos: nullius non vita spectat
in crastinum. Quid in hoc sit mali quaeris?
infinitum. Non enim vivunt, sed victuri sunt.
Omnia differunt. Etiam si attenderemus, tamen
nos vita praecurreret. Nunc vero cunctantes
quasi aliena transcurrit et ultimo die finitur,
non tamen omni perit. Sed ne epistulae modum
excedam, quae non debet sinistram manum
legentis implere, in alium diem hanc litem
cum dialecticis differam nimium subtilibus
et hoc solum curantibus, non hoc et hoc. Vale.

Laudat volumina sibi missi dulce-
dine ubi docet quod in dictando fertilis
est eligenda materia. Rubrica

e 46 c 2 Librum tuum quem mihi promiseras
accepi et lecturus tamquam ex commodo
adaperui ac tantum degustare volui;
deinde blanditus est ipse ut procederem.
Qui quam diserti sunt ex hoc intelleges:
levis mihi visus est, non tui nec corporis
mei nec tui, sed operis tamquam primo aspectu
aut Titi Livii aut Epicuri posset videri.
Tanta autem dulcedine me tenuit et
traxit ut illum sine ulla dilatione per-
legerem. Sol me invitabat, fames admo-
nebat, nubes minabantur; tamen exhausi
totum. Non tantum delectatus sed gavisus sum.
Quid ingenii iste habuit, quid animi!
Dicerem quid impetus, si interquievisset, si
intervallo surrexisset; nunc non fuit impetus

sed tenor, compositio virilis et sancta; nihilominus
interveniebat dulce illud et loco lene. Grandis,
erectus es: hoc te volo tenere, sic ire. Fecit
aliquid et materia; ideo eligenda est fertilis,
quae capiat ingenium, quae incitet. De libro
plura scribam cum illum retractavero. Nunc
parum mihi sedet iudicium, tamquam audierim illa,
non legerim. Sine me et inquirere. Non est quod
verearis: verum audies. O te hominem felicem, quod
nihil habes propter quod quisquam tibi tam
longe mentiatur, nisi quod etiam iam ubi causa
sublata est mentimur consuetudinis causa. Vale.

De familiaritate habenda cum servis. Rubrica

Libenter ex his qui a te veniunt · e · xlvii
cognovi familiariter te cum servis c 3
tuis vivere. Hoc prudentiam tuam, hoc
eruditionem decet. Servi sunt. Immo homines.
Servi sunt. Immo contubernales. Servi sunt.
Immo humiles amici. Servi sunt. Immo conservi,
si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae.
Itaque rideo istos qui turpe existimant cum
servo suo cenare. Quare, nisi quia superbissima
consuetudo cenanti domino stantium servorum turbam
circumdedit? Est ille plus quam capiat, et in-
genti aviditate onerat distentum ventrem
ac desuetum iam ventris officio, ut maiore
opera omnia egerat quam ingessit. At infelicibus
servis movere labra ne in hoc quidem ut
loquantur licet; virga murmur omne compescitur,
et ne fortuita quidem verberibus excepta
sunt: tussis, sternutamenta, singultus; magno
malo ulla voce interpellatum silentium luitur;
nocte tota ieiuni mutique perstant. Sic fit ut
isti de domino loquantur quibus coram domino loqui
non licet. At illi quibus non tantum coram dominis
sed cum ipsis erat sermo, quorum os non con-
suebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem
et periculum imminens in caput suum avertere;
in conviviis loquebantur, sed in tormentis ta-
cebant. Deinde eiusdem arrogantiae proverbium
iactatur, totidem esse hostes quot servos. Non
habemus illos hostes, sed facimus. Alia interim
crudelia, inhumana praetereo, quod ne tamquam hominibus
quidem sed tamquam iumentis abutimur. Cum
ad cenandum discubuimus, alius sputa deterget,
alius reliquias temulentorum subditus
colligit. Alius pretiosas aves scindit; per
pectus et clunes certis ductibus circumferens
eruditam manum frusta excutit, infelix,
qui huic uni rei vivit ut altilia decenter secet

Nisi quod miserior est qui hoc voluptatis causa
docet quam qui necessitatis discit. Alius vini
minister in muliebrem modum ornatus cum
etate luctatur. Non potest effugere pueritiam,
retrahitur, iamque militari habitu glaber
retritis pilis aut penitus evulsis tota
nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini
ac libidinem dividit et in cubiculo vir,
in convivio puer est. Alius, cui convivarum
censura commissa est, perstat infelix et ex-
pectat quos adulatio et intemperantia
aut gule aut lingue revocet in crastinum.
Adice obsonatores quibus dominici palati
notitia subtilis est, qui sciunt cuius illum
rei sapor excitet, cuius delectet aspectus,
cuius novitate nauseabundus possit erigi,
quid iam ipsa satietate fastidiat, quid
illo die esuriat. Cum his cenare non sustinet
et maiestatis sue diminutionem putat
ad eandem mensam cum servo suo accedere.
Di melius! Quot ex istis dominos habet! Stare
ante limen Callisti dominum suum vidi et
eum qui illi impegerat titulum, qui inter
reicula mancipia produxerat, aliis intran-
tibus excludi. Retulit illi gratiam servus
ille in primam decuriam coniectus, in qua
voce preco occupit. Et ipse illum invicem
apologavit et ipse non iudicavit domo
sua dignum. Dominus Callistum vendidit,
sed domino quam multa Callistus. Vis tu
cogitare istum quem servum tuum vocas
ex hisdem seminibus ortum eodem frui
celo, eque spirare, eque vivere, eque
mori. Tam tu illum videre ingenuum po-
tes quam ille te servum. Mariana clade multos
splendidissime natos senatorium per
militiam auspicantes gradum fortuna
depressit; alium ex illis pastorem, alium
custodem case fecit. Contempne nunc eius
fortune hominem in quam transire dum contempnis
potes. Nolo me in ingentem locum inmittere
et de usu servorum disputare, in quos super-
bissimi crudelissimi contumeliosissimi
sumus. Hec tamen precepti mei summa est:
sic cum inferiore vivas quemadmodum
tecum superiorem velis vivere. Quotiens
in mentem venerit quantum tibi in servum liceat,
veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere.

At ego, inquis, nullum habeo dominum. Bona
etas est: forsitan habebis. Nescis qua
etate Hecuba servire ceperit, qua Cresus,
qua Darii mater, qua Platon, qua Diogenes?
Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem
illum admitte et in consilium et in convictum. Hoc
loco acclamabit mihi tota manus de-
licatorum: Nichil hac re humilius, nichil
turpius. Hos ego eosdem deprehendam alie-
norum servorum osculantes manum. Ne illud
quidem videtis, quam omnem invidiam maiores
nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerunt?
Dominum patrem familie appellaverunt, servos,
quod etiam in mimis adhuc durat, fami-
liares. Constituerunt diem festum, non quo
solo cum servis domini vescerentur, sed quo
utique; honores illis in domo gerere, ius
dicere permiserunt et domum pusillam
rem publicam esse iudicaverunt. Quid ergo? Omnes
servos admovebo mense mee? Non magis
quam omnes liberos. Erras si existimas
me quosdam quasi sordidioris operis reiecturum,
ut puta illum mulionem et illum bubulcum.
Non ministeriis illos estimabo
sed moribus; sibi quisque dat mores, ministeria
casus assignat. Quidam cenent tecum
quia digni sunt, quidam ut sint. Si quid
enim in illis ex sordida conversatione servile
est, honestiorum convictus excutiet. Non
est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et
in curia queras: si diligenter attenderis,
et domi invenies. Sepe bona materia
cessat sine artifice: tempta et experire.
Quemadmodum stultus est qui equum
empturus non ipsum inspicit sed stratum
eius ac frenos, sic stultissimus est qui
hominem aut ex veste aut ex condicione,
que vestis modo nobis circumdata est, estimat.
Servus est. Sed fortasse liber animo. Servus
est. Hoc illi nocebit? Ostende quis non
sit: alius libidini servit, alius avaritie,
alius ambitioni, omnes timori. Dabo con-
sularem anicule servientem, dabo ancille
divitem, ostendam nobilissimos iuvenes
mancipia pantomimorum. Nulla
servitus turpior est quam voluntaria. Quare
non est quod fastidiosi isti te deterreant quo
minus servis tuis hilarem te prestes et non
superbe superiorem. Colant te potius quam timeant.
Aut dicet aliquis nunc me vocare

ad pilleum servos et dominos de fastigio suo
deicere. Quod dixi potius colant dominum
quam timeant. tamquam clientes tamquam salutatores
hoc qui dicit obliviscitur id dominis
parum non esse quod deo sat est qui colitur
et amatur non potest amor cum timore misceri
Rectissime ergo facere te iudico quod timeri
non vis a servis tuis quod verborum castigatione
uteris verberibus muta admonentur
non quicquid nos offendit et ledit sed ad ra-
biem cogunt pervenire delicie ut quicquid non
ex voluntate respondit iram evocet. Regum
nobis induimus animos. Nam illi quoque
obliti et suarum virium et imbecillitatis
aliene sic excandescunt sic seviunt quasi
iniuriam acceperint. A cuius rei periculo
illos fortune sue magnitudo tutissimos
prestat. nec hoc ignorant sed occasionem
nocendi captant querendo acceperunt in-
iuriam ut facerent. Diutius te nolo morari
non est enim tibi opus exhortatione. Hoc
habent inter cetera boni mores placent
sibi permanent levis est malitia sepe
mutatur non in melius sed in aliud. Vale.

Longiori mora opus esse in solutione
questionis quam in propositione. Et quod amicicia
omnia mutuo reddat. Et de hiis qui
in tanta temporum egestate puerilibus so-
phismatibus intendunt. Epistola

Hoc epistolam quam in continere
misisti tam longam quam ipsum
iter fuit postea rescribam. Se-
ducere me debeo et quid suadeam circumspicere.
Nam tu quoque qui consulis diu an consu-
leres cogitasti quanto magis michi hoc fa-
ciendum est. cum longiore mora opus sit
ut solvas questionem quam ut proponas.
Utique cum aliud tibi expediat aliud michi.
Iterum ego tamquam epicureus loquor. Michi
vero expedit quod tibi. aut non sum amicus
nisi quicquid agitur ad te pertinens meum est.
Consortium rerum omnium inter nos amicitia
facit. nec secundi quicquam singulis est
nec adversi. In commune vivitur. nec potest
quisquam beate degere qui se tantum intuetur
qui omnia ad utilitates suas convertit.
Alteri vivas oportet si vis tibi vivere.
Hec societas diligenter et sancte observata
que nos omnes omnibus miscet et iudicat
aliquid esse commune ius generis humani
plurimum ad illam quoque de qua loquebar

interiorem societatem amicitie colendam proficit.
Omnia enim cum amico communia habebit qui
multa cum homine. Hoc Lucili virorum optime m(alo)
ab istis dyalecticis subtilibus precipi malo.
quid amico prestare debeam quid homini. quam quot modis
amicus dicatur et homo quam multa significet.
In diversum. Ecce sapientia et sapientis et stultitia
discedunt. cum accedo in utramque partem ire
iubes. Ille homo pro amico est. Hunc amico
non est consentire. Ille amicum sibi parat
hic se amico. Tu michi verba distorques
et sillabas digeris. Scilicet nisi interrogationes [al' interrogationes infert / fictas]
vafras struxero et conclu-
sione falsa a vero nascens mendacium a-
strinxero. non potero a fugiendis petenda
secernere. Pudet me in re tam seria senes
ludimus. Mus sillaba est. mus autem
caseum rodit. sillaba ergo caseum rodit. Putas
me istuc non posse solvere. [vel ne] Michi ex ista
scientia quod periculum imminet. quod incommodum.
Sine dubio verendum est ne quando musci-
pula sillabas capiat. aut ne quando si ne-
gligentior fuero caseum liber comedat.
Nisi forte acutior est hec collectio. Mus
sillaba est. sillaba autem caseum non rodit. mus
ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias.
In hoc supercilia subduximus. in hoc bar-
bam demisimus. hoc est quod tristes docemus
et pallidi. Vis scire quid philosophia promittat
generi humano. consilium. Alium mors vocat.
alium paupertas urit. Alium divicie vel
aliene torquent vel sue. Ille malam
fortunam horret. hic se felicitati sue
subducere cupit. hunc homines male habent
illum dii. Quid ista lusoria componis.
non est iocandi locus. ad miseros advo-
catus es. Opem laturum te naufragis
captis. egris. egentibus [vel intente] intento securi
subiectum prestantibus caput pollicitus
es. Quo diverteris. quid agis. hic cum
quo ludis timet. Succurre laqueo. Vide
tu pernicibus. Omnes undique ad te manus
tendunt perdite vite perituri quod auxilium
aliquod implorant. In te spes opesque
sunt. Rogant ut ex tanta illos vo-
lutatione extrahas. ut disiectis et erran-
tibus clarum veritatis lumen ostendas.
Dic quid natura necessarium fecerit. quid
supervacuum. quam faciles posuerit leges. quam io-
cunda sit vita. quam expedita illas sequentibus.
quam acerba et implicita eorum qui
opinioni plus quam nature crediderunt

Quam prius docuerit quam ex parte ergo ista so-
phismata levatura sint. Quid istorum
cupiditates demit quid temperat? Utinam
tantum non prodessent: nocent. Hoc tibi
cum voles manifestissime faciam: com-
minuunt et debilitant generosam indo-
lem in istas argutias coniectam. Pudet
dicere contra fortunam militaturis que
porrigant tela quemadmodum illos sub-
ornant. Hac ad summum bonum itur? Per
istud philosophie sive nive et turpes infamesque
etiam ad album sedentibus exceptiones?
Quid enim aliud agitis cum eum interro-
gatis scientes in fraudem inducitis quam
ut formula cecidisse videatur? Sed quemad-
modum pretor sic hos philosophia in integrum
restituit. Quid disceditis ab ingentibus
promissis et grandia locuti effecturos
vos ut non magis auri fulgor quam
gladii perstringat oculos meos ut
ingenti constantia et quod omnes optant
et quod omnes timent calcare ad gra-
maticorum elementa descenditis? Quid
dicitis? Sic itur ad astra. Hoc enim est quod
philosophia mihi promittit ut me parem deo
faciat. Ad hoc invitatus sum, ad hoc veni:
fidem presta. Quantum potes ergo, mi Lucili,
reduc te ab istis exceptionibus et
prescriptionibus philosophorum. Aperta decent
et simplicia veritatem. Etiam si multum
superesset etatis parce dispensandum
erat ut sufficeret necessariis. Nunc que de-
mentia est supervacua discere in tanta
temporis egestate. Vale.

De velocitate temporis non in questionibus
simularibus expetenda sed ad
exhortatione virtutum redimenda

c. ꝗ
c. 1

Est quidem, mi Lucili, supinus
et negligens qui in amici me-
moriam ab aliqua regione ad-
monitus reducitur. Tamen repositum in animo
nostro desiderium loca interdum familiaria
revocant nec extinctam memoriam red-
dunt sed quiescentem irritant sicut do-
lorem lugentium etiam si mitigatus est
tempore aut servuli familiaris amissio aut
vestis aut domus renovat. Ecce Cam-
pania et maxime Neapolis ac Pompeiorum
tuorum conspectus incredibile
est quam recens desiderium tui fecerint.
Totus mihi in oculis es. Cum maxime a te
discedo video te lacrimas combibentem et
affectibus tuis inter ipsam coercitionem exeun-
tibus non satis resistentem. Modo a-
misisse te videor. Quid enim non est modo
si recorderis? Modo apud Sotionem
philosophum puer sedi, modo causas agere cepi,
modo desii velle agere, modo desii posse.
Infinita est velocitas temporis, que magis
apparet respicientibus. Nam ad presentia intentos
fallit; adeo precipitis fuge transitus
lenis est. Causam huius rei queris? Quicquid
temporis transit eodem loco pariter aspicitur,
una iacet; omnia in idem profundum
cadunt. Alioquin non possunt longa intervalla
esse in ea re que tota brevis est. Punctum
est quod vivimus et ad hoc puncto minus est.
Sed hoc minimum specie quadam longioris
spacii natura derisit. Aliud ex hoc infan-
tiam, aliud inclinationem quandam ab adolescentia
ad senectutem, aliud ipsam senectutem. In quam
angusto quodam quosdam gradus posuit!
Modo te prosecutus sum. Et tamen hoc
modo etatis nostre portio bona est cuius brevitatem
aliquando futuram cogitemus. Non solebat mihi tam
velox tempus videri; nunc incredibilis cursus
apparet, sive quia admoveri lineas sentio
sive quia attendere cepi et computare damnum
meum. Eo magis itaque indignor aliquos
ex hoc tempore quod sufficere ne ad necessaria
quidem potest etiam si custoditum diligentissime
sit, in supervacua maiorem partem erogare.
Negat Cicero si duplicetur sibi etas ha-
biturum se tempus quo legat liricos: eodem
loco dyalecticos. Tristius inepti sunt.
Illi ex professo lasciviunt, hii agere
ipsos aliquid existimant. Nec ego nego prospicienda
ista sed prospicienda tantum et a limine sa-
lutanda in hoc unum ne verba nobis dentur
et aliquid esse in illis magni ac secreti boni
iudicemus. Quid te torques et maceras
in ea questione quam subtilius est contempsisse
quam solvere? Securi est et ex commodo migrantis
minuta conquirere. Cum hostis instat a
tergo et movere se iussus est miles necessitas
excutit quicquid pax ociosa collegerat.
Non vacat mihi verba dubie cadentia
consectari et vafriciam in illis meam
experiri. Aspice qui coeant populi, que
menia clausis ferrum acuant portis.
Magno mihi animo strepitus iste belli
circumsonans exaudiendus est. Demens

omnibus nimio videretur Dic cum saxa immi-
nentium murorum senes ferme et tegerent
tum iuventus intra portas armata signum
eruptionis expectaret aut prosequentur
tum hostilia in portis tela vibrarent
ipsum plurimum suffossionibus et cuniculis
tremeret sedem otiosus et hoc modo ista
inutilia ponderis habes quod non perdidisti
cornua quod habes alia quoque in exemplum
sunt acutiate delibationibus generata atque
nove tibi demens videar si istis impe-
ndero operam etiam nunc cum obsideor hinc
tum in periculum obsessum extra iminet
nisi me murus ab hoste secerneret nunc
mecum mortifera sunt non vaco ad istas
ineptias ingens negotium in manibus
est quid agam mors me sequitur fugit
vita adversus me hoc doce aliquid
effice ut ego mortem non fugiam vita
me non effugiat exhortare adversus
difficilia de equanimitate adversus ine-
vitabilia angustias in temporis laxa
doce non esse positum bonum vite spacio
eius sed in usu posse fieri immo sepisse
fieri ut qui diu vixerit dic mihi
moriturum potes ne expergisci quod quiescit
dic expergiscito potes dormire amplius
dic occidit potes ne videri dic videbitur
potes exire cum aut si subnavigatione
tum confirmas minimum esse quo morte
vita deducitur in omni loco eque terminum
intervallum est non ubique mors se tam
prope ostendit ubique tam prope est Has te-
nebras discute et facilius ea trades
ad que paratus sum Docibiles natura
nos edidit imperfecta sed que perfici
possent de iustitia de pietate in disputa
De frugalitate de pudicitia utraque et
illa tam alieni corporis abstinentia
et hec tum sua cura sine me nolitis
ad molientes perdere diducere facilius
ad id quo tendo pervenio Nam ut ait
ille tragicus veritatis simplex oratio est
ideo quod illa implicare non oportet nec
enim quicquid magis convenit quam subdola
ista calliditas animis magna conantibus Vale

De falsa compositione portata et
qualiter possit induruta etiam pravitas
corrigi quod virtutes sunt quasi bona
naturalia et vitia nature inimica
et quod carum inicium arduum sed tutela

Epistolam tuam accepi facilius
post multos menses quam miseras
supervacuum itaque putavi ab eo
qui afferebat quid ageres querere valde
enim bone memorie est si meminit et tamen
spero te sic nunc vivere ut ubicumque eris scias
quid agas. Quid enim aliud agis quam
ut meliorem te ipsum cottidie facias ut
aliquid ex erroribus ponas ut intelligas
tua vitia esse que putas rerum. Quedam
enim locis et temporibus ascribimus. At illa
quocumque transierimus secutura sunt. Har-
pastem uxoris mee fatuam scis heredi-
tarium onus in domo mea remansisse
ipse enim aversissimus ab istis prodigiis
sum. Si quando fatuo delectari volo non
est mihi longe querendus me video. Hec fatua
subito desiit videre. Incredibilem rem tibi
narro sed veram nescit esse se cecam
Subinde pedagogum suum rogat ut mi-
gret ait domum tenebricosam esse. Hoc
quod in illa videmus omnibus nobis accidere
liqueat tibi. Nemo se avarum esse intel-
ligit nemo cupidum. Ceci tamen ducem querunt
nos sine duce erramus et dicimus. Non ego
ambitiosus sum sed nemo aliter Rome
potest vivere. Non ego sumptuosus sum sed urbs
ipsa magnas impensas exigit. Non
est meum vitium quod iracundus sum quod
nondum constitui certum genus vite adolescentia
facit. Quid nos decipimus
non est extrinsecus malum nostrum intra
nos est in visceribus ipsis sedet. Et ideo
difficulter ad sanitatem pervenimus quia
nos egrotare nescimus. Si curare cepe-
rimus quando tot morbos tantas vires
distruemus. Nunc vero nec querimus
quidem medicum qui minus negotii haberet
si adhiberetur ad recens vitium. Sequerentur
teneri et rudes animi recta monstrantem
Nemo difficulter ad naturam reducitur
nisi qui ab illa defecit. Erubescimus
discere bonam mentem. At me hercle tur-
pe est magistrum bone mentis querere. Illud
desperandum non est posse nobis tantum
bonum influere laborandum est et ut

Verum dicam · ne labor quidem magnus est
si modo ut dixi ante animum nostrum for
mare incipimus et corrigere quam indurescat
pravitas eius. Sed nec indurata
despero · nichil est quod non expugnet
pertinax opera et intenta ac diligens
cura. Robora in rectum quamvis inflexa
revocabis · Curvatas trabes calor
explicat et aliter nate in id finguntur
quod usus noster exigit. Quanto facilius
animus accipit formam flexibilis et
omni humore obsequentior. Quid enim
est aliud animus quam quodam modo habens se
spiritus · Vides autem tanto spiritum esse
faciliorem omni alia materia quanto tenuior
est. Illud mi Lucili non est quod impe
diat te quominus de nobis bene speres
quod malitia nos iam tenet quod diu in possessione
nostri est · vale. Sed neminem autem bona
mens venit quam mala. Omnes preoccupati
sumus · virtutes discere vitia dediscere.
Sed eo maiore animo ad emendationem
nostri debemus accedere · quo semel tra
dita nobis boni perpetua possessio est ·
non dediscitur virtus. Contraria enim
mala in alieno herent · ideo depelli
et exturbari possunt · fideliter sedent
que in locum suum veniunt. Virtus secundum
naturam est · vitia inimica et infesta sunt.
Sed quemadmodum virtutes recepte exire
non possunt · facilisque earum tutela est ·
ita initium ad illas eundi arduum · quia
hoc proprium imbecille mentis est atque egre
formidare inexperta. Itaque cogenda est
ut incipiat. Deinde non est acerba
medicina. Protinus enim delectat dum
sanat. Aliorum remediorum post sanitatem
voluptas est · philosophia pariter salutaris
et dulcis est · Vale · **Liber vii · Ame
nas regiones vitandas vitiorumque
et exemplis probat**

d
e 71
c 1

Quomodo quisque potest mi Lucili ·
tu istic habes Ethnam
et illum nobilissimum Sicilie montem
quem quare dixerit Messala unicum
sive Valgius · apud utrumque enim legi
non reperio · cum plurima loca evomant
ignem non tantum edita · quod crebrius evenit
videlicet quia ignis in altissimum effertur
sed etiam iacentia. Nos utcumque possumus
contenti sumus Baiis · quas postero die
quam attigeram · reliqui · locum ob hoc
devitandum · cum habeat quasdam naturales
dotes · quia illum sibi celebrandum
luxuria desumpsit. Quid ergo ulli loco
indicendum odium · minime · sed quemadmodum
aliqua vestis sapienti ac probo viro
magis convenit quam alia · nec ullum
colorem ille odit · sed aliquem parum putat
aptum esse frugalitatem professo · sic re
gio quoque est quam sapiens vir aut ad sapien
tiam tendens declinat tamquam alienam
bonis moribus. Itaque de secessu cogitans
numquam Canopum eliget · quamvis neminem
Canopus esse frugi vetet. Nec Baias
quidem · diversorium vitiorum esse. Sola illa
ceperunt. Illic sibi plurimum luxuria per
mittit. Illic tamquam aliqua licentia debea
tur loco magis solvitur. Non tantum corpori sed
etiam moribus salubrem locum eligere
debemus · quemadmodum inter tortores
habitare nolim · sic nec inter
popinas quidem. Videre ebrios per
littora errantes et comessationes na
vigantium et symphoniarum cantibus stre
pentes lacus et alia que velut soluta
legibus luxuria non tantum peccat sed
publicat · quid necesse est. Id agere
debemus ut irritamenta vitiorum
quam longissime profugiamus. Indurandus
est animus et a blandimentis voluptatum
procul abstrahendus est. Una Hanni
balem hiberna solverunt et indomitum
illum nivibus atque Alpibus virum ener
vaverunt fomenta Campanie. Armis
vicit · vitiis victus est. Nobis militandum
est et quidem genere militie · quo numquam
quies · numquam otium datur. Debellande
sunt in primis voluptates que ut vi
des seva quoque ingenia rapue
runt. Si quis sibi proposuerit quantum
operis aggressus sit · sciet nichil deli
cate nichil molliter esse faciendum.
Quid mihi cum istis calentibus stagnis.
Quid cum sudatoriis in que siccus vapor
corpora exhausturus includitur. Omnis

sudor per laborem

sudor per laborem exeat. Hi faceremus quod
fecit Hanibal ut interrupto cursu rerum
omisso bello fovendis corporibus opera
daretur. Nemo non tempestivam desidiam
victoris et ne dic intenti periculosam
merito reprehenderet. Quanto nobis quam illis
punica signa sequentibus licet plus periculi
restat cedentibus plus operis laborantibus
fortuna mecum bellum gerit. Non sum imperata
facturus iugum non recipio. Immo quod
maiore virtute faciendum est excutio.
Non est emolliendus animus. Si voluptati
cessero cedendum est dolori, cedendum la-
bori, cedendum paupertati. Idem est sibi in me
iuris esse volet et ambitio. Et inter tot[2] ira
affectus distrahat, immo discerpar. Li-
bertas proposita est. Ad hoc premium labo-
ratur. Que sit libertas queris: nulli rei
servire, nulli necessitati, nullis casibus; fortunam
in equum deducere. Quo die illam intellexero
plus posse nil potuerit. Ergo illam feram
cum in manu mors sit. His cogitationibus
intentum loca seria sancta quam eligere oportet.
Effeminat animos amoenitas nimia. Nec
dubitetur aliquid ad corrumpendum vigorem
posse regio. Quamlibet viam iumenta patiuntur[2]
quorum durata in aspero ungula est. In
molli palustrique pastu saginata cito
subteruntur[2]. Et fortior miles ex confragoso
venit. Segnis est urbanus et verna. Nulla
recusant laborem manus que ad arma
ab aratro transferuntur. In primo deficit
pulvere ille unctus et nitidus. Severior
loci disciplina firmat ingenium aptumque
magnis conatibus reddit. Literni honestius
Scipio quam Baiis exulabat; ruina eius non est tam molliter collocanda.
Illi quoque ad quos primos fortuna rei publice
publicas opes transtulit, C. Marius et G.
Pompeius et Cesar, extruxerunt
quidem villas in regione Baiana, sed illas
imposuerunt summis iugis montium. Videbatur
hoc magis militare ex edito speculari
late longeque subiecta. Aspice quam positionem
elegerunt, quibus edificia excitaverunt
locis et qualia, scies non villas esse, sed
castra. Habitaturum tu putas unquam fuisse
in munica Cathonem, ut praenavigantes adul-
teras dinumeraret et tot genera cimbarum

varijs coloribus picta et fluitantem toto
lacu rosam, ut audiret canentium nocturna
convicia? Nonne ille manere intra vallum
maluisset quod in unam noctem manu sua ipse
duxisset? Quidni mallet, quisquis vir
est, somnum suum classico quam symphonia
rumpi? Sed satis diu cum Baijs litigavimus,
numquam satis cum vitijs. Que oro te Lucili
persequere sine modo, sine fine. Nam illis quoque
nec finis est nec modus. Proijce quecumque
cor tuum laniant. Que si aliter extrahi
nequirent, cor ipsum cum illis revellendum
erat. Voluptates precipue exturba, et invisissimas
habe. Latronum more quos
philistas Egiptij vocant, in hoc nos
amplectuntur ut strangulent. Vale. De
tribus generibus hominum ad philosophiam
venientium. Et quibus in hac via sit ali-
gendus adiutor. Et de illicita et vetita laudatione. P e[2]
Quid est hoc Lucili [2] quod nos alio tendentes alio trahit. ex
et eo unde recedere cupimus impellit?
Quod colluctatur cum animo meo nec per-
mittit nobis quicquam semel velle? Fluc-
tuamus inter varia consilia, nichil libere
volumus, nichil absolute, nichil semper.
Stultitia est inquis cui nichil constat,
nichil diu placet. Sed quemadmodum nos aut
quando ab illa revellemus? Nemo per se satis valet
ut emergat. Oportet manum aliquis porrigat,
aliquis educat. Quosdam ait Epicurus ex[4]
ad veritatem sine ullius adiutorio exsurrexisse
fecisse sibi ipsis viam. Hos maxime laudat
quibus ex se impetus fuit, qui se ipsos
protulerunt. Quosdam indigere ope aliena,
non ituros si nemo precesserit, sed
bene secuturos. Ex his Metrodorum
ait esse egregium hoc quoque, sed secunde sortis
ingenium. Nos ex illa prima nota non
sumus, bene nobiscum agitur si in secundam
recipimur. Ne hunc quidem contempseris hominem
qui alieno beneficio salvus esse potest;
et hoc multum est velle salvari. Preter hec
adhuc invenies aliud genus hominum, ne
ipsum quidem fastidiendum, eorum qui cogi
ad rectum compellique possunt, quibus non
duce opus sit sed adiutore et ut ita dicam
coactore. Hic tertius color est. Si queris huius

exemplar. Hermachum ait Epycurus
talem fuisse. Itaque alteri bene secundi
magis gratulatur, alterum coniugium magis
suspicit. Quamvis enim ad eundem finem uterque
pervenerit, tamen maior est laus idem effe-
cisse in difficiliore materia. Puta duo
edificia excitata esse ambo paria eque
excelsa atque magnifica. Alterum funda-
menta laxa habet. Alterum primam aream
accepit et illic protinus tremit opus in
molle et fluidam humum missum multum
laboris exhaustum est dum pervenit ad
solidum. In verbis quicquid fecit alterius
magna pars et difficilior latet. Quedam
ingenia facilia et expedita. Quedam manu
quod aiunt facienda sunt et in fundamentis
suis occupata. Itaque illum ego feliciorem
dixerim qui nichil negocii secum habuit,
hunc quidem melius de se meruisse, qui
malignitatem nature sue vicit et ad sa-
pientiam se non perduxit sed extraxit. Hoc
durum ac laboriosum ingenium nobis
datum scias. Licet imus per obstancia, itaque
pugnemus. Aliquorum invocemus auxilium.
Quem inquis invocabo? Hunc aut illum?
Tu vero ad priores revertere, qui vacant.
Adiuvare nos possunt non tantum qui sunt
sed qui fuerunt. Ex hiis autem qui sunt
eligamus non eos qui verba magna celeritate
precipitant et communes locos volvunt et in privato
circulantur, sed eos qui vita docent, qui
cum dixerint quid faciendum sit probant
faciendo, qui docent quid vitandum sit
nec umquam in eo quod fugiendum dixerint
deprehenduntur. Tu elige adiutorem quem
magis admireris cum videris quam cum au-
dieris. Nec ideo te prohibuerim hos
audire quibus admittere populum ac
disserere consuetudo est, si modo hoc proposito
in turbam prodeunt ut meliores fiant,
faciant quam meliores, si non ambicionis
hoc causa exercent. Quid enim turpius
philosophia captante clamores? Numquid eger
laudat medicum secantem? Tacete, favete
et prebete vos curationi. Etiam si exclama-
veritis non aliter audiam quam si ad tactum
viciorum vestrorum ingemiscatis. Testari vultis
attendere vos, moveri quam rerum magnitudine?

sane liceat. Ut quidem iudicetis et feratis
de meliore suffragium, quidni non per-
mittam? Apud Pythagoram discipulis v
annis tacendum erat. Numquid ergo existimas
statim illis et loqui et laudare licuisse?
Quanta autem dementia eius est quem clamores
imperitorum hylarem ex auditorio dimittunt?
Quid letaris quod ab hominibus hiis laudatus es
quos non potes ipse laudare? Disserebat
populo Fabianus sed audiebatur modeste. S. fabia.
Erumpebat interdum magnus cla-
mor laudantium, sed quem rerum magnitudo
evocaverat, non sonus inoffense ac
molliter orationis elapse. Intersit aliquid
inter clamorem theatri et scole. Est aliqua
et laudandi licencia. Omnia omnium si obser-
ventur indicia sunt. Et argumentum morum
ex minimis quoque licet capere. Impudicum
et incessus ostendit et manus mota et
unum interdum responsum et relatus ad caput
digitus et flexus oculorum. Improbum risus,
insanum vultus habitusque demonstrat.
Illa enim in apertum per notas exeunt. Qualis
quisque sit scies, si quemadmodum laudet
et quemadmodum laudetur aspexeris. Hic
atque illinc philosopho magno auditor intendat
et super ipsum caput mirantium et in turba
constantium. Non laudatur ille, nunc si intelli-
gis, sed conclamatur. Relinquantur iste voces
illis artibus que propositum habent populo
placere, philosophia adoretur. Permittendum erit
aliquando iuvenibus sequi impetum animi.
Tunc autem cum hoc ex impetu facient,
cum silentium sibi imperare non poterunt.
Talis laudatio aliquid exhortationis affert
ipsis audientibus et animos adolescentium
extimulat. Ad rem commoveantur, non ad verba
composita. Alioqui nocet illis eloquentia
si non rerum cupiditatem facit sed sui. Differam
hoc in presentia. Desiderat enim propriam
et longam exsecutionem, quemadmodum populo
disserendum, quid sibi apud populum
permittendum sit, quid populo et apud se.
Dampnum quidem fecisse philosophiam non erit
dubium postquam prostituta est. Sed potest in pe-
netralibus suis ostendi si modo non
institorem sed antistitem nacta est. Vale.

De tempestate et nausea quam passus est in mari premittens dicit inter corporalia et spiritualia vitia docet subiungens de auctoritate magnificentia et fortitudine philosophie.

Quid non potest mihi persuaderi cum persuasum sit ut navigarem? Solvi mari languido; erat sine dubio celum grave sordidis nubibus, que fere aut in aquam aut in ventum resolvuntur. Sed putavi tam pauca milia a Parthenope tua usque Puteolos posse subripi, quamvis dubio et impendente celo. Itaque quo celerius evaderem protinus per altum ad Nesida direxi precisurus omnes sinus. Cum iam eo processissem ut mea nil interesset utrum irem an redirem, primum equalitas illa que me corruperat periit. Nondum erat tempestas, sed iam inclinatio maris ac subinde crebrior fluctus. Cepi gubernatorem rogare ut me in aliquo littore exponeret. Aiebat ille aspera esse et importuosa nec quicquam se eque in tempestate timere quam terram. Peius autem vexabar quam ut mihi periculum succurreret. Nausea enim me segnis hec et sine exitu torquebat, que bilem movet nec effundit. Institi autem gubernatori et illum, vellet nollet, coegi petere littus. Cuius ut viciniam attigimus, non expecto ut quicquam ex precepto Virgilii fiat: obvertunt pelago proras aut ancora de prora iacitur. Memor artificii mei veteris frigide cultor mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. Que putas me passum dum per aspera erepo, dum viam quero, dum facio? Intellexi non immerito nautis terram timeri. Incredibilia sunt que tulerim, cum me ferre non possem. Illud scito, Ulixem non fuisse tam irato mari natum ut ubique naufragia faceret: nauseator erat. Et ego quocumque navigare debuero, vicesimo anno perveniam. Ut primum stomachum, quem scis non cum mari nauseam effugere, collegi, ut corpus unctione recreavi, hoc mecum cogitare cepi, quanta nos vitiorum nostrorum sequeretur oblivio, etiam corporalium, que subinde admonent sui, nedum illorum que eo magis latent quo maiora sunt. Levis aliquem motiuncula decipit; sed cum crevit et vera febris exarsit, etiam duro et perpesso mala confessionem exprimit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc dissimulamus et aut talum extorsisse dicimus nos aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio et incipiente morbo queritur nomen, qui ubi et talaria cepit intendere et utrosque dextros fecit pedes, necesse est podagram fateri. Contra evenit in his morbis quibus afficiuntur animi: quo quis peius se habet, hoc minus sentit. Non est quod mireris, Lucili carissime. Nam qui leviter dormit et species secundum quietem capit, aliquando dormire se dormiens cogitat; gravis etiam sopor somnia extinguit animumque altius mergit quam ut in ullo intellectu sui sit. Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare vigilantis est, et vitia sua confiteri sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo, ut errores nostros coarguere possimus. Sola autem nos philosophia excitabit, sola somnum excutiet gravem. Illi te totum dedica. Dignus es illa, illa digna te est: ite in complexum alter alterius. Omnibus aliis rebus te nega fortiter, aperte; non est quod precario philosopheris. Si eger esses, curam intermisisses rei familiaris et forensia tibi negotia excidissent nec quemquam tanti putares cui advocatus in remissione descenderes; toto animo id ageres ut quam primum morbo liberareris. Quid ergo? Non et nunc idem facies? Omnia impedimenta dimitte et vaca bone menti: nemo ad illam pervenit occupatus. Non est res subsiciva, ordinaria est, domina est, adest et iubet. Alexander cuidam civitati partem agrorum et dimidium rerum omnium promittenti: eo inquit proposito veni in Asiam ut non id acciperem quod dedissetis, sed ut id haberetis quod reliquissem. Idem et philosophia rebus omnibus: non sum hoc tempus acceptura quod vobis superfuerit, sed id vos habebitis quod ego superavero. Totam huc converte mentem, huic asside, hanc cole: ingens intervallum inter te et ceteros fiet. Omnes mortales multo antecedes, non multo te dii antecedent. Queris quid inter te et illos futurum sit? Diutius erunt. At Hercules magni artificis est totum clausisse in exiguo. Tantum sapienti

Vita sua quantum deos diu etas patet. Est aliquid quo sapiens antecedit deum. Ille nature beneficio non timet, suo sapiens. Ecce res magna habere imbecillitatem hominis, securitatem dei. Incredibilis philosophie vis est ad omnem fortuitam vim retundendam. Nullum telum in corpore eius sedet. Munita est, solida; quedam defatigat et velut levia tela laxo sinu eludit, quedam discutit et in eum usque qui miserat respuit. Vale.

De morbo suspirii vel anhelitus cui est ditatus assignans sibi mirabile documentum de morte sed vigilet et quod sapiens de vita exit non eicitur

e. le
c. x

Longum mihi commeatum dederat mala valitudo; repente me invasit. Quo genere, inquis. Prorsus merito interrogas, adeo nullum mihi incognitum est. Uni tamen morbo quasi assignatus sum, quem quare greco nomine appellem nescio. Satis enim apte suspirium dici potest. Brevis autem valde et procelle similis est impetus; infra horam fere desinit. Quis enim diu expirat? Omnia corporis aut incommoda aut pericula per me transierunt; nullum mihi videtur molestius. Quid mirum? Aliquid enim quicquid est egrotare est, hoc animam agere. Itaque medici hanc meditacionem mortis vocant. Facit enim spiritus ille aliquando quod sepe conatus est. Hylarem me putas hec tibi scribere quia effugi? Si hoc fine quasi bona valitudine delector, tam ridicule facio quam ille quisquis vicisse se putat cum vadimonium distulit. Ego vero et in ipsa suffocacione non desii cogitacionibus letis ac fortibus acquiescere. Quid est, inquam? Tam sepe mors experitur me? Faciat; at ego illam diu expertus sum. Quando, inquis? Antequam nascerer. Mors est non esse. Id quod ante fuit. Sed quale sit iam scio: hoc erit post me quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est et fuisse antequam prodiremus in lucem; atqui nullam sensimus tunc vexacionem. Rogo, non stultissimum dicas si quis existimet lucerne peius esse cum extincta est quam antequam accenditur? Nos quoque et extinguimur et accendimur; medio illo tempore aliquid patimur; utrimque vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus quod mortem iudicamus sequi, cum illa et precesserit et secutura sit. Quicquid ante nos fuit mors est. Quid enim refert utrum incipias an desinas, cum utriusque rei hic sit effectus non esse? His et eiusmodi exhortacionibus tacitis scilicet, nam verbis locus non erat, alloqui me non desii. Deinde paulatim suspirium illud quod esse anhelitus ceperat intervalla maiora fecerat et retardatum est et remansit. Nec adhuc, quamvis desierit, ex natura fluit spiritus. Sentio hesitacionem quandam eius et moram. Quomodo volet, dummodo non ex animo suspirem. Hoc tibi de me recipe: non trepidabo ad extrema, iam preparatus sum, nihil cogito de die toto. Illum tu lauda et imitare quem non piget mori cum iuvet vivere. Que est enim virtus cum eiciaris exire? Tamen est et hec virtus: eicior quidem, sed tamquam exeam. Et ideo numquam eicitur sapiens, quia eici est inde expelli unde invitus recedas. Nichil invitus facit sapiens; necessitatem effugit quia vult quod coactura est.

De villa Vatie et disposicione eius et quod sapiens solus sibi vivere sciat et quid animus faciat amicos esse etc.

e. lv
c. x.

Ha gestacione cum maxime venio non minus fatigatus quam si tantum ambulassem quantum sedi. Labor est enim diu ferri, ac nescio an eo maior quia contra naturam est, que pedes dedit ut per nos ambularemus, oculos ut per nos videremus. Debilitatem nobis indixere delicie, et quod diu noluimus posse desivimus. Michi tamen necessarium erat concutere corpus ut, sive bilis insederat faucibus, discuteretur, sive ipse ex aliqua causa spiritus densior erat, extenuaret illum iactacio, quam profuisse mihi sensi. Ideo diucius vehi perseveraveram invitante ipso littore, quod inter Cumas et Servilii Vatie villam curvatur et hinc mari illinc lacu velud angustum iter clauditur. Erat enim mare a recenti tempestate spissum; fluctus autem illud, ut scis, frequens et concitatus exequat, longior tranquillitas solvit cum harenis que humore alligantur sucus abscessit. Ex consuetudine tamen mea circumspicere cepi an aliquid illic invenirem quod mihi posset bono esse, et direxi oculos in villam que aliquando Vatie fuit. In hac ille pretorius dives

nulla alia re quam otio notus consenuit et ob hoc unum felix habebatur. Nam quotiens aliquos amicitie asinij galli quotiens seiani odium deinde amor merserat. eque enim illum offendisse quam amasse periculosum fuit. exclamabant homines. O vatia solus scis vivere. At ille latere sciebat non vivere. Multum autem interest utrum vita tua ociosa sit an ignava. Nunquam aliter hanc villam vatia vivo preteribam quam ut dicerem vatia hic situs est. Sed adeo mi lucili philosophia sacrum quiddam est et venerabile ut etiam si quid illi simile est mendacio placeat. Ociosum enim hominem seductum existimat vulgus et securum et se contentum sibi viventem quorum nihil ulli contingere nisi sapienti potest. Ille quidem nulla re sollicitus sibi vivere scit. Ille enim quod est primum scit vivere. Nam qui res et homines fugit quem cupiditatum suarum infelicitas relegavit qui alios feliciores videre non potuit qui velud timidum atque iners animal metu oblituit ille sibi non vivit sed quod est turpissimum ventri sompno libidini. Non continuo sibi vivit qui nemini. Adeo tamen magna res est constantia et in proposito suo perseverantia ut habeat auctoritatem inertia quoque obstinata. De villa ipsa nihil tibi possum certi scribere. fronte enim tantum eius novi et exposita que ostendit etiam transeuntibus. Spelunce sunt due magni operis cuivis laxo atrio pares manu facte quarum altera solem non recipit altera usque in occidentem tenet. Platanona medius rivus et a mari et ab acherusio lacu receptus euripi modo dividit alendis piscibus etiam si assidue exhauriatur sufficiens. Sed illi cum mare patet parcitur. cum tempestas piscatoribus dedit ferias manus ad parata porrigitur. Hoc tamen est commodissimum in villa quod baias trans parietem habet. incommodis illarum caret voluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse novi. esse illam totius anni credo. Occurrit enim favonio et illum adeo excipit ut neget baiis. Non stulte videtur elegisse hunc locum vatia in quem otium suum pigrum iam et senile conferret. Sed non multum ad tranquillitatem locus confert. animus est qui commendat omnia. Vidi ego in villa hylari et amena mestos. vidi in media

solitudine occupatis similes. Quare non est quod existimes ideo parum bene compositum esse te quod in campania non es. Quare autem non es. huc usque cogitationes tuas mitte. Conversari cum amicis absentibus licet et quidem quotiens velis quamdiu velis. Magis hac voluptate que maxima est fruimur dum absumus. Presentia enim nos delicatos facit. et quia aliquando una loquimur ambulamus consedimus cum deducti sumus nichil de hiis quos modo vidimus cogitamus. Et ideo equo animo ferre debemus absentiam. quia nemo non multum etiam presentibus abest. Pone primum hic noctes separatas deinde occupationes utrique diversas deinde studia diversa secreta suburbanas profectiones. videbis non multum esse quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus animo possidendus est. hic autem nunquam abest. quemcunque vult cotidie videt. Itaque mecum stude mecum cena mecum ambula. In augusto vivebamus si quicquam esset cogitationibus clausum. Video te mi lucili cum maxime audio. adeo tecum sum ut dubitem an incipiam non epistolas sed codicillos tibi scribere.

Notat tumultuosam luxuriam balneorum et quod omnia inquieta tamen sunt apto loco et de magnitudine sapientis

Peream si est tam necessarium quam videtur silentium in studia seposito. Ecce undique me varius clamor circumsonat. supra ipsum balneum habito. Propone tibi nunc omnia genera vocum que in odium possunt aures adducere. cum fortiores exercentur et manus plumbo graves iactant. cum aut laborant aut laborantem imitantur gemitus audio quotiens retentum spiritum remiserunt sibilos et acerbissimas respirationes. cum in aliquem inertem et hac plebeya unctione contentum incidi audio crepitum illise manus humeris que prout plana pervenerit aut concava ita sonum mutat. Si vero pilicrepus supervenit et numerare cepit pilas actum est. Adice nunc scordalum et furem deprehensum et illum cui vox sua in balneo placet. Adice nunc eos qui in piscinam cum ingenti impulse aque sono saliunt. Preter istos quorum si nichil aliud recte voces sunt alipilum cogita tenuem et stridulam vocem quo sit notabilior subinde exprimentem nec unquam tacentem nisi dum vellit alas et alium pro se clamare cogit. Iam libarium

Valas exclamationes et botularium et crustu-
larium et omnes popinarum institores mer-
cem sua quadam insignita modulatione ven-
vel vendentes
dentes. O te mirum ferreum aut surdum
cuius mens inter tot clamores tam varios
tam dissonos constat cum Crispum nostrum
assidua salutatio perducat ad mortem.
At mehercules istum fremitum non magis
Nota de gente [illegible]
curo quam fluctum aut deiectum aque quamvis
audiam cuidam genti hanc fuisse causam
urbem suam transferendi quod fra-
gorem nili cadentis ferre non potuit.
Magis mihi vox avocare videtur quam
crepitus. Illa enim animum adducit, hic
tantum aures implet ac verberat. In his
que me sine avocatione circumstrepunt
essedas transcurrentes pono et fabrum inqui-
linum et ferrarium vicinum aut hunc qui
ad metam sudantem tabulas experitur
et tibias nec cantat sed exclamat.
Etiam nunc molestior est mihi sonus qui
intermittitur subinde quam qui continuatur.
Sed iam me sic ad omnia ista duravi
ut audire vel pausarium possim voce
acerbissima remigibus modos dantem.
Animum enim cogo sibi intentum esse nec
ad externa avocari. Omnia licet foris
resonent dum intus nil tumultus sit
dum inter se non rixantur cupiditas et timor
dum avaricia luxuriaque non dissideant
nec altera alteram vexet. Nam quid
prodest totius regionis silentium si affectus
fremunt? Omnia noctis erant placida
composita quiete. Falsum est. Nulla placida
est quies nisi quam ratio composuit.
Nox exhibet molestiam non tollit et sol-
licitudines mutat. Nam dormientium quoque
insomnia tam turbulenta sunt quam dies.
Illa tranquillitas vera est in qua bona
mens explicatur. Aspice illum cui somp-
nus laxe domus silentio queritur cuius aures
ne quis agitet sonus omnis servorum
turba conticuit et suspensum accedentium
propius vestigium ponitur. Huc nempe
versatur atque illuc somnum inter egritu-
dines leve captans que non audit au-
disse se queritur. Quid in causa putas esse? Animus
illi obstrepit. Hic placandus est. Huius
compescenda sedicio est. Quem non est
ut existimes placidum si iacet corpus.
Interdum quies inquieta est. Et ideo ad
rerum actus excitandi ac tractatione bonarum
artium occupandi sumus quotiens nos
male habet inercia sui impatiens. Magni
imperatores cum male parere militem vi-
dent aliquo labore compescunt et expedi-
cionibus detinent. Numquam vacat lasci-
vire districtis nichilque tam certum est
quam otii vicia negocio discuti. Sepe videmur
tedio rerum civilium et infelicis atque in-
grate stationis penitentia secessisse
tamen in illa latebra in qua nos timor
et lassitudo coniecit interdum recrudescit
ambitio. Non enim excisa sed fatigata
desiit aut etiam obirata rebus parum
sibi cedentibus. Idem de luxuria dico
que videtur aliquando cessisse deinde fruga-
litatem professos sollicitat atque in media
voluptates non damnatas sed relictas
petit, et quidem eo vehementius quo occul-
tius. Omnia enim vicia in aperto leniora
sunt. Morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant
cum ex abdito erumpunt ac vim suam
proferunt. Et avariciam itaque et ambitionem
et cetera mala mentis humane tunc perni-
ciosissima scias cum sanitate simulata
subsidunt. Ociosi videmur et non sumus.
Nam si bona fide sumus si receptui ce-
cinimus si speciosa contempsimus ut paulo
ante dicebam nulla res nos avocabit.
Nullus hominum aviumque concentus interrumpet
cogitationes bonas solidasque iam et
certas. Leve illud ingenium est nec
sese adhuc reduxit introrsus quod
ad vocem et accidentia erigitur. Habet intus
aliquid sollicitudinis et habet aliquid
concepti pavoris quod illum curiosum
facit ut ait Virgilius noster: Et me quem
vir
dudum non ulla iniecta movebant tela
neque adverso glomerati ex agmine Grai
suspensum et pariter comitique onerique
timentem. Prior ille sapiens est quem
non vibrancia tela non arietata inter
arma agminis densi non urbis impulse
fragor territat. Hic alter imperitus est
rebus suis timet ad omnem crepitum
expavescens quem una quelibet vox
pro fremitu accepta deicit quem
motus levissimi exanimant. Timor
eum illud sarcine facit. Quemcumque ex
istis felicibus elegeris multa tra-
hentibus multa portantibus videbis illum

comitem oneris timentem. Tunc ergo te scito esse compositum cum ad te nullus clamor pertinebit cum te nulla vox tibi excutiet, non si blandietur non si minabitur non si inani sono vana circumstrepet. Quid ergo non aliquando commodius est et carere convicio? Fateor itaque ego ex hoc loco migrabo. Experiri et exercere me volui. Quid diutius necesse est torqueri cum tam facile remedium Ulixes sociis et adversus Syrenes dederit et invenerit.

De cripta neapolitana. Et quod non timor sed corror cadit in sapientem et quod anima hominis corporis angustiis cohiberi non potest.

Cum a Baiis deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem esse ne iterum navem experirer et tantum luti tota via fuit ut possim videri nichilominus navigasse. Totum athletarum fatum in illo die perpetiendum fuit ut a ceromate nos haphe excepit in cripta Neapolitana. Nichil illo carcere longius nichil illis facibus obscurius que nobis prestant non ut per tenebras videamus sed ut ipsas. Ceterum etiam si locus haberet lucem pulvis auferret in aperto quoque res gravis et molesta. Quid illic ubi in se volutatur et cum sine ullo spiramento sit inclusus in ipsos a quibus excitatus est recidit. Duo incommoda inter se contraria simul pertulimus eadem via eodem die et luto et pulvere laboravimus. Aliquid tamen mihi illa obscuritas quod cogitare dedit. Sensi quendam ictum animi et sine motu mutationem quam insolite rei novitas simul ac feditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor qui multum ab homine tollerabili, nedum a perfecto absum, sed de illo in quem fortuna ius perdidit. Huius quoque ferietur animus mutabitur color. Quedam enim mi Lucili nulla effugere virtus potest admonet illam natura mortalitatis sue. Itaque et vultum adducet ad tristitiam et inhorrescet ad subita et caligabit si vastam altitudinem in crepidine eius constitutus despexerit. Non est hoc timor sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaque fortes quidam et paratissimi fundere suum sanguinem alienum videre non possunt. Quidam ad vulneris novi quidam ad veteris et purulenti tractationem inspectionemque succidunt ac relinquuntur animo. Alii gladium facilius recipiunt quam vident. Sensi ergo ut dicebam quandam non quidem perturbationem sed mutationem. Rursus ad primum conspectum reddite lucis alacritas rediit incogitata et iniussa. Illud deinde mecum loqui cepi quam inepte quedam magis aut minus timeremus cum omnium idem finis esset. Quid enim interest utrum supra aliquem vigilarium ruat aut mons? Erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant quamvis utraque mortifera eque sint. Adeo non effectus sed efficientia timor spectat. Nunc me putas de Stoicis dicere qui existimant animam hominis magno pondere extriti permanere non posse et statim spargi quia non fuerit ei exitus liber. Ego vero non facio qui hoc dicunt videntur mihi errare. Quemadmodum flamma non potest opprimi nam circa id diffugit quo urgetur, quemadmodum aer verbere atque ictu non leditur sed scinditur sed circa id cui cessit refunditur, sic animus qui ex tenuissimo constat deprehendi non potest nec intra corpus effligi sed beneficio subtilitatis sue per ipsa quibus premitur erumpit. Quomodo fulmini etiam cum latissime percussit aut fulsit per exiguum foramen est reditus, sic animo qui adhuc tenuior est igne per omne corpus fuga est. Itaque de illo querendum est an possit immortalis esse. Hoc quidem certum habe si superstes est corpori obteri illum nullo genere posse propter quod non perit, quoniam nulla immortalitas cum exceptione est nec quicquam noxium eterno est.

Liber viij. De multiplici rerum divisione et dicta ubi exemplo Platonis ostendit qualiter parsimonia ducat ad senectutem tamen senectus bonum nec concupiscendum nec recusandum.

Quanta verborum nobis paupertas immo egestas sit numquam magis quam hodierno die intellexi. Mille res inciderunt cum forte de Platone loqueremur que nomina desiderarent nec haberent. Quedam vero cum habuissent fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidium? Hunc quidem greci estron vocant pecora concitantem et totis saltibus dissipantem

Asilum nunc vocabant. Hoc Virgilio licet
credas: est lucum Silerj iuxta ilicibusque
virentem plurimus Alburnum volitans,
cui nomen asylo Romanum est, oestrum
Greci vertere vocantes, asper, acerba
sonans, quo tota exterrita silvis diffugiunt
armenta. Puto intelligi verbum istud intercidisse.
Ne te longe differam: quedam simplicia
in usu erant, sicut cernere ferro inter
se dicebant. Idem Virgilius hoc probabit
tibi: Ingentes genitos diversis partibus orbis
inter se coire viros et cernere ferro. Quod
nunc decernere dicimus, simplicis illius verbi
usus amissus est. Dicebant antiqui si iusso,
id est si iussero. Hoc nolo mihi credas, sed eidem
Virgilio: Cetera qua iusso mecum manus
inferat arma. Non id ago nunc hac di-
ligentia ut ostendam quantum tempus apud
grammaticum perdiderim. Sed ut ex hoc
intelligas quantum apud Ennium et Accium
verborum situs occupaverit, cum apud
hunc quoque qui cottidie excutitur aliqua
aliqua nobis subducta sint. Quid
nunc ut sibi inquis ista preparatio vult?
Quo spectat? Non celabo te. Cupio si
fieri potest propiciis auribus tuis essentiam
dicere; si minus, dicam et iratis. Ci-
ceronem auctorem huius verbi habeo,
puto locupletem; si recentiorem queris,
Fabianum disertum et elegantem, orationis
etiam ad nostrum fastidium nitide. Quid
enim fiet, mi Lucili? Quomodo dicetur usia,
res necessaria, natura continens fundamentum
omnium? Rogo itaque permittas mihi hoc
verbo uti. Nichilominus dabo operam
ut ius a te datum parcissime exerceam;
fortasse ero contentus mihi ~~licere~~ licere.
Quid proderit facilitas tua cum ecce
id nullo modo latine exprimere possim
propter quod lingue nostre convicium feci?
Magis damnabis angustias ro-
manas si scieris unam sillabam esse quam
mutare non possim. Que sit hec queris?
To on. Dura tibi videor ingenium in
medio positum posse sic transferri ut dicam
quod est; sed multum interesse video. Cogor
verbum pro vocabulo ponere. Sed ita
necesse est: ponam quod est. Sex modis
hoc dici a Platone amicus noster,
vir eruditissimus, hodierno die dicebat.
Omnes tibi exponam si ante indicavero
esse aliquod genus et speciem. Nunc autem
primum illud genus querimus ex quo cetere
species suspense sunt, a quo nascitur
omnis divisio, quo universa comprehensa
sunt. Invenietur autem si ceperimus sin-
gula retro legere; sic enim perducemur
ad primum. Homo species est, ut Aristoteles
ait; equus species est; canis species est.
Ergo commune aliquod querendum est his
omnibus vinculum, quod illa complectatur
et sub se habeat. Hoc quid est? Animal. Ergo
genus esse cepit horum omnium que modo
retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed quedam
habent animam nec sunt animalia. Placet
enim satis et arbustis animam inesse; ita-
que et mori et vivere illa dicimus. Ergo
animancia superiorem tenebunt locum, quia
et animalia in hac forma sunt et sata.
Sed quedam anima carent, ut saxa. Itaque
erit aliquid animantibus antiquius, corpus
scilicet. Hoc sic dividam, ut dicam corporalia omnia
aut animalia esse ~~aut~~ aut inanimalia. Etiam nunc
est aliquid superius quam corpus. Dicimus enim
quedam corporalia, quedam incorporalia. Quid
ergo erit ex quo hec deducantur? Illud
ergo cui nomen parum proprium imposuimus,
quod est. Sic enim in species secabitur ut
dicamus: quod est aut corporale est aut
incorporale. Hoc ergo genus est antiquissimum
et primum et, ut dicam, generale. Cetera genera
quidem sunt sed specialia, tamquam homo genus
est. Habet enim nationum species in se:
Grecos, Romanos, Parthos; colorum:
albos, nigros, flavos; habet singulos:
Cathonem, Lucrecium, Ciceronem. Itaque
quia multa continet, in genus cadit; quia
sub alio est, in speciem. Illud genus quod
est generale supra se nichil habet; inicium
rerum est; omnia sub illo sunt. Stoyci
volunt superponere huic etiam nunc aliud
genus magis principale, de quo statim
dicam, si prius illud genus de quo sum
merito locutus primum poni docuero,
cum sit rerum omnium capax. Quod est in
has species divido, ut sint corporalia
aut incorporalia. Nichil tercium est.
Corpus quomodo divido? Ut dicam aut
animancia sunt aut inanimancia. Rursus animan-

Quemadmodum animalia ut dicam quedam
alam habent tantum, quedam aquatica et terrestria. Quedam
in pectus habent incedunt, currunt. Quedam
solo affixa radicibus aluntur, crescunt.
Rursus animalia in quas species secto? animalia
sunt aut inmortalia. Primum genus stoicis
quibusdam videtur quid, quare videatur subiciam.
In rerum inquiunt natura quedam sunt, quedam
non sunt, et hec autem que non sunt rerum
natura complectitur, que animo succurrunt tamquam
centauri, gigantes. Et quicquid aliud falsa
cogitatione formatum habere aliquam ymaginem
cepit, quamvis non habeat substantiam. Nunc ad quod
tibi promisi revertor, quomodo queque sint
in sex modos Plato partiatur. Primum illud
quod est nec visu nec tactu nec ullo
sensu comprehenditur; cogitabile est. Quod
generaliter est, tamquam homo, sub oculos non
venit, sed specialis venit, ut Cicero et
Catho. Animal non videtur, cogitatur; videtur
autem species eius, equus et canis. Secundum
ex hiis que sunt ponit Plato quod exsuperat
cunctis omnia. Hoc ait per excellenciam esse. Poetam
communiter dici: omnibus enim versus facientibus
hoc nomen est. Sed tamen apud grecos in
unius notam cessit: Homerum intelligas
cum audieris poetam. Quid ergo hoc est? Deus
scilicet, maior ac potentior cunctis. Tercium
genus est eorum que proprie sunt. Innumera
bilia sunt hec, sed extra nostrum posita conspectum.
Que sunt interrogas? Propria Platonis sup
pellex est. Ydeas vocat ex quibus omnia
quecumque videmus fiunt ~~exemplar eternum~~
et ad quas cuncta formantur. Hec inmortales
et inviolabiles sunt. Quid sit ydea,
id est quid Platoni videatur esse, audi. Ydea
est eorum que natura fiunt exemplar eternum.
Addiciam diffinicioni interpretacionem, quo
tibi res apercior fiat. Volo ymaginem tuam
facere: exemplar picture tue habeo, ex quo
capiat aliquem mens nostra aliquem habitum
quem operi suo imponat. Itaque illa que
me docet et instruit facies, a qua petitur
imitacio, ydea est. Talia ergo exemplaria
infinita habet rerum natura, hominum, piscium,
arborum, ad que quodcumque ab illa fieri
debet exprimitur. Quartum locum habet ydos.
Quid sit hoc ydos attendas oportet et Platoni
imputes, non mihi, hanc rerum difficultatem.
Nulla autem est sine difficultate subtilitas.

Paulo ante pictoris ymagine utebar. Ille
cum reddere Virgilium coloribus vellet, ipsum in
tuebatur. Ydea erat Virgilii facies, futuri operis
exemplar. Ex hoc quod artifex trahit et operi suo
imponit ydos est. Quid intersit queris?
Alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari
sumpta et operi imposita. Alteram artifex
imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem
statua: hec est ydos. Habet aliquam faciem ex
emplar ipsum quod intuens opifex sta
tuam figuravit: hec ydea est. Eciam si nunc
aliam desideras distinctionem: ydos in opere
est, ydea extra opus est. Nec tamen extra
opus est, sed ante opus. Quintum genus est
eorum que communiter sunt. Hec incipiunt
ad nos pertinere: hic sunt omnia, homines, pecora,
res. Sextum genus est eorum que ~~quasi~~ quasi
sunt, tamquam inane, tempus. Quecumque videmus
aut tangimus Plato in illis non numerat que esse
proprie putat. Fluunt enim et in assidua
diminucione atque adiectione sunt. Nemo
nostrum idem est in senectute qui fuit iuvenis;
nemo nostrum idem est mane qui fuit pridie.
Corpora nostra rapiuntur fluminum more.
Quicquid vides currit cum tempore; nichil ex
hiis que videmus manet. Ego ipse dum
loquor ista mutari, mutatus sum.
Hoc est quod ait Heraclitus: In idem flumen bis
descendimus et non descendimus. Manet idem fluminis nomen,
aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius
est quam in homine. Sed nos quoque non
minus velox cursus pretervehit. Et ideo ad
miror dementiam nostram quod tanto tempore
amamus rem fugacissimam, corpus, timemus
quod ne quando moriamur, cum omne momentum
mors prioris habitus sit. Vis tu non timere
ne semel fiat quod cotidie fit? De homine
dixi, fluida materia et caduca et omnibus ob
noxia causis. Mundus quoque eternus et
invicta mutatur nec idem manet. Quamvis
eciam omnia in se habeat que habuerit,
aliter habet quam habuit. Ordinem mutat.
Quid ista inquis michi proderunt subtilitates?
Si me interrogas, nichil. Sed quemadmodum
ille celator oculos diu intentos ac fa
tigatos remittit atque avocat et, ut dici
solet, pascit, sic nos animum aliquando debemus
relaxare et quibusdam oblectamentis reficere.
Sed ipsa oblectamenta opera sint. Ex hiis quoque

Septimo

Sexto modo

oracli

se observaverit, sumet quod possit fieri salutare. Hoc ergo, Lucili, facere soles: et ex omni materia, etiam si a philosophia longissime aversa est, eruere aliquid conaris et utile efficere. Quid istis que modo tractavimus remotius a reformatione morum? Quomodo meliorem me facere idee Platonice possunt? Quid ex istis traham quod cupiditates meas comprimat? vel hoc ipsum quod omnia ista que sensibus serviunt, que nos accendunt et irritant, negat Plato esse ex his que vere sunt. Ergo ista imaginaria sunt et ad tempus aliquam faciem ferunt; nichil horum stabile, nichil solidum est; et nos tamen cupimus, aut tamquam semper futura aut semper habituri. Imbecilles fluidique et intervalla consistimus. Ad illa mittamus animum que eterna sunt. Miremur in sublimi volitantes rerum omnium formas deumque inter illa versantem et hoc providentem, quemadmodum que immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat a morte ac ratione vitium corporis vincat. Manent enim cuncta non quia eterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis; immortalia tutore non egerent. Hec conservat artifex fragilitatem materie sua vi vincens. Contempnamus omnia que adeo preciosa non sunt ut an sint omnino dubium sit. Illud simul cogitemus, si mundum ipsum non minus mortalem quam nos sumus providentia periculis eximit, posse et aliquatenus providentia nostra longiorem prorogari huic corpusculo moram, si voluptates quibus maior pars perit potuerimus regere et coercere. Plato enim ipse ad senectutem se diligentia protulit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus, et illi nomen latitudo pectoris fecerat; sed navigationes et pericula multum detraxerant viribus. Parsimonia tamen et eorum que aviditatem evocant modus et diligens sui tutela perduxit illum ad senectutem multis prohibentibus causis. Nam hoc scis, puto, Platonem diligentie sue beneficio contigisse quod natali suo decessit et annum unum atque octogesimum implevit sine ulla deductione. Ideo magi, qui forte Athenis erant, immolaverunt defuncto,

amplioris fuisse sortis quam humane rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. Non dubito quin paratus esset paucos dies ex ista summa et sacrificium remittere. Potest frugalitas senectutem producere; quam ut non puto concupiscendam, ita nec recusandam. Iocundum est secum esse quam diutissime, et quis se dignum quo frueretur effecit. Itaque de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema et finem non opperiri sed manu facere. Prope est a timente qui fatum segnis expectat, sicut ille ultra modum deditus vino est qui exsiccat amphoram et fecem quoque exsorbet. De hoc tamen queremus, pars summa vite utrum fex sit an liquidissimum ac purissimum quoddam. Si modo mens sine iniuria est et integri sensus animum iuvant nec defectum et premortuum corpus est, refert utrum aliquis extendat an mortem. At si inutile est sine ministeriis corpus, quidni oporteat educere animum laborantem? Et fortasse antequam debet paulo ante faciendum est, ne cum fieri debebit facere non possis. Et cum maius periculum sit male vivendi quam cito moriendi, stultus est qui non exigua temporis mercede magne rei aleam redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit; multis iners sua vita usui iacuit. Quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex vita perdidisse quam ius finiende? Noli me invitus audire, tamquam ad te iam pertineat ista sententia, et quid dicam existima. Non relinquam senectutem, si me totum mihi reservabit, totum autem ab illa parte meliore; at si ceperit concutere mentem, si partes eius convellere, si mihi non vitam reliquerit sed animam, prosiliam ex edificio putrido ac ruenti. Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem nec officientem animo. Non afferam mihi manus propter dolorem: sic mori vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est ad omne propter quod vivitur. Imbecillis est et ignavus qui propter dolorem

Mortem stultus qui doloris causa vivit sed in longum exeo. Est preterea materia que ducere diem posset. Et quomodo finem vite imponere poterit qui epistole non poterit. Vale ergo quod libentius quam mortes meas locuturus es vel lecturus.

De vero et mani gaudio. Et quod sapientem in periculosis mittendum item oportet virtutibus semper esse munitum. Et eos notat qui semper adulationibus suis indulgent.

Magnam ex epistola tua percepi voluptatem; permitte enim mihi uti verbis publicis nec illa ad significationem Stoicam revoca. Vitium esse voluptatem credimus. Sit sane; ponere tamen illam solemus ad demonstrandam animi hylarem affectionem. Scio, inquam, et voluptatem, si ad nostrum album verba dirigimus, rem infamem esse, et gaudium nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio suis bonis verisque fidentis. Vulgo tamen sic loquimur ut dicamus magnum gaudium nos ex illius consulatu aut ex nuptiis aut ex partu uxoris percepisse, que adeo non sunt gaudia ut sepe initia future tristitie sint. Gaudio autem iunctum est non desinere nec in contrarium verti. Itaque cum dicit Virgilius: et mala mentis gaudia, diserte quidem dicit sed parum proprie; nullum enim malum est gaudium. Voluptatibus hoc nomen imposuit et quod voluit expressit; significavit enim homines malo suo letos. Tamen ego non immerito dixeram cepisse me magnam ex epistola tua voluptatem; quamvis enim ex honesta causa imperitus homo gaudeat, tamen affectum eius impotentem et in diversum statim inclinaturum voluptatem voco, opinione falsi boni motam, immoderatam et immodicam. Sed ut ad propositum revertar, audi quid me in epistola tua delectaverit. Habes verba in potestate; non effert te oratio nec longius quam destinasti trahit. Multi sunt qui ad id quod non proposuerant scribere alicuius verbi placentis decore vocentur, quod tibi non evenit; pressa sunt omnia et rei aptata. Loqueris quantum vis et plus significas quam loqueris. Hoc maioris rei indicium est: apparet animum quoque nihil habere supervacui, nihil tumidi. Invenio translationes verborum ut non temerarias, ita que periculum sui fecerint. Invenio ymagines, quibus si quis nos uti vetat et poetis illas solis iudicat esse concessas, neminem mihi videtur ex antiquis legisse, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio: illi, qui simpliciter et demonstrande rei causa eloquebantur, parabolis referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua poetis, sed ut imbecillitatis nostre adminicula sint, et ut dicentem et audientem in rem presentem adducant. Sextium ecce cum maxime virum acrem, verbis Grecis, Romanis moribus philosophantem lego. Movet me ymago ab illo posita: ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugne paratum. Idem inquit sapiens facere debet: omnes virtutes suas undique expandet, ut ubicumque aliquid infesti orietur, illic parata presidia sint et ad nutum regentis sine tumultu respondeant. Quod in exercitibus hiis quos imperatores magni ordinant fieri videmus, ut imperium ducis simul omnes copie sentiant sic disposite ut signum ab uno datum peditem simul et equitem percurrat, hoc aliquanto magis necessarium esse nobis ait. Illi enim sepe hostem timuere sine causa, tutissimumque illud iter quod suspectissimum fuit. Nichil stultitia pacatum habet. Tam superne illi metus est quam infra; utrumque trepidat latus. Sequuntur pericula et occurrunt; ad omnia pavet, imparata est et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem ad omnem incursum munitus, intentus; non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet: interritus et contra illa ibit et inter illa. Nos multa alligant, multa debilitant. Diu in istis vitiis iacuimus; elui difficile est. Non enim inquinati sumus sed infecti. Ne ab alia ymagine ad aliam transeamus, hoc queram quod sepe mecum dispicio: quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat? Primo quia non fortiter illam repellimus nec toto ad salutem impetu nitimur; deinde quia illa que a sapientibus viris reperta sunt non satis credimus nec apertis pectoribus haurimus levique tam magne rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis quantum satis est adversus vitia discere, qui quantum a vitiis vacat discit? Nemo nostrum in altum descendit; summa tantum decerpsimus, et exiguum temporis impendisse

phie. satis habunde q̄ sunt occupatus
illud precipue impedit q̄ cito nobis
placemus. Sed invenim⁹ qui nos bonos
viros dicat qui prudentes q̄ sanctos
cognoscim⁹ non sumus modica laudacione
contenti. Quicquid in nos adulacio sine pu
dore congessit. tanqȝ debitum prendim⁹
optimos nos esse sapientissimos. affir
mantibus assentim⁹ cum sciamus illos
sepe mentiri. Adeo q̄ indulgem⁹ nobis
ut laudari velimus in id cui contra tum
maxime facim⁹. Mitissimum ille se i
ipsis suppliciis audit in rapinis libera
lissimum et inebrietatibus ac libidinibus
temperatissimum. Sequitur itaqȝ ut ideo
mutari nolim⁹ q̄ nos optimos esse
credim⁹. Alexander cum iam in yndia
vagaretur et gentes ne infinitimis quidem
satis notas bello vastaret in obsidione
cuiusdam civitatis circuit muros et im
becillia menium querit sagitta ictus
diu persedere et incepta agere perseveravit.
Deinde cum represso sanguine sicci vulneris
dolor cresceret crus suspensum equo pau
latim obtorpuisset coactus assistere ommis
inquit iurant esse me Iovis filium sed
vulnus hoc hominem me esse clamat. Idem
nos faciamus cum pro sua quemqȝ portione
adulatio infatuat. Dicam⁹ vos quidem
dicitis me esse prudentem ego autem
video q̄ multa inutilia concupiscam
nocitura optem. Nichil quidem intelligo
quod animalibus sacietas monstrat. quis
debeat esse cibo quis potioni modus
quantum capiam adhuc nescio. Si dicebo
quemadmodum intelligas te non esse sapientem
Sapiens ille plenus est gaudio hilaris
et placidus inconcussus cum diis ex pari
vivit. Nunc ipse te consule si numqua
est es mestus. Si nulla spes animum tuum
futuri expectacione sollicitat. Si per dies
noctes q̄ par et equalis tenor animi
erecti et placentis sibi est pervenisti
ad humani boni summam. Sed si appetis
voluptates et undiqȝ omnes et omnes facto
tum tibi ex sapientia tantum ex gaudio dees
Ad hoc cupis pervenire sed erras q̄ inter
divicias illuc venturum esse te speras
inter honores idem gaudium inter sollicitu
dines queris. Ista que sic petis tanquam
datura leticiam et voluptatem cause do
lorum sunt. Omnes inquam illi tendunt

ad gaudium sed unde stabile magnumqȝ co
sequitur ignorant. Ille ex conviviis et luxuria
ille ex ambicione et circumfusa clientium
turba ille ex amica alius ex studiorum
liberalium vana ostentacione et nichil
sanantibus litteris. Omnes istos oblecta
menta fallacia et brevia decipiunt. sicut
ebrietas que unius hore hilarem insaniam
longi temporis tedio pensat. Sicut
plausus et acclamacionis secunde favor
qui magna sollicitudine et partus e
et expiandus. Hoc ergo cogita hunc
esse sapientie effectum gaudii equalitatem
Talis est sapientis animus qualis
mundus super lunam. Semper illic serenum
est. Habes ergo quare velis sapiens
esse q̄ nunquam sine gaudio est. Gaudium
autem hoc non nascitur nisi ex virtutum consciencia
non potest gaudere nisi fortis nisi iustus nisi
temperans. Quid ergo inquis. stulti ac
mali non gaudent. non magis quam preda
nacti leones. Cum fatigaverunt se vino
ac libidinibus et cum illis nox inter
vicia defecit cum voluptates angusto
corpori ultra quam capiebat ingeste
suppurare ceperunt. Tunc exclamant miseri
Virgilianum illum versum. Namqȝ ut supre
mam falsa inter gaudia noctem egerimus
nosti. Omnes luxuriosi noctem inter falsa
gaudia et quidem tanquam supremam agunt.
Illud gaudium quod deos deorumqȝ
emulos sequitur non interrumpitur non desinit
desineret si sumptum esset aliunde. Quia
quod non est alieni muneris nec ar
bitrii quidem alieni esse. Quod non
dedit fortuna non eripit. Ambicione
et superfluitate dampnata parsimoniam
predicat S.

Quantum litigo imperator cum tuis Op
tas etiam nunc optas quod optavit
nutrix tua aut pedagogus aut
mater. nondum intelligis quanti mali
optaverint. O quam inimica sunt nobis
vota nostrorum. Et quidem iuncciora
quo cessere feliciter. Iam non admiror
si ea nos a prima pueritia mala secuntur
si ea nos inter execraciones parentum crevimus. Exau
diant et dii nostram pro nobis vocem
gratuitam. Quousqȝ poscemus aliquid deos
quasi ita non dum ipsi alere nos possimus
Quamdiu sacionibus implebimus magnarum
urbium campos. Quamdiu nobis populus

metet Quousque diu vini mense frumentum navigia multa et quidem non ex uno mari subvehent. Taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur una silva elephantis pluribus sufficit homo et terra pascitur et mari. Quid ergo tam insatiabilem nobis natura alvum dedit cum tam modica corpora dedisset ut vastissimorum edacissimorum animalium aviditatem vinceremus minime. Quantulum enim est quod nature datur parvo illa dimittitur non fames nobis ventris magno constat sed ambicio. Hos itaque ut ait Salustius ventri obedientes animalium loco numeremus non hominum quosdam vero nec animalium quidem sed mortuorum. Vivit hic qui multis usui est vivit qui se utitur. Qui vero latitat et torpet sic in domo sunt quomodo in conditivo. Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas mortem suam antecesserunt.

Quod sapiens ad mortem semper paratum habet et ultroneum animum. R. 61

Desinamus quod voluimus velle. Ego certe id ago senex. eadem velle que puer volui in hoc unum eunt dies in hoc noctes hoc opus meum est hoc cogitatio imponere veteribus malis finem. Id ago ut michi instar totius vite dies sit. Nec me hercules tamquam ultimum rapio sed sic illum aspicio tamquam esse vel ultimus possit. Hoc animo tibi hanc epistulam scribo tamquam maxime scribentem mors evocatura sit paratus exire sum et ideo fruar vita quia quamdiu hoc futurum sit non nimis pendeo. Ante senectutem curavi ut bene viverem in senectute ut bene moriar. Bene autem mori est libenter mori. Da ergo operam ne quid umquam invitus facias. Quidquid futurum est necesse venturum est repugnanti id volenti necessitas non est. Ita dico qui imperia libens excipit partem acerbissimam servitutis effugit facere quod nolit non qui iussus aliquid facit miser est sed qui invitus facit. Ita sic animum componamus ut quidquid res exiget id velimus et in primis sine tristicia finem nostrum cogitemus. Ante ad mortem quam ad vitam preparandi sumus. Satis instructa vita est sed nos instrumentis eius avidi sumus. Deesse aliquid nobis videtur et semper videbitur ut satis vixerimus nec anni nec dies sed animus. Vixi Lucili karissime quantum satis erat mortem plenus expecto.

De simulata et affectata occupatione. Et quod brevissima ad divitias per contemptum divitiarum via est. c. 62

c. 1 Mentiuntur qui sibi obstare ad studia liberalia turbam negociorum volunt. Simulant occupaciones et augent et ipsi se occupant. Vaco Lucili et ubicumque sum ibi meus sum. Rebus enim me non trado sed commodo. Nec consector perditas eius causas et quocumque constiti loco ibi cogitaciones meas tracto et aliquid in animo salutare converso. Cum me amicis dedi non tamen michi abduco nec cum illis moror quibus me tempus aliquod congregavit aut causa officio nata civili. Sed cum optimis sum ad illos in quocumque loco in quocumque seculo fuerunt animum meum mitto. Demetrium virorum optimum mecum circumfero et relictis conchiliatis cum illo seminudo loquor illum admiror. Quidni admirer. Vidi nichil ei deesse. Contemnere aliquis omnia potest omnia habere non potest. brevissima ad divitias per contemptum divitiarum via est. Democritus autem noster sic vivit non tamquam contempserit omnia sed tamquam aliis habenda permiserit. Demo

Consolacio de amico defuncto. R. c. 63

c. 6 Graviter fero decessisse fflaccum amicum tuum plus tamen equo dolere te nolo. Illud ut non doleas vix audebo exigere et esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi contingit nisi iam multum supra fortunam elato. Illum quoque ista res vellicabit sed tantum vellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsis ad lacrimas si non nimie decurrerint. Si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico nec fluant. lacrimandum est non plorandum. Duram tibi legem ponere videor cum poetarum grecorum maximus ius flendi dederit in unum dumtaxat diem cum dixerit et Niobam de cibo cogitasse. Queris unde sint lamentaciones unde immodici fletus. Per lacrimas argumenta desiderii querimus et dolorem non sequimur sed ostendimus. Nemo tristis sibi est. O infelicem stulticiam. Est aliqua et doloris ambicio. Quid ergo inquis obliviscar amici. Brevem illi aput te memoriam promittis si cum dolore mansura est. Iam istam fronte

ad usum quemlibet fortuna sufficit non differo
in longius tempus quam desiderium esse violentum
quo etiam acerrimum fluctus resident. Cum
primum te observare desieris ymago ista tristicie
discedat. Nunc ipse custodis dolorem tuum sed
custodientem quoque elabitur eoque citius quo
acrior desinit. Id agamus ut iocunda
nobis amissorum fiat recordacio. Nemo
libenter ad id redit quod non sine tormento
cogitaturus est. Sic illud fieri necesse est
et cum aliquo nobis morsu amissorum quos
amavimus nomen occurrat. Sed hic quoque
morsus habet suam voluptatem. Nam ut
atta dicere solebat Attalus noster Sic amicorum
defunctorum memoria iocunda est quomodo poma
quedam sunt suaviter aspera quomodo vinis
nimis veteris ipsa nos amaritudo de-
lectat. Cum vero intervenit spacium omne
quod angebat extinguitur et pura ad nos
voluptas venit. Si illi credimus amicos
incolumes cogitare melle ac placenta
frui est. Eorum qui fuerunt retractatio
non sine acerbitate quadam iuvat. Quis
autem negaverit hec acria quoque et
~~et quadam~~ habentia austeritatis aliquid
stomachum excitare. Ego non idem sencio.
Michi amicorum defunctorum cogitacio
dulcis ac blanda est. Habui enim illos
tamquam amissurus amisi tamquam habeam.
Fac ergo mi Lucili quod equitatem tuam decet
desine beneficium fortune male interpretari.
Abstulit sed dedit. Ideo amicis avide
fruamur quia quam diu contingere hoc possit
incertum est. Cogitemus quam sepe illos re-
liquerimus in aliqua peregrinacione longin-
qua exituri quam sepe eodem morantes loco non
viderimus intelligemus plus nos temporis
in vivis perdidisse. Feras autem hos qui
negligentissime amicos habuerunt mi-
serrime lugent nec amant quemquam nisi
perdiderunt. Ideoque tunc effusius merent
quia verentur ne sit dubium an ama-
verint. Sera indicia affectus sui querunt.
Si habemus alios amicos male de eis
et meremur et existimamus qui parum valent
in unius elati solacium. Si non habemus
maiorem iniuriam ipsi nobis facimus quam
a fortuna accepimus. Illa unum abstulit
nos quemquam non fecimus. Deinde ne unum
quidem nimius amavit qui plus quam
unum amare non potuit. Si quis despo-
liatus amissa unica tunica complorare

se malit quam circumspicere quo frigus effugiat
et aliquid inveniat quo tegat scapulas.
Nonne tibi videatur stultissimus? Quem ama-
bas extulisti: quere quem ames. Satius
est amicum reparare quam flere. Scio iam
esse hoc pertritum quod adiecturus sum
non ideo pretermittam quia ab omnibus dictum
est. Finem dolendi etiam qui consilio fecerat
tempore invenit. Turpissimum autem est in
homine prudente remedium meroris
lassitudo merendi. Malo relinquas dolorem
quam ab illo relinquaris et quam primum id facere
desiste quod etiam si voles diu facere
non poteris. Annum feminis ad lugendum
constituere maiores non ut tam diu lugerent
sed ne diucius. Viris nullum legitimum
tempus est quia nullum honestum.
Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis
vix retractis a rogo vix a cadavere
revulsis cuius lacrime in totum mensem
duraverint? Nulla res citius in odium
venit quam dolor. Qui recens consolatorem invenit et aliquos ad se
adducit inveteratus vero deridetur nec
immerito. Aut enim simulatus aut stultus
est. Hec tibi scribo is qui Annaeum
Serenum carissimum mihi tam immodice flevi
ut quod minime velim inter exempla
sim eorum quos dolor vicit. Hodie
tamen factum meum damno et intelligo
maximam causam sic lugendi fuisse
quod numquam cogitaveram eum mori ante me
posse. Hoc unum mihi occurrebat minorem
esse et tamquam ordine multo minorem
fata servarent. Itaque assidue cogitemus
tam de nostra quam omnium quos diligimus
mortalitate. Tunc ego debui dicere
minor est Serenus meus quid ad rem
pertinet post me mori debet sed ante
me potest. Quia non feci imparatum subito
fortuna percussit. Nunc cogito omnia
et mortalia esse et incerta lege mortalia
esse. Cogitemus ergo Lucili cito nos
eo perventuros quo illum pervenisse meremus
et fortasse si modo vera sapientium fama est
recepit nos locus aliquis quem putamus
perisse premissus est.

De efficacia sermonis viri boni et de augenda doctrina priorum et eorum veneratione. Rubrica

Fuisti heri nobiscum. Potes
queri si heri tantum ideo adieci

nobiscum. Iucundum enim semper es. Intervenerant quidam amici propter quos maior fumus fieret, non hic qui erumpere ex lautorum culinis et terrere vigiles solet, sed hic modicus qui hospites venisse significet. Varius nobis fuit sermo ut in convivio nullam rem usque ad exitum adducens, sed aliunde alio transiliens. Lectus est deinde liber Quinti Sextii patris, magni si quid credideris viri, et licet neget Stoyci. Quantus in illo, dii boni, vigor est, quantum animi. Hoc non in omnibus philosophis invenies quorum scripta clarum habent tamen nomen, cetera exsanguia sunt. Instituunt, disputant, cavillantur, non faciunt animum quia non habent. Cum legeris Sextium dices: vivit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiducie. In qua positione mentis sim cum hunc lego fatebor tibi: libet omnes casus provocare, libet exclamare: Quid cessas, fortuna? Congredere, paratum vides. Animum illius induo qui querit ubi se experiatur, ubi virtutem suam ~~ostendat~~ ostendat, spumantemque dari pecora inter inertia votis optat aprum aut fulvum descendere monte leonem. Libet aliquid habere quod vincam, cuius patientia exercear. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod ostendit tibi beate vite magnitudinem et desperationem eius non faciet. Scies esse illam in excelso, sed volenti penetrabilem. Hoc idem virtus tibi ipsa prestabit, ut illam admireris et tamen speres. Michi certe multum auferre temporis solet contemplatio ipsa sapientie; non aliter illam intueor obstupefactus quam ipsum interim mundum, quem sepe tamquam spectator novus video. Veneror itaque inventa sapientie inventoresque; adire tamquam hereditatem iuvat. Michi ista acquisita, michi laborata sunt. Sed agamus bonum patrem familie: faciamus ampliora que accepimus. Maior ista hereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis multumque restabit, nec ulli nato post mille secula precludetur occasio aliquid adhuc adiciendi. Sed etiam si omnia a veteribus inventa sunt, hoc semper novum erit, usus et inventorum ab aliis scientia ac dispositio. Puta relicta nobis medicamenta quibus sanarentur oculi:

non opus est michi alia querere, hec tamen morbis et temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum colligitur, hoc palpebrarum crassitudo attenuatur, hoc vis subita et humor avertitur, hoc acuetur visus. Teras ista oportet et eligas tempus, adhibeas singulis modum. Animi remedia inventa sunt ab antiquis; quomodo autem admoveantur aut quando nostri operis est querere. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt. Suspiciendi tamen sunt et ritu deorum colendi. Quidni ego magnorum virorum et imagines habeam incitamenta animi et natales celebrem? Quidni ego illos honoris causa semper appellem? Quam venerationem preceptoribus meis debeo, eandem illis preceptoribus generis humani a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem videro aut pretorem, omnia quibus honor haberi solet faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. Quid ergo? Marcum Catonem utrumque et Lelium sapientem et Socratem cum Platone et Zenone Cleantemque in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego vero illos veneror et tantis nominibus semper assurgo. Vale.

De numero causarum mundi secundum varias sententias et quod animus humanus non hec sed humana semper spectat

Hesternum diem divisi cum mala valetudine: antemeridianum illa sibi vendicavit, postmeridianum ~~illa sibi vendicavit~~ michi cessit. Itaque lectione primum temptavi animum; deinde cum hanc recepisset, plus illi imperare ausus sum, immo permittere. Aliquid scripsi et quidem intentius quam soleo, dum cum materia difficili contendo et vinci nolo, donec intervenerunt amici qui michi vim afferrent et tamquam egrum intemperantem coercerent. In locum stili sermo successit, ~~ex quo~~ ~~mecum nolo~~ ex quo eam partem ad te perferam que in lite est. Te arbitrum addiximus. Plus negotii habes quam existimas. Triplex causa est. Dicunt, ut scis, Stoyci nostri duo esse in rerum natura ex quibus omnia fiant, causam et materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura si nemo moveat. Causa autem

varios materie format et quotiens vult versat, ex illa varia opera producit. Esse igitur debet unde fiat aliquid. Deinde a quo fiat. Hec causa est, illud materia. Omnis ars nature imitatio est. Ita quod de universo dicebam ad hec transfer que ab homine facienda sunt. Statua et materiam habuit que pateretur artificem et artificem qui materie daret faciem. Ergo in statua materia fit, opifex causa. Eadem condicio rerum omnium est. Ex eo constat quod fit et ex eo quod facit. Stoycis placet unam causam esse id quod facit. Aristoteles putat causam tribus modis dici. Prima inquit causa est ipsa materia sine qua nichil potest effici. Secunda est opifex. Tertia est forma que unicuique operi imponitur tamquam statue. Nam hanc Aristoteles ydos vocat. Quarta quoque inquit his accedit propositum totius operis. Quid sit hoc aperiam. Es prima statue causa est. Numquam enim facta esset nisi fuisset id ex quo funderetur et duceretur. Secunda causa artifex est. Non potuisset enim es illud in habitum statue figurari nisi accessissent perite manus. Tertia causa est forma. Neque enim statua ista doriforos aut diadumenos vocaretur nisi hec illi impressa esset facies. Quarta causa faciendi propositum. Nam nisi hoc fuisset facta non esset. Quid est propositum? Quod invitavit artificem, quod ille secutus fecit. Vel pecunia est hec si venditurus fabricavit, vel gloria si laboravit ad nomen, vel religiosum donum templo paravit. Ergo et hec causa est propter quam fit. An non putas inter causas facti operis esse numerandum quo remoto factum non esset? His quintam Plato addidit exemplar quam ipse vocat ydeam. Hoc est enim quod respiciens artifex id quod destinabat effecit. Nichil autem ad rem pertinet utrum foris habeat exemplar ad quod referat oculos an intus quod ibi ipse concepit et posuit. Hec exemplaria rerum omnium deus intra se habet numerosque universorum que agenda sunt et modos mente complexus est. Plenus his figuris est quas Plato ydeas vocat, immortales, immutabiles, infatigabiles.

arist'o

plo

Itaque homines quidem pereunt, ipsa autem humanitas ad quam homo fingitur permanet, et hominibus laborantibus et intereuntibus illa nichil patitur. Quinque ergo cause sunt ut Plato dicit: id ex quo, id a quo, id in quo, id ad quod, id propter quod. Novissime id quod ex his est. Tamquam in statua, quia de hac loqui cepimus, id ex quo es est, id a quo artifex est, id in quo forma est que aptatur illi, id ad quod exemplar est quod imitatur is qui facit, id propter quod facientis propositum est, id quod ex istis est ipsa statua. Hec omnia mundus quoque ut ait Plato habet: faciens, hic deus est; ex quo fit, hec materia est; forma, hec est habitus et ordo quem videmus; exemplar scilicet ad quod deus hanc magnitudinem operis pulcerrimi fecit; propositum propter quod fecit. Queris quod sit propositum deo? Bonitas. Ita certe Plato ait: que deo faciendi mundum fuit causa? Bonus est. Bono nulla cuiusquam boni invidia est; fecit itaque quam optimum potuit. Fer ergo iudex sententiam et pronuntia quis tibi videatur verisimillimum dicere, non quis verissimum dicat. Id enim tam supra nos est quam ipsa veritas. Hec que ab Aristotele et Platone ponitur turba causarum aut nimium multa aut nimium pauca comprehendit. Nam si quodcumque remoto quid effici non potest id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt. Ponant inter causas tempus; nichil sine tempore potest effici. Ponant locum; si non fuerit ubi fiat, ne fiet quidem. Ponant motum; sine hoc nichil nec fit nec perit, nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos nunc primam et generalem querimus causam. Hec simplex debet esse, nam et materia simplex est. Querimus que sit causa, ratio scilicet faciens, id est deus. Ita quecumque rettulistis non sunt multe et singule cause sed ex una pendent, ex ea que faciet. Formam dicis causam esse? Hanc imponit artifex operi: pars cause est, non causa. Exemplar quoque non est causa sed instrumentum cause necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici quomodo scalpellum, quomodo lima; sine his procedere ars non potest, non tamen hee partes artis aut cause sunt. Propositum inquit artificis, propter quod ad faciendum accedit

pl

accedit causa que ut sit ea non est efficiens
causa sed superveniens. hec aut innumera
biles sunt. nos de causa generali querimus.
Illud vero non pro solita vobis subtilitate
dixerunt totum mundum et consummatum opus
causam esse. Multum enim interest inter
opus et causam operis. Aut fer sententiam aut
quod facilius in eiusmodi rebus est Ne
ga tibi liquere et nos reverti iube. Quid
te inquis delectat tempus inter ista conterere
que tibi nullum affectum eripiunt nullam
cupiditatem abigunt. Ego quidem priora
illa ago ac tracto quibus pacatur animus
et me prius scrutor deinde hunc mundum
nec hoc quidem tempus ut existimas perdo. Ista
enim omnia si non concidantur nec in hanc
subtilitatem inutilem distrahantur attollunt
et levant animum qui gravi sarcina
pressus explicari cupit et reverti ad
illa quorum fuit. Nam corpus hoc animi
pondus ac pena est. premente urgetur
in vinculis est nisi accessit philosophia
et illum respirare respirare rerum nature
spectaculo iussit et a terrenis ad divina
dimisit. hec libertas eius est. hec eva
gatio subducit interim se custodie
qua tenetur et celo reficitur. Quemadmodum
artifices ex aliquo rei subtilioris inten
tione que oculos defatigat si malignum
habent et precarium lumen in publicum prodeunt
et in aliqua regione ad populi otium
dedicata oculos libera luce delectant
sic animus in hoc tristi et obscuro domi
cilio clausus quotiens potest apertum petit
et in rerum nature contemplatione requi
escit. Sapiens ac sectator sapientie adheret
quidem corpori suo sed optima sui parte
abest et cogitationes suas ad sublimia
intendit velud sacramento rogatus hoc
quod vivit stipendium putat et ita for
matus est ut illi nec amor vite nec
odium sit. patitur ex mortalia quamvis sciat
ampliora superesse. Interdices mihi inspectionem
rerum nature a toto abductum redigis
in partem. Ego autem querere que sint initia
universorum. quis rerum formator. quis
omnia in uno mersa et materia inerti convo
luta distinxerit. Non queram quis sit
istius artifex mundi qua ratione tanta
magnitudo in legem et in ordinem venerit
quis sparsa collegerit confusa distinxerit

in una deformitate iacentibus faciem diviserit
unde lux tanta fundatur. ignis sit. an aliquid
sit igne lucidius. Ergo ista non queram
unde descenderim sciam. hec videnda sint
an sepe nascendum quo hinc iturus sim
que sedes expectet animam solutam legibus
servitutis humane. Vetas me celo interesse
id est iubes me vivere capite demisso. Maior
sum et ad maiora genitus quam ut man
cipium sim mei corporis. Quod equidem
non aliter aspicio quam vinculum aliquod libertati
mee circumdatum. Hoc itaque oppono fortune
in quo resistat nec per illud ad me ullum
transire vulnus sino. Quicquid in me iniuria
pati potest hoc est. In hoc obnoxio domicilio
animus liber habitat. Numquam me caro
ista compellet ad metum. numquam ad indignam
bono simulationem. numquam in honorem huius
corpusculi mentiar. cum visum erit distra
ham cum illo societatem. Et nunc tamen dum heremus (vel herens)
non erimus equis partibus socii. animus
ad se omne ius ducet. contemptus corporis sui
certa libertas est. Ut ad propositum revertar
huic libertati multum conferet et illa de qua
modo loquebamur inspectio. Nempe universa
ex materia et deo constant. Deus ista temperat
que circumfusa rectorem sequuntur et ducem
potentius autem est ac pretiosius quod facit
quod est deus quam materia patiens dei.
Quem in hoc mundo locum deus obtinet
hunc in homine animus. quod est illic materia
id in nobis est corpus. Serviant ergo deteriora
melioribus. fortes simus adversus fortuita
non contremiscamus iniurias non vulnera non
vincula non egestatem. Mors quidem aut
finis aut transitus. nec desinere timeo
idem est enim quod non cepisse nec transire quia nusquam
tam angusta ero. Vale. Liber iv Notat
eos qui tres gradus honorum bonorum fecerunt
dicens unum tamen absolutum bonum in virtute
intra partem augmenti vel decrementi esse et quod
quecumque bona sunt paria sunt. Ro

Claranum condiscipulum meum e. 66
vidi per multos annos non pro c. 1
expectare ut adiciam senem. sed me
hercle viridem animo ac vigentem et cum
corpusculo suo colluctantem. Inique enim
se natura gessit et talem animum male collocavit
aut fortasse voluit hoc ipsum nobis ostendere
posse ingenium fortissimum ac beatissimum

sub qualibet cute latere virtutem. Omnia tamen impedimenta ad cetera contempnenda ad contemptum sui venerunt. Errare mihi visus est qui dixit: Gratior et pulchro veniens e corpore virtus. Non enim ullo honestamento eget; ipsa magnum sui decus est et corpus suum consecrat. Certe Claranum nostrum coepi intueri: formosus mihi videtur et tam rectus corpore quam est animo. Potest ex casa vir magnus exire, potest et ex deformi et humili corpusculo formosus animus et magnus. Quosdam itaque mihi videtur natura tales generare ut approbet virtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos fecisset; nunc quod amplius est facit: quosdam enim edit corporibus impeditos, sed nichilominus perrumpentes obstancia. Claranus mihi videtur in exemplar editus ut scire possemus non deformitate corporis foedari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Quamvis autem paucissimos una fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde conferam et ad te permittam. Hoc primo die quaesitum est, quomodo possint paria bona esse si triplex eorum condicio est. Quaedam, ut nostris videtur, prima bona sunt, tamquam gaudium, pax, salus patriae; quaedam secunda, in materia infelici expressa, tamquam tormentorum patientia et in morbo gravi temperantia. Illa bona directo optabimus nobis, haec si necesse erit. Sunt adhuc tertia, tamquam modestus incessus et compositus vultus et conveniens prudenti viro gestus. Quomodo ista inter se paria esse possunt, cum alia optanda sint, alia adsalienda? Si volumus ista distinguere, ad primum bonum revertamur et consideremus id quale sit: animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione sed ex natura pretia rebus imponens, toti se inserens mundo et in omnes eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex aequo magnus ac vehemens, asperis blandisque pariter invictus, neutri se fortunae submittens, supra omnia quae contingunt acciduntque eminens, pulcherrimus, ordinatus tum decore tum viribus, sanus ac siccus, imperturbatus, intrepidus, quem nulla vis frangat, quem nec tollat fortuna nec deprimat. Talis animus virtus est.

Haec est eius facies si sub unum veniat aspectum et semel se tota ostendat. Ceterum multae eius species sunt, quae pro vitae varietate et pro actionibus explicantur; nec minor fit nec maior ipsa. Decrescere summum bonum non potest nec virtuti ire retro licet, sed in alias atque alias qualitates convertitur, ad rerum quas actura est habitum figurata; quidquid attingit in similitudinem sui adducit et tingit; actiones, amicitias, interdum domos totas quas intravit disposuitque condecorat; quidquid tractavit, id amabile conspicuum mirabile facit. Itaque vis eius et magnitudo ultra non potest surgere, quia incrementum maximo non est. Nichil invenies rectius recto, non magis quam verius vero, quam temperato temperatius. Omnis in modo est virtus, modo certa mensura. Constantia non habet quo procedat, non magis quam fiducia aut veritas aut fides. Quid accedere perfecto potest? Nichil; aut perfectum non erat cui accessit. Ergo nec virtuti quidem, cui si quid adici potest, defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit; honestum est enim propter ista quae rettuli. Quid porro decorum, iustum, legitimum non eiusdem esse formae putas, certis terminis comprehensum? Crescere posse imperfectae rei signum est. Bonum omne in easdem cadit leges. Iuncta est privata et publica utilitas, tam mehercule quam inseparabile est laudandum petendumque. Ergo virtutes inter se pares sunt et opera virtutis et omnes homines quibus illae contigere. Satorum vero animaliumque virtutes, cum mortales sint, fragiles quoque caducaeque sunt et incertae; exsiliunt residuntque, et ideo non eodem pretio aestimantur. Una inducitur humanis virtutibus regula; una enim est ratio recta simplexque. Nichil est divino divinius, caelesti caelestius. Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriuntur, implentur; itaque illis in tam incerta sorte inaequalitas est; divinorum una natura est. Ratio autem nichil aliud est quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa. Si ratio divina est, nullum autem bonum sine ratione, bonum omne divinum est. Nullum porro inter divina discrimen est; ergo nec inter bona. Paria itaque sunt et gaudium et fortis atque obstinata tormentorum perpessio

ad Lu. LX

In utroque eadem est animi magnitudo In altero
remissa et leta In altero pugnax et intenta
Quid tu non putas parem esse virtutem eius
qui fortiter hostium menia pugnat et eius
qui obsidionem patientissime sustinet
et magnus est Scipio qui Numanciam
cludit et comprimit cogitque invictas manus
in mortem suam vertere magnus ille ob-
sessorum animus qui scit non esse clusum cui
mors aperta est et in complexu libertatis ex-
pirat Atque reliqua inter se paria sunt
tranquillitas simplicitas liberalitas
constantia equanimitas tollerancia Omnibus
enim istis una virtus subest que animum
rectum et indeclinabilem prestat Quid er-
go nichil interest inter gaudium et dolorem
et inflexibilem patienciam Nichil quantum
ad ipsas virtutes plurimum inter illa in
quibus virtus utraque ostenditur In altero
enim naturalis est animi remissio ac laxi-
tas in altero contra naturam dolor Itaque
media sunt hec que plurimum inter-
valli recipiunt virtus in utroque par est
virtutem materia non mutat nec peiorem
facit dura ac difficilis nec meliorem
hilaris et leta Necesse ergo equalia sint
bona necesse est nec hic potest se melius
in hoc gaudio gerere nec ille melius
in illis cruciatibus Duo autem quibus
nichil fieri melius potest paria sunt Nam
si qua extra virtutem posita aut minuere
illam aut augere possunt desinit unum
bonum esse quod honestum Si hoc concesseris
omne honestum perit Quare dicam quia
nec honestum est quod ab invito quod a
coacto fit Omne honestum voluntarium est
admisce pigritiam querelam tergiversatio-
nem metum quod habet in se optimum perdidit
Non potest esse honestum quod non
est liberum Nam quod timet servit Ho-
nestum est esse securum tranquillum si re-
cusat aliquid si deplorat si malum iudicat
perturbationem recipit et in magna discor-
dia volutatur Hinc enim species recti vocat
illinc suspicio mali retrahit Itaque qui
honeste aliquid facturus est quidquid obstat
id etiam si incommodum putat malum non
putat velit libens faciat Omne honestum
iniussum incoactum est sincerum et nulli
malo mixtum Scio quid mihi responderi
hoc loco possit hoc nobis persuadere conaris
nichil interesse utrum aliquis in gaudio
sit an in eculeo iaceat ac tortorem suum lasset

Poteram respondere Epycurus quoque ait sapien- ep
tem si in Phalaridis tauro peruratur exclama-
turum Dulce est et ad me nichil pertinet Quid
miraris si ego paria bona dico alterius inter
tormenta fortissime stantis quod incre-
dibilius est dicat Epycurus dulce esse
torreri Sed hoc respondeo plurimum interesse
inter gaudium et dolorem Si queratur electio
alterum petam alterum vitabo Illud naturale
hoc contra quamdiu sic estimantur magno inter
se dissident spacio Cum ad virtutem ventum
est utraque par est et que per leta procedit et
que per districta Nullum habet momentum
vexatio et dolor et quidquid aliud incommodi est
virtute enim obruitur Quemadmodum minuta
lumina claritas solis obscurat sic dolores
molestias iniurias virtus magnitudine
sua elidit atque opprimit et quocumque affulsit
ibi quidquid sine illa apparet extinguitur
nec magis ulla portionem habent incommoda
cum in virtutem inciderunt quam in mari nimbus
Hoc ut scias ita esse ad omne pulchrum vir bonus
sine ulla cunctatione procurret stet illic
licet carnifex stet tortor atque ignis perse-
verabit nec quid passurus sed quid
facturus sit aspiciet et se honeste rei tamquam
bono viro credet utilem illam sibi iudicabit
tutam prosperam Eundem locum habebit apud
illum honesta res sed tristis atque aspera
quem vir bonus pauper aut exul ac pallidus
Agedum pone ex illa parte virum bonum divitiis
habundantem ex altera nichil habentem sed
in se omnia uterque eque vir bonus erit etiam si
fortuna dispari utetur Idem ut dixi in rebus
iudicium est quod in hominibus eque lau-
dabilis est virtus in corpore valido et libero
quam in morbido ac vincto Ergo tua quoque virtus
non magis laudabilis est si corpus illi
integrum fortuna prestitit quam si ex aliqua
parte mutilatum mutilatum alioquin hoc
erit ex servorum habitu dominos estimare Omnia
enim ista in que dominium casus exercet servilia
sunt pecunia corpus et honores imbecillia
fluida mortalia possessionis incerte illa
rursus libera et invicta opera virtutis que
non magis appetenda sunt si benignius
a fortuna tractantur nec minus si aliqua
iniquitate rerum premuntur Quod in hominibus
amicitia est hoc in rebus appetitio Non
puto magis amares virum bonum locupletem
quam pauperem nec lacertosum et robustum
quam gracilem et languidi corporis ergo ne rem quidem
magis appetes aut amabis hilarem ac placidam

quam districta et operosa. Et si hoc non contingit magis
diligat eos in quibus aeque bonis virtutis initium
et invictum quam pulchriorem et florentem. Deinde
nisi aeque proveniet ut magis diligas inte-
grum omnibus membris et illesum quam debile et
luscum, paulatim fastidium tuum illo nisi pro-
cedit ut eos in nobis aeque nisi ac predictis
tonatum ... malis ubi par utrique
virtus et non comparet aliarum rerum inequalitas.
Omnia enim alia non partes sed accessiones
sunt. Similis iniqui censura inter suos agit
ut filium sanum magis quam egrum diligat,
procerum ne et excelsum quam brevem. Animalium
fetus suos non discernunt fere et se in ali-
mentum pariter omnibus sternunt. Aves et equo
partiuntur cibos. Ulixes ad Ithace sue
saxa sic properat quemadmodum Agamem-
non ad Micenarum nobiles muros. Nemo
enim patriam quia magna est amat sed quia sua.
Quid hec ergo pertinet? ut scias virtutem om-
nia opera velud fetus suos hisdem oculis in-
tueri, eque indulgere omnibus et quidem
impensius laborantibus, quoniam quidem etiam
parentum amor magis in ea quorum miseretur
inclinatur. Virtus quoque opera sua que videt
affici et premi non magis amat, sed parentum
bonorum more magis complectitur ac fo-
vet. Quare non est ullum bonum altero maius?
quia non est quicquam apto aptius, quia plano
non est planius. Non potes dicere hoc magis
esse par alicui quam illud; ergo nec honesto
honestius quicquam est. Quod si par omnium natura
est virtutum, tria genera bonorum in equo sunt.
Ita dico: in equo est moderate gaudere et
moderate dolere. Leticia illa non vincit
hanc animi firmitatem que sub tortore gemitum
devoravit. Illa bona optabilia, hec mira-
bilia sunt; utraque tamen paria, quia quicquid
incomodi est in hiis maiori bono tegitur.
Quisquis hec imparia iudicat ab ipsis
virtutibus avertit oculos et exteriora circumspicit.
Bona vera ad idem pendent, ad idem patent.
Illa falsa multum habent vani. Itaque speciosa
et magna conspicientibus, cum ad pondus re-
vocata sunt, fallunt. Ita est, mi Lucili:
quicquid vera ratio commendat solidum et
eternum est, firmat animum attollitque semper
futurum in excelso. Illa que temere laudantur
et vulgi sententia bona sunt inflant inanibus
letos; rursus ea que timentur tamquam mala
iniciunt formidinem mentibus et illas non
aliter quam animalia species periculi agitant.
Utraque ergo sine causa animum et diffundunt et mordent.
Nec illa gaudio nec hec metu digna est.
Sola ratio immutabilis et iudicii tenax est;
non enim servit sed imperat sensibus. Ratio rationi
par, sicud rectum recto; ergo et virtus non
aliud quam recta ratio. Omnes virtutes rationes
sunt; rationes sunt si recte sunt, et pares si
recte; tum similes rationes. Qualis ratio est,
et tales actiones sunt; ergo omnes pares
sunt. Nam cum similes sint rationi, similes
et inter se sunt. Pares autem actiones inter
se esse dico que honeste recteque sunt. Ceterum
magna habebunt discrimina variante materia,
que modo latior est, modo angustior, modo
illustris, modo ignobilis, modo ad multos
pertinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis
id quod optimum est par est: honeste sunt.
Tamquam viri boni omnes pares sunt qua boni
sunt, sed habent differentiam etatis: alius senior
est, alius minor; habent corporis: alius for-
mosus, alius deformis; habent fortune: ille
dives, hic pauper est; ille gratiosus, potens,
urbibus notus et populis, ignotus hic
plerisque et obscurus. Sed per illud quo boni
pares sunt. De bonis ac malis sensus
non iudicat; quid utile sit ignorat; non potest
ferre sententiam nisi de re presente perductus est.
Nec futuri providus est nec preteriti memor;
quid sit consequens nescit. Ex hoc autem
rerum ordo seriesque contexitur et unitas
vite imperfectum itura. Ratio ergo est arbit-
ra bonorum ac malorum; aliena et externa pro vilibus
habet, et ea que neque bona sunt neque mala
accessiones minimas ac levissimas iudicat.
Omne illi bonum in animo est. Ceterum bona
quedam prima existimat que ex proposito venit,
tamquam victoriam, bonos liberos, salutem patrie;
quedam secunda que non apparent nisi in rebus
adversis, tamquam equo animo pati morbum,
magnum exilium; quedam media que nichilo
magis secundum naturam sunt quam contra naturam, tamquam
prudenter ambulare. Illa duo bona superiora
diversa sunt; prima enim secundum naturam sunt: gau-
dere liberorum pietate, patrie incolumitate;
secunda contra naturam sunt: fortiter obstare tormentis
et sitim perpeti morbo urente precordia. Quid
ergo? aliquid contra naturam bonum est? Minime; sed
aliquando contra naturam est in quo bonum illud existit.
Vulnerari enim et subiecto igne tabescere
et adversa valetudine affligi contra naturam est,
sed inter ista servare animum infatigabilem secundum
naturam est. Et ut quod volo exprimam breviter,
materia boni aliquando contra naturam est, bonum numquam

quam bonum sine ratione nullum est sequitur au-
tem ratio naturam. Quid ergo ratio? nature imitatio.
Quod est summum hominis bonum? ex nature se
voluntate gerere. Non est inquis dubium quin
felicior sit pax numquam lacessita quam multo
reparata sanguine. Non est inquit dubium
quin felicior sit inconcussa valitudo quam
ex gravibus morbis et extrema minitan-
tibus in tutum vi quadam et patientia educta.
Eodem modo non erit dubium quin maius
bonum sit gaudium quam obnixus animus
ad perferendos cruciatus vulnerum aut ignium.
Minime. Illa enim que fortuita sunt plu-
rimum discriminis recipiunt. Estimantur enim
utilitate sumentium. Bonorum unum propo-
situm est nature consentire. hoc contingere
par est. Cum alicuius in senatu sententiam
sequimur non potest dici ille magis assentitur
quam ille. ab omnibus in eandem sententiam itur.
Idem de virtutibus dico omnes assentiuntur nature.
Idem de bonis dico omnia nature assentiuntur.
Alius adolescens decessit alius senex aliquis
preter hos infans cui nichil amplius con-
tigit quam prospicere vitam. omnes hi eque
sunt mortales etiam si [illegible] aliorum
longius vita passa est procedere. Aliorum
in medio flore precidit. Aliorum interrupit
ipsa principia. Alius inter cenandum est solutus.
alterius continuata mors sompno est.
aliquem concubitus extinxit. His oppone
ferro transfossos aut exanimatos ser-
pentium morsu aut fractos ruina aut
per longam nervorum contractionem extortos
minutatim. Aliquorum melior dici aliquorum peior
est exitus. Mors quidem omnium par est. per
que veniunt diversa sunt. id in quod desinunt
unum est. Mors nulla maior aut minor
est. Habet enim eundem in omnibus modum
finisse vitam. Idem tibi de bonis dico. hoc
bonum inter meras voluptates est. hoc
inter tristia et acerba. Illud fortune in-
dulgentiam rexit. hoc violentiam domuit.
utrumque eque bonum est. quamvis illud plana
emollivit hoc asperam tenuit. id finis
omnium est. Bona sunt laudanda sunt
virtutem rationemque comitantur. Virtus
equat inter se quicquid agnoscit. nec est
quare hoc inter nostra placita mireris. Apud
Epicurum duo sunt bona ex quibus sum-
mum bonum illud componitur ut corpus sine
dolore sit animus sine perturbatione. Hec
bona non crescunt si plena sunt. Quo enim
crescet quod plenum est. Dolore corpus caret.
Quid ad hanc accedere indolentiam potest. Animus

constat sibi et placidus est. Quid accedere
ad hanc tranquillitatem potest. Quemadmodum se-
renitas celi non recipit adhuc maiorem
claritatem in sincerissimum adhuc nitorem
repurgata. sic hominis corpus animumque curantis et
bonum suum ex utroque nectentis perfectus est
status et summa voti sui invenit si nec
estus animo est nec dolor corpori. Si qua
extrinsecus blandimenta contingunt non augent [al. condiunt et oblectant]
summum bonum sed ita dicta condiunt et
delectant et oblectant. Absolutum enim humane
nature bonum corporis et animi pace contentum
est. Dabo apud Epicurum tibi etiam — qr
simillimam huic nostre divisionem bonorum. Alia
enim sunt apud illum que malit contingere
sibi ut corporis quietem ab omni incommodo
liberam et animi remissionem bonorum suorum
contemplatione gaudentem. Alia sunt que quamvis
nolit accidere nichilominus laudat et comprobat
tamquam illam quam paulo ante dicebam male
valitudinis et dolorum gravissimorum perpessionem
in qua Epicurus fuit illo summo ac for-
tunatissimo die suo. Ait enim se vesice et
exulcerati ventris tormenta tolerare
ulteriorem doloris accessionem non recipienda
esse nichilominus sibi illum beatum diem. Beatum
autem diem agere nisi qui est in summo bono non potest.
Ergo apud Epicurum sunt hec bona que
malles non experiri. sed quia ita res tulit
et amplexanda et laudanda et exequenda
summis sunt. Non potest dici hoc non esse
par maximis bonum quod beate vite clau-
sulam imposuit. Cui Epicurus extrema — qr
voce gratias egit. Permitte mihi Lucili vi-
rorum optime aliquid audacius dicere. Si
ulla maiora aliis esse possent hec ego
que tristia videntur mollibus illis et
delicatis pretulisse. maius est enim difficilia
perfringere quam leta moderari. Eadem ratione
fit scio ut aliquis bene felicitatem et ut ca-
lamitatem fortiter ferat. Eque esse fortis
potest qui pro vallo securus excubuit nullis
hostibus castra temptantibus et qui succisis
poplitibus in genua se excepit nec
arma dimisit. Macte virtute esto san-
guinolentis et ex acie redeuntibus dicitur. Itaque
hec magis laudaverim bona exercitata
et fortia et cum fortuna rixata. Ego non — De mutio scevola
dubitem quin magis laudem truncam illam
et retorridam manum Mutii quam cuiuslibet
fortissimi salvam. Stetit hostium flammarumque
contemptor et manum suam in hostili foculo de-
stillantem perspectavit donec Porsenna
cuius pene favebat glorie invidit et ignem
invito eripi iussit. Hoc bonum quod inter

Una miserere tanto quam maius. Dixit quia illa
secura et intemptata fortune extrema ratione est
hoste amissa manum incisse tibi armata
Quid ergo inquis hoc bonum tibi optabis
quid in hoc enim nisi quam potest et optare.
non potest facere. an potius opto ut malaxa
digitos articulos collectis meis porrigam
ut inlicertula aut agnus a inlicertula
corpus usus digitulos meos ducat. Quid
nisi ego feliciorem putem invicem quam sit
tractaveris igne quam si illam manum cetam
prestitisset. Jn integrum restituit quicquid
eruerat. Confecit bellum inermis
ac mancus et manum truncam reges duos

Quod omne bonum sit optabile. vincit pale

c 61
c 2
Ut a communibus initium faciam
iuer aperire se cepit set iam
inclinatum ad estate quo tempore cale
scunt intepuit nec adhuc illi fides
est. Reote enim a yeme revolumus. Videns scio
quam diu adhuc sit. Rondum me glaciato
frigido veri adhuc rigore enim instrigo
hoc est inquis nec calidum nec frigidum
pati. Ita est mi lucili id etas mea grata
est suo frigore nimis medica regelici estate
ita maior pars vestimentis degitur. ago gratias
senectuti quod me lectulo affixit. Quid in
gratias illi hoc nomine agam quicquid debeam
nolle non possum. Cum libellus in plenum
fervens est. Et quod inthonorerit epistole tue
tecum in media esse et sic affuror commo
taque tibi non scriba sed respondeam. Itaque
et desit quod queris quasi colloquar
tecum equale sit una scrutabimur. Queris
an omne bonum optabile est. Sed si bonum
est inquis fortiter torqueri et magno ani
mo et patienter egrotare sequitur ut ista opta
bilia sint. Nichil autem video quod iste voto
dignum. Nemo certe scio adhuc eo nomine
votum solvisse quod flagellis cesus
aut podagra distortus aut eculeo lon
gior factus. Distingue mi lucili ista
et intelliges esse in hiis aliquid optandum
Tormenta abesse a me velim sed si susti
nenda fuerint ut me in illis fortiter
honeste animo se gerant optabo. Quid
ni ego malim non incidere bellum sed si in
ciderit ut vulnera et famem et omnia que
bellorum necessitas affert generose feram
optabo. Ita non incommoda optabilia sed
sed virtus qua perferuntur incommoda. Quidam

constitis quostiant omnium tormentorum forte
tollerandam non esse optabilem sed nec ab
hominandam quia votum purum bonum peti
debet et tranquillum et extra molestia positum
Ego dissentio quare primum quia fieri non potest
ut aliqua res bona quidem sit sed optabilis
non sit. Deinde si virtus optabilis sit
nullum autem sine virtute bonum et omne
bonum optabile est. Deinde etiam si tor
mentorum fortis patientia optabilis est atque
pericula et contempnit et provocat pulcerrima
sed cuius maxima atque mirabilis est
illa non cede ignibus omniaque ire intercibus
interdum tela revocitare quidem se porrec
tionis debes. Si fortitudo optabilis
est et tormenta patienter ferre optabile
est. hoc enim fortitudinis pars est. sed separa
ista ut dixi intererit quod tibi faciat error
re. Non enim pati tormenta optabile est
sed pati fortiter. Illud opto fortiter quod
est virtus. Quis tamen unquam hoc sibi optavit
quedam vota aperta et professa sunt. tamen
particulatim sunt quedam latent tamen
uno voto multa comprehensa sunt. tamquam
opto in exitum honestam. Vita autem honesta
actionibus variis constat. In hac est
reguli ac cathonis scyssimi manus firma
vulnus vitibus apertum. Salus venenata
qua sceleratate transtulit e terre ad celum
Ita cum optavi in vitam honestam et hoc
optavi sine quibus interdum honesta nec potest
esse. Oterque quaterque beati quibus ante
ora patrum troye sub menibus alte contigit
hoc ferre. Quid interest optes hoc alicui
an optabile fuisse fatearis. Decius se pro
re publica devovit et in medios hostes concitato
equo mortem petens irruit. Alter post hunc
paterne virtutis emulus conceptis sollem
nibus ac iam familiaribus verbis in aciem
confertissimam irruit. De hoc sollicitus
tamen ut litaret. Optabilem rerum putas
bonam mortem. Dubitas ergo an optimum
sit memorabilem mori et in aliquo opere
virtutis. Cum aliqua tormenta fortiter
patitur omnibus virtutibus quibus utitur
fortasse una in promptu sit et maxime
appareat patientia et professio et tollerantia
ramis sunt. Illic est prudentia sine
qua nullum initur consilium quod suadet quod
effugere non possis quam fortissime ferre. Illic
est constantia que deici loco non potest et propositum

nulla in occasione dimittit. Illic est individuus
ille comitatus virtutum. Quidquid honeste fit
una virtus facit, sed ex consilii sententia.
Quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur,
etiam si ab una fieri videtur, optabile est.
Quid? tu existimas ea tantum optabilia esse
que per voluptatem et otium veniunt, que
excipiuntur foribus ornatis? Sunt quedam
tristia vultu bona. Sunt quedam
vota que non gratulantium cetu sed ado-
rantium venerantiumque celebrantur. Ita
tu non putas Regulum optasse ut ad Pe-
nos perveniret? Indue magni viri animum
et ab opinionibus vulgi secede paulisper.
Cape quantam debes virtutis pulcherrime
ac magnificentissime speciem, que nobis non
thure nec sertis sed sudore et sanguine
colenda est. Aspice Catonem sacro illi
pectori purissimas manus admoventem
et vulnera parum demissa laxantem. Utrum
tandem illi dicturus es "vellem quod velles"
et "moleste fero" an "feliciter quod agis"? Hoc lo-
co Demetrius noster occurrit, qui vitam securam et
sine ullis fortune incursionibus mare mor-
tuum vocat. Redi huc ad quod coeperat, ad
quod citatis te tuum demetriacum et incon-
firmitate animi tui temptes; sed in otio
meditaris iacere non est inexpugnabilis malicia.
est. Attalus Stoycus dicere solebat: malo
me fortuna in castris suis quam in deliciis
habeat. Torqueor, sed fortiter: bene est. Audi
Epycurum, dicet et dulce esse. Ego tam
honeste rei et severe numquam molle nomen
imponam. Uror sed invictus. Quid in hoc
optabile sit? non quod urit me ignis,
sed quod non vincit. Nichil est virtute pre-
stantius, nichil pulcrius, et bonum et optabile
est quidquid eius geritur imperio. Vale.

Quod tolerandum sit otium. Et quid in eo tractandum etc.

Consilio tuo accedo: abscondere te in otio; sed et ipsum
otium absconde. Hoc te facturum Stoy-
corum etiam si non precepto, at exemplo
licet scias; sed ex precepto quoque facies, et
tibi et cui voles approbabis. Nec ad
omnem rem publicam mittimus nec semper nec sine
ullo fine. Preterea cum sapienti rem publicam ipso
dignam dedimus, id est mundum, non est
extra rem publicam etiam si recesserit, immo fortasse
relicto uno angulo in maiora atque
ampliora transit et celo impositus

intelligit quam humilis sellam aut tribunal ascenderit.
Depono hoc apud te:
numquam plus agere sapientem quam cum in conspectum
eius divina atque humana venerunt. Nunc
ad illud revertor quod suadere tibi ceperam,
ut otium tuum ignotum sit. Non est quod inscribas
tibi philosophiam atque otium; aliud proposito
tuo nomen impone, valitudinem imbecillitatem
vocato et desidiam. Gloriari otio iners
ambitione est. Animalia quedam ne inveniri
possint vestigia sua circa ipsum cubile
confundunt. Idem tibi faciendum
est. Alioquin non deerunt qui persequantur.
Multi aperta transeunt, abscondita et abstrusa
rimantur; fures signata sollicitant. Vile
videtur quidquid patet; aperta effractarius
preterit. Hos mores habet populus, hos
imperitissimus quisque: in secreta irrumpere
cupit. Optimum itaque est non iactare
otium suum; iactandi autem genus est nimis
latere et a conspectu hominum secedere. Ille
Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus
est, ille multis annis non transiit domus sue
limen. Convocat turbam quisquis otio
suo aliquam fabulam imposuit. Cum secesseris,
non est agendum hoc ut de te homines lo-
quantur, sed ut ipse tecum loquaris. Quid autem loqueris? quod homines
de aliis libentissime faciunt, de te apud
te male existima; assuesces et dicere verum
et audire. Id autem maxime tracta quod
in te esse infirmissimum senties. Nota est
sua cuique corporis vicia. Itaque alius vo-
mitu levat stomachum, alius frequenti
cibo fulcit, alius interposito ieiunio
corpus exhaurit et purgat. Illi quorum
pedes dolor repetit aut vino aut balneo
abstinent; in cetera negligentes huic a
quo sepe infestantur occurrunt. Sic in animo
nostro sunt quasi causarie partes quibus
adhibenda curatio est. Quid in otio facio?
ulcus meum curo. Si ostenderem tibi pe-
dem turgidum, lividam manum, aut contracti
cruris aridos nervos, permitteres mihi
uno loco iacere et fovere morbum meum. Maius
malum est hoc quod non possum tibi ostendere:
in pectore ipso collectio et vomica est.
Non laudes, nolo dicas "o magnum virum!
contempsit omnia et damnatis humane vite
furoribus fugit." Nichil damnavi nisi me.
Non est quod proficiendi causa venire ad me
velis. Erras qui hinc auxilii aliquid
speras: non medicus sed eger hic habitat.

Malo illa cum discesseris dicas. Ego istum beatum hominem putabam et eruditum. Erexeram aures; destitutus sum, nichil vidi, nichil audivi quod concupiscerem, ad quod reverterer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum est. Malo ignoscas otio meo quam invideas. Otium, inquis, Seneca, commendas michi? Ad epicureas voces delaberis. Otium tibi commendo in quo maiora agas et pulchriora quam que reliquisti. Pulsare superbas potentiorum fores, digerere in litteram senes orbos, plurimum in foro posse invidiosa potentia ac brevis est et, si verum cogites, sordida. Ille me gratia forensi longe antecedet, ille stipendiis militaribus et quesita per hoc dignitate, ille clientium turba. Et tanti ab omnibus vinci, dum ego fortunam vincam; cui turbe par esse non possim, plus habet gratie. Utinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi. Utinam de vita beata non in conspectu mortis ageremus. Sed nunc quoque non moremur; multa enim que supervacua esse et inimica credituri fuimus rationi nunc experti credimus. Quod facere solent qui serius exeunt et volunt tempus celeritate reparare, calcar addamus. Hec etas optime facit ad hec studia; iam despumavit. Iam vicia primo fervore adolescentie indomita lassavit; non multum superest ut extinguat. Et quando, inquis, tibi proderit istud quod in exitu discis, aut in quam rem? In hanc, ut exeam melior. Non est tamen quod existimes ullam etatem aptiorem esse ad bonam mentem quam que se multis experimentis, longa ac frequenti rerum penitentia domuit, que ad salutaria mitigatis affectibus venit. Hoc est huius boni tempus; quisquis senex ad sapientiam pervenit, annis pervenit. Vale.

quod se vocat Senecam

Seneca Lucilio salutem. **De varia loci mutatione vitanda et redimenda temporis brevitate. Ru[bri]ca**

c 69 c x

Mutare te loco et in aliud de alio transilire nolo. Primum quia tam frequens migratio instabilis animi est. Coalescere meus otio non potest nisi desiit circumspicere et errare. Ut animum possis continere, primum corporis tui fugam siste. Deinde plurimum remedia continuata proficiunt. Interrumpenda non est quies et vite prioris oblivio. Sine dediscere oculos tuos, sine aures assuescere sanioribus verbis. Quotiens processeris, in ipso transitu aliqua que renovent cupiditates tuas tibi occurrent. Quemadmodum ei qui amorem exuere conatur evitanda est omnis admonitio dilecti corporis (nichil enim facilius quam amor recrudescit), ita qui volet abicere desideria omnium rerum quarum cupiditate flagrabat, et oculos et aures ab hiis que reliquit avertat. Cito rebellat affectus; occupationes suas aspiciet. Nullum sine auctore lucro malum est. Avaricia pecuniam promittit, luxuria multas ac varias voluptates, ambitio purpuram et plausum et ob hoc potentiam et quicquid potentia facit. Mercede te vicia sollicitant. Hic tibi gratis vivendum est. Vix effici toto seculo potest ut vicia tam longa licentia tumida subigantur et iugum accipiant, nedum si tam breve tempus intervallis discidimus. Unamquamlibet rem vix ad perfectum perducit assidua vigilia et intentio. Si me quidem velis audire, hoc meditare et exerce, ut mortem excipias, et si ita res suadebit, accersas. Interest nichil, illa ad nos veniat an ad illam nos. Illud imperitissimi cuiuslibet verbum falsum esse tibi ipse persuade: bella res est mori sua morte. Illud preterea tecum licet cogites: nemo nisi suo die moritur. Nichil perdes ex tuo tempore; nam quod relinquis alienum est.

Liber decimus. Quod immature mortis stulta querela sit, et sera mors quando preoccupanda sit, quando differenda.

Post longum intervallum Pompeios tuos vidi. In conspectum adolescentie mee reductus sum. Quicquid illic iuvenis feceram videbar michi facere adhuc posse et paulo ante fecisse. Prenavigavimus, Lucili, vitam, et quemadmodum in mari, ut ait Virgilius, terreque urbesque recedunt, sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde quicquid est illud inter iuvenem et senem medium, in utriusque confiniis positum, deinde ipsius senectutis optimos annos; novissime incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum illud esse putamus nos dementissimi; portus est aliquando petendus

nunquam recusandus in quem si quis intra primos annos delatus est non magis queri debet quam qui cito navigavit. Alios enim ut scis venti segnes ludunt ac detinent et tranquillitatis lentissime tedio lassant. Alios pertinax flatus celerrime perfert. Idem evenire nobis puta. Alios vita velocissime adduxit quo veniendum erat etiam cunctantibus. Alios maceravit vita et coxit que ut scis non semper retinenda est. Non enim vivere bonum est sed bene vivere. Itaque sapiens vivit quantum debet et non quantum potest. Videbit ubi victurus sit cum quibus quomodo quid acturus sit. Cogitat semper qualis vita non quanta sit. Si multa occurrunt et molesta et tranquillitatem turbantia emittit se. Nec hoc tantum in necessitate ultima facit sed cum primum illi cepit suspecta esse fortuna diligenter circumspicit numquid illo desinendum sit. Nichil existimat sua referre faciat finem an accipiat tardius fiat an citius. Non tamquam de magno detrimento timet. Nemo multum ex stillicidio potest perdere. Citius mori aut tardius ad rem non pertinet. Bene mori aut male ad rem pertinet. Bene autem mori est effugere male vivendi periculum. Itaque effeminatissimam vocem illius Rhodii existimo qui cum in caveam coniectus esset a tyranno et tamquam ferum aliquod animal aleretur suadenti cuidam ut abstineret cibo. Omnia inquit homini dum vivit speranda sunt vel spernenda. Ut sit verum hoc. Non omni pretio vita emenda est. Quedam licet magna licet certa sint tamen ad illa turpi infirmitatis confessione non veniam. Ego cogitem in eo qui vivit omnia posse fortunam potius quam cogitem in eo qui scit mori nichil posse fortunam. Aliquando tamen etiam si certa mors instabit destinatum sibi supplicium sciet non commodabit pene sue manum. Stultitia est timore mortis mori. Venit qui occidat expecta. Quid occupas? Quare suscipis aliene procurationem crudelitatis. Invidia est utrum invides carnifici tuo an parcis. Socrates potuit abstinentia finire vitam et inedia potius quam veneno mori. Triginta tamen dies in carcere et in expectatione mortis exegit. Hoc non eo animo tamquam omnia fieri possent tamquam multas spes tam longum tempus reciperet sed ut preberet se legibus ut fruendum amicis extremum Socratem daret.

Rodii

Quid erat stultius quam mortem contempnere venenum timere. Scribonia gravis femina amita Drusi Libonis fuit adolescentis tam stolidi quam nobilis maiora sperantis quam illo seculo quisquam sperare poterat. Cum ipse ille iam eger a senatu in lectica relatus esset non sane frequentibus exequiis. Omnes enim necessarii deseruerant impie iam non reum sed funus. Habere cepit consilium utrum conscisceret mortem an expectaret. Cui Scribonia quid te inquit delectat alienum negotium agere. Non persuasit illi. Ille manus sibi attulit nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio si vivit alienum negotium agit. Non possis itaque de hac re in universum pronuntiare cum mortem vis externa denuntiat occupanda sit an expectanda. Multa enim sunt que in utramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento altera simplex et facilis est. Quid ni huic inicienda sit manus. Quemadmodum navem eligam navigaturus et domum habitaturus e vita. Preterea quemadmodum non utique melior longior est vita sic peior est mors utique longior. In nulla re magis quam in morte morem animo gerere debemus. Exeat qua impetum cepit sive ferrum appetit sive laqueum sive aliquam potionem venas occupantem pergat et vincula servitutis abrumpat. Vitam et aliis approbare quisque debet mortem sibi. Optima est que placet. Stulte hec cogitantur. Aliquis dicit me parum fortiter fecisse aliquis nimis temere aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius. Vis tu cogitare id in manibus esse consilium ad quod fama non pertinet. Hoc unum intuere ut te fortune quam celerrime eripias. Alioquin aderunt qui de facto tuo male existiment. Invenies etiam professos sapientiam qui vim afferendam vite sue negent et nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri. Expectandum esse exitum quem natura decrevit. Hoc qui dicit non videt se libertatis viam cludere. Nichil melius eterna lex fecit quam quod unum introitum nobis ad vitam dedit exitus multos. Ego expectem vel morbi crudelitatem vel hominis cum possim per media exire tormenta et adversa discutere. Hoc est unum cur de vita

De Scribonia et filio eius

Non possumus queri neminem teneri bono
loco vitam humanam: sed quia nemo nisi suo vitio
miser est. Placet? vive. non placet? licet
eo reverti unde venisti. ut dolorem capitis
levares sanguinem sepe misisti. ad exte
nuandum corpus vena percutitur. Non opus
est vasto vulnere dividere precordia. scal
pello aperitur ad illam magnam libertatem
via et puncto securitas constat. Quid
ergo est quod nos facit pigros inertesque?
Nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex hoc
domicilio exeundum. Sic veteres inqui
linos indulgentia loci et consuetudo etiam
inter iniurias detinet. vis adversus
hoc corpus liber esse? tamquam migraturus
habita. Propone tibi quandoque hoc contu
bernio carendum. fortior eris ad necessitatem
exeundi. sed quemadmodum finis finis
veniet in mentem omnia sine fine con
cupiscentibus? Nullius rei meditatio
tam necessaria est. Alia enim fortasse exerce
in supervacuum. adversus paupertatem preparatus
est animus: permansere divitie. ad contemptum
nos doloris armavimus: numquam a nobis
exegit huius virtutis experimentum integri
et sani felicitas corporis. ut fortiter
amissorum desideria pateremur precepimus
nobis: omnes quos amabamus superstites
fortuna servavit. hoc unum rei usu exigat
dies veniet. Non est quod existimes
magnis tantum viris hoc robur fuisse
quo servitutis humane claustra perrumperent.
Non est quod iudices hoc fieri nisi a Ca
tone non posse qui quam ferro non emi
serat animam manu extraxit. tum vilissime
sortis homines ingenti impetu in tu
tum evaserunt. Cumque eis non mori
non licuisset nec ad arbitrium suum
instrumenta mortis eligere obvia queque ra
puerunt et que natura non erant noxia
vi sua tela fecerunt. Nuper in ludo
bestiariorum unus e Germanis cum
ad matutina spectacula pararetur
secessit ad exonerandum corpus: nullum
aliud ei dabatur sine custode secretum.
Ibi lignum quod ad emundanda obscena
adherente spongia positum erat totum in
gulam farsit et interclusis faucibus spiritum
elisit. hoc fuit morti contumeliam facere
ita prorsus parum munde et parum decenter.

Quid est stultius quam fastidiose mori?
virum fortem dignum cui fata darent electionem:
quam fortiter ille gladio usus esset, quam animose
in profundam se altitudinem maris aut
abscise rupis immisisset. Undique destitutus
invenit quemadmodum et mortem sibi de
beret et telum. ut scias ad moriendum
nichil aliud in mora esse quam velle. existimetur
de facto hominis acerrimi ut cuique visum
erit, dummodo hoc constet preferendam esse
spurcissimam mortem servituti mundissime.
Quoniam cepi sordidis exemplis uti per
severabo. plus enim a se quisque exiget
si viderit hanc rem etiam a contemptissimis
posse contempni. Catones Scipionesque
et alios quos audire cum admiratione
consuevimus supra imitationem positos pu
tamus. Iam ego istam virtutem habere per
multa exempla non tam in ludo bestiario
quam in ducibus belli civilis ostendam.
Cum adveheretur nuper inter custodias quidam
ad matutinum spectaculum missus et
tamquam somno premente nutaret caput
usque eo demisit donec radiis insereret
et tam diu in sedili suo tenuit donec
cervicem circumactu rote frangeret. eodem
vehiculo quo ad penam ferebatur effugit.
Nichil obstat erumpere et exire cupienti.
in aperto nos natura custodit. cui permittit
necessitas sua, circumspiciat exitum mollem.
cui ad manum plura sunt per que se
asserat, his delectum agat et qua po
tissimum liberetur consideret. cui diffi
cilis occasio est, proximam quamque pro optima
arripiat. sit licet inaudita, sit nova.
non deerit ad mortem ingenium cui non
defuerit animus. Vides quemadmodum extrema
quoque mancipia ubi illis stimulos
adegit dolor excitentur et intentissimas
custodias fallant. Ille vir magnus est
qui mortem sibi non tantum imperavit sed invenit.
Ex eodem tibi munere plura exempla
promisi. Secundo naumachie spectaculo
unus e barbaris lanceam quam in adversarios
acceperat totam iugulo suo mersit. Quare
inquit non omne tormentum omne ludibrium
iam dudum effugio? Quare ego mortem
armatus exspecto? tanto hoc speciosius
spectaculum fuit quanto honestius mori
discunt homines quam occidere. Quid ergo? quod
animi perditi noxiosique habent non habebunt

illi quos adversus hoc casus instruxit longa
meditatio et magistra rerum omnium ratio. Illa nos
docet fati varios esse accessus, finem eundem.
Nichil autem interesse unde incipiat quod
venit. Eadem illa ratio monet ut si licet
moriaris quemadmodum potes, et quicquid ob-
venerit ad vim faciendam tibi vim invadas.
Iniuriosum est rapto vivere, at contra
pulcherrimum mori rapto. Vale. De con-
silio ex summa vite captando. Quando
mors honesta res sit. De fortitudine
animi et profectu philosophie. Epistola

c. lj c. 2 Omni bene me de rebus singulis consulis,
oblitus vasto nos mari dividi.
Cum magna pars consilii sit in tempore, necesse
est evenire ut de quibusdam rebus tunc
ad te perferatur sententia mea cum iam contraria
potior est. Consilia enim rebus aptantur,
res nostre feruntur, ymmo volvuntur. Ergo consilium
nasci sub diem debet, et hoc quoque tardum est
nimis: sub manu, quod aiunt, nascatur.
Quemadmodum inveniatur ostendam. Quotiens
quid fugiendum sit aut quid petendum voles
scire, ad summum bonum et propositum totius
vite sue respice. Illi consentire debet quicquid
agimus. Non disponet singula nisi cui
iam vite sue summa proposita est. Nemo
quamvis paratos colores similitudinem reddet
nisi iam constat quid velit pingere. Ideo
peccamus quia de partibus vite omnes deliberamus,
de tota nemo deliberat. Scire debet quid
petat ille qui sagittam vult mittere, et tunc
dirigere ac moderari manu telum. Errant
consilia nostra quia non habent quo dirigantur.
Ignoranti quem portum petat nullus suus
ventus est. Necesse est multum in vita nostra
casus possit, quia vivimus casu. Quibusdam
evenit ut quedam scire se nesciant. Que-
admodum querimus sepe eos cum quibus stamus,
ita plerumque finem summi boni ignoramus
appositum. Nec multis verbis nec circuitu
longo quod sit summum bonum colliges. Digito
ut ita dicam demonstrandum est, nec in multa
spargendum est. Quid enim ad rem pertinet in
particulas illud diducere, cum possis dicere
summum bonum est quod honestum est. Cetera
falsa et adulterina sunt bona. Hoc si
persuaseris tibi et virtutem adamaveris, amare
enim parum est, quicquid tibi contigerit id tibi
qualecumque aliis videbitur faustum felixque
erit. Et torqueri, si modo iacueris ipso tor-
quente securior, egrotare, si non male
dixeris fortune, si non cesseris morbo.
Omnia denique que ceteris videntur mala

et mansuescent et in bonum abibunt si super
illa eminueris. Hoc liqueat nichil esse
bonum nisi honestum, et omnia incommoda suo iure
bona vocabuntur, que modo virtus honestaverit.
Multis videmur maiora promittere quam
recipit humana condicio, et non inmerito, ad corpus
enim respiciunt. Revertantur ad animum, iam hominem
deo metientur. Erige te, Lucili virorum optime,
et relinque istum ludum litterarium philosophorum qui
rem magnificentissimam ad sillabas vocant,
qui animum minuta docendo dimittunt
et conterunt. Fies similis illis qui invenerunt
ista, non qui docent et id agunt ut philosophia potius
difficilis quam magna videatur. Socrates qui
totam philosophiam revocavit ad mores et hanc
summam dixit sapientiam, bona malaque distin-
guere. Sequere inquit illos si quid apud te
habeo auctoritatis, ut sis beatus, et te alicui stultum
videri sine. Quisquis volet tibi contumeliam
faciat et iniuriam, tu tamen nichil patieris
si non tecum erit virtus. Si vis inquit beatus
esse, si fide bona vir bonus, sine contempnat
te aliquis. Hoc nemo prestabit nisi qui
omnia bona exequaverit, quia nec bonum sine
honesto est et honestum in omnibus par est. Quid
ergo nichil interest inter preturam Catonis et re-
pulsam? nichil interest utrum Pharsalica
acie Cato vincatur aut vincat? Hoc eius
est bonum quo victis partibus non potest vinci,
par erat illi bono quo victor rediret
in patriam et componeret pacem? Quid ni par
sit? eadem enim virtute et mala fortuna vincitur
et ordinatur bona. Virtus autem non potest vinci
aut maior fieri aut minor, unius stature est. Sed Cn.
Pompeius amittet exercitum, sed illud
pulcherrimum rei publice pretextum optimates
et prima acies Pompeianarum partium et
senatus ferens arma uno prelio pro-
fligabuntur, et tam magni ruina imperii
in totum dissiliet orbem: aliqua pars eius in
Egypto, aliqua in Affrica, aliqua in Hispa-
nia cadet. Ne hoc quidem misere rei publice
continget semel ruere. Omnia licet fiant: Iubam in
regno suo non locorum notitia adiuvet,
non popularium pro rege suo virtus obstina-
tissima, Uticensium quoque fides malis fracta
deficiat, et Scipionem in Affrica nominis sui fortuna
destituat: olim provisum est ne quid Cato
detrimenti caperet. Victus est tamen. Et hoc
numera inter repulsas Catonis: tam magno
animo feret sibi ad victoriam aliquid quam ad
preturam obstitisse. Quo die repulsus est lusit, qua
nocte periturus fuit legit. Eodem loco habuit

Socr.

Catho

Inertiam et vitam otiosam omnia que acciderant ferenda esse persuaserat sibi. Quid enim in illa mutatione rei publice fortiter equo patiebatur animo. Quid enim mutationis periculo exceptum est. Non terra non celum non totus hic rerum omnium contextus quamvis deo agente ducatur non semper tenebit hunc ordinem sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiciet. Certis eunt cuncta temporibus nasci debent crescere extingui. Quecumque supra nos videntur et quibus innixi atque impositi sumus veluti solidissimis carpentur ac desinent. Nulli non senectus sua est. Inequalibus ista spatiis eodem natura dimittit. Quicquid est non erit nec peribit sed resolvetur. Nobis solvi perire est. Proxima enim intuemur ad ulteriora non prospicit mens hebes et que se corpori addixerit. Alioquin fortius finem sui suorumque pateretur si speraret omnia illa sic in vitam mortemque per vices ire et composita dissolvi et dissoluta componi in hoc opere eternam artem cuncta temperantis dei verti. Itaque ut Cato cum evum animo percurrerit dicet. Omne humanum genus quodque est quodque erit morte damnatum est. Omnes que usquam rerum potiuntur urbes queque aliorum imperiorum magna sunt decora ubi fuerint aliquando queretur et vario exitii genere tollentur. Alias destruent bella alias desidia paxque ad inertiam versa consumet et magnis opibus exitiosa res luxus. Omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio abscondet aut in subitam cavernam considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo quare indigner aut doleam si exiguo momento publica fata precedo. Magnus animus deo pareat et quicquid lex universi iubet sine cunctatione patiatur. Aut in meliorem emittitur vitam lucidius tranquilliusque inter divina mansurus aut certe sine ullo futurus incommodo si nature remiscebitur et revertetur in totum. Non est ergo Catonis maius honesta vita quam mors honesta quoniam non intenditur virtus. Eandem esse dicebat Socrates veritatem et virtutem. Quomodo illa non crescit sic virtus quidem. Habet numeros suos plena est. Non est itaque quod mireris paria esse bona et que ex proposito sumenda sunt et que ita res tulit. Nam si hanc inequalitatem receperis ut fortiter torqueri in minoribus bonis numeres numerabis etiam in malis et infelicem Socratem dices in carcere infelicem Catonem vulnera sua animosius quam fecerat retractantem calamitosissimum omnium Regulum fidei penas etiam hostibus servate pendentem. Atqui nemo hoc dicere ne ex mollissimis quidem ausus est. Negant enim illum esse beatum sed tamen negant miserum. Achademici veteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur sed non ad perfectum nec ad plenum quod nullo modo potest recipi. Nisi beatus est in summo bono non est. Quod summum bonum est supra se gradum non habet si modo illi virtus inest si illam adversa non minuunt sed manet etiam comminuto corpore incolumis. Manet autem. Virtutem enim intelligo animosam et excelsam quam incitat quicquid infestat. Hunc animum quem sepe induunt generose indolis iuvenes quos alicuius honeste rei pulchritudo percussit ut omnia fortuita contemnant profecto sapientia infundet et tradet. Persuadebit unum bonum esse quod honestum. Hoc nec remitti nec intendi posse non magis quam regulam qua rectum probari solet flectes. Quicquid ex illa mutaveris iniuria est recti. Idem ergo de virtute dicemus et hec recta est flexuram non recipit rigidari quidem amplius intendi non potest. Hec de omnibus rebus iudicat de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri nec que ab illa fiunt alia aliis rectiora sunt. Huic enim necesse est respondeant ita paria sunt. Quid ergo inquit iacere in convivio et torqueri paria sunt. Hoc mirum videtur tibi illud licet magis admireris iacere in convivio malum est iacere in eculeo bonum est si illud turpiter hoc honeste fit. Bona ista aut mala non efficit materia sed virtus. Hec ubicumque apparuit omnia eiusdem mensure ac precii sunt. In oculos nunc mihi manus intendat ille qui omnium animum estimat ex suo quod dicam paria bona esse et eius qui triumphat et eius qui ante currum vehitur invictus animo et eius qui honeste iudicat quod dicam paria esse bona. Non putant enim fieri quicquid facere non possunt. Ex infirmitate sua ferunt sententiam de virtute. Quid miraris si uri vulnerari occidi alligari iuvat aliquando etiam libet. Luxurioso frugalitas pena est pigro supplicii loco labor est delicatus miseretur industrie desidioso studere torqueri est. Eodem modo hec ad que omnes imbecilles sumus ardua atque intolleranda credimus obliti quam multis tormentum sit vino carere aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura sed nos fluidi et enerves sumus. Magno animo de rebus magnis iudicandum est

Alioquin videbitur illarum vitium esse quod nostrum est. Sic quedam rectissima cum in aqua demissa sunt speciem curvi prefractique aspicientibus reddunt. Non tantum quid videas sed quemadmodum refert; animus noster ad conspicienda vera caligat. Da michi adolescentem incorruptum et ingenio vegetum: dicet fortunatiorem sibi videri qui omnia rerum adversarum onera rigida cervice sustollat, qui supra fortunam extat. Non mirum est in tranquillitate non concuti. Illud mirare, ibi extolli aliquem ubi omnes deprimuntur, ibi stare ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in aliis que adversa appellamus mali? Hoc ut opinor succidere mentem et incurvari et succumbere. Quorum nichil sapienti viro potest evenire; stat rectus sub quolibet pondere. Nulla illum res minorem facit; nichil illi eorum que ferenda sunt displicet. Nam quicquid cadere in hominem potest in se cecidisse non queritur; vires suas novit, scit se esse oneri ferendo. Non educo sapientem ex hominum numero nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submoveo. Memini ex duabus illum partibus esse compositum: altera est irrationalis, hec mordetur, uritur, dolet; altera rationalis, hec inconcussas opiniones habet, intrepida est et indomita. In hac positum est illud summum bonum hominis. Antequam impleatur incerta volutatio mentis est; cum vero perfectum est, immota illa stabilitas est. Itaque inchoatus et ad summa procedens cultor virtutis, etiam si appropinquat perfecto bono sed ei nondum summam manum imposuit, ibi interim cedit et remittet aliquid ex contentione mentis; nondum enim incerta transgressus est, nondum in lubrico stat. Beatus vero et virtutis exacte tunc se maxime amat cum fortissime expertus est, et metuenda ceteris, si alicuius honesti officii precia sunt, non tantum fert sed amplexatur, multoque audire mavult tanto melior quam tanto felicior. Venio nunc illo quo me vocat expectatio tua. Ne extra rerum naturam vagari virtus nostra videatur, et tremebit sapiens et dolebit et expallescet; hii enim omnes corporis sensus sunt. Ubi ergo calamitas, ubi illud malum verum est? Illud scilicet si ista animum detrahunt, si ad confessionem servitutis adducunt, si illi penitenciam sui faciunt. Sapiens quidem vincit virtute fortunam; at multi professi sapienciam levissimis nonnumquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrum vitium est quod a sapiente exigimus et a proficiente. Suadeo adhuc michi ista que laudo, nondum persuadeo; et si persuasissem, nondum tam parata haberem aut tam exercitata ut omnibus casibus occurrerent. Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi sepius macerata et recocta non perbibit, sic alias disciplinas ingenia cum accepere protinus prestant; hec nisi alte descendit et diu sedit et animum non coloravit sed infecit, nichil ex his que promiserat prestat. Cito hoc potest tradi et paucissimis verbis: unum bonum esse virtutem, nullum certe sine virtute, et ipsam virtutem in parte nostri meliore, id est rationali, positam. Quid erit hec virtus? Iudicium verum et immotum. Ab hoc enim impetus venient mentis, ab hoc omnis species que impetum movet redigetur. Ad hoc iudicium conveniens erit omnia que virtute contacta sunt et bona iudicare et inter se paria. Corporum autem bona corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona; his precium quidem erit aliquod, ceterum dignitas non erit; magnis inter se intervallis distabunt: alia minora, alia maiora erunt. Et ipsos sapientiam sectantibus magna discrimina esse fateamur necesse est: alius iam in tantum profecit ut contra fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter; cadunt enim nimio splendore prestricti; alius in tantum ut possit cum illa conferre vultum, nisi si iam pervenit ad summum et fiducie plenus est. Imperfecta necesse est labent et modo prodeant, modo sublabantur aut succidant; sublabentur autem nisi ire et niti perseveraverint; si quicquam ex studio et fideli intentione laxaverint, retro eundum est. Nemo profectum ibi invenit ubi reliquerat. Instemus itaque et perseveremus; plus quam profligavimus restat, sed magna pars est profectus velle proficere. Huius rei conscius michi sum: volo et mente tota volo. Te quoque instinctum esse et magno ad pulcherrima properare impetu video. Properemus; ita demum vita beneficium erit; alioquin mora est, et quidem turpis inter feda versantibus. Id agamus ut nostrum omne tempus sit. Non erit autem nisi prius nos nostri esse ceperimus. Quando continget contempnere utramque; nam quando continget omnibus oppressis affectibus et sub arbitrium suum adductis hanc vocem emittere: vici? Quem vincam queris? Non Persas nec extrema Medorum nec si quid ultra Dachas bellicosum iacet, sed avariciam, sed ambicionem, sed metum mortis, qui victores gentium vincit. Vale. Cu portunsib

occupationibus totaliter studio philo-
zophandum sit et quod solus sapiens
Quod queris a me sit perpetuum gaudium

e. 72
e. 73

Quod liquebat mi sic rem edidiceram ipse
sed diu non retemptaui memoriam
meam itaque non facile me sequitur quod
euenit libris situ coherentibus hoc eue-
nisse in sentio. Explicandus est animus
et quecumque apud illum sunt deposita
subinde excuti debent ut parata sint
quotiens usus exegerit. Ergo hoc differamus
differamus multum enim opere multum di-
ligentie poscit. Sed primum longiorem
eodem loco sperauero moram tunc istud
in manus sumam. Quedam enim sunt
que possis et in cisio scribere. quedam lectum
et otium et secretum desiderant. Nichilominus
his quoque occupatis diebus agatur ali-
quid et quidem totis. Numquam enim non succedent oc-
cupationes noue. serimus illas itaque ex una
exeunt plures. Deinde ipsi nobis dilatio-
nem damus. Cum hoc peregero toto animo incum-
bam et si hanc rem molestam composuero studio
me dabo. Non cum vacaveris philosophandum
est. omnia alia neglegenda ut huic assi-
deamus cui nullum tempus satis magnum est
etiam si a pueritia usque ad longissimos humani
eui terminos vita producitur. Non multum re-
fert utrum omittas philosophiam an inter-
mittas. Non enim ubi interrupta manet
sed eorum more que intenta dissiliunt
usque ad initia sua recurrit quod a
continuatione discessit. Resistendum
est occupationibus. nec explicande sed
submouende sunt. Tempus quidem nullum
parum est idoneum studio salutari
atque multi inter illa non student propter
que studendum est. Incidet aliquid quod
impediat. non quidem eum cuius animus
in omni negotio letus atque alacer est
Imperfectis adhuc interscinditur leticia
sapientis non contexitur gaudium nulla
causa rumpit nulla fortuna semper
et ubique tranquillus est non enim ex alieno
pendet nec fauorem fortune aut hominis
expectat. Domestica illi felicitas est
exiret ex animo si intraret ibi nascitur
aliquando extrinsecus quo admoneatur mor-
talitatis interuenit sed id leue et quod
summam cutem stringat. Aliquo inquam
incommodo afflatur maximum illud
bonum est fixum. Ita dico extrinsecus ali-
sunt incommoda velud in corpore interdum
robusto solidoque eruptiones quedam pusularum
et ulcuscula. nullum in alto malum est. Hoc
inquam interest inter consummate sapientie virum
et alium procedentis quod inter sanum et ex morbo
graui ac diutino emergentem cui sanitatis
loco est leuior accessio. hic nisi attendit
subinde grauatur et in eadem reuoluitur sapiens
recidere non potest ne incidere quidem amplius
Corpori ad tempus bona valitudo est quam
medicus etiam si reddidit non prestat.
sepe ad eundem qui aduocauerat excitatur
semel in totum sanatur. Dicam quomodo intelli-
gas sanum si se ipse contentus est si con-
fidit sibi si scit omnia vota mortalium omnia
beneficia que dantur petunturque nullum in
beata vita habere momentum. Nam cui aliquid
accedere potest id imperfectum est cui aliquid abscedere
id perpetuum non est. Cuius perpetua futura
leticia est is suo gaudeat. omnia quibus vulgus inhiat ultro
citroque fluunt nichil dat fortuna
mancipio. Sed hec quoque fortuita tunc de-
lectant cum illa ratio temperauit ac mis-
cuit. hec est que etiam externa commendet
quorum auidus usus ingratus est. So-
lebat Attalus hac ymagine uti. Vi-
disti aliquando canem missa a domino frusta panis
aut carnis aperto ore captantem. quicquid ex-
cepit protinus integrum deuorat et semper
ad spem venturi hiat. Idem euenit nobis
quicquid expectantibus fortuna proiecit
id sine ulla voluptate dimittimus statim
ad rapinam alterius erecti et attoniti. Hoc
sapienti non euenit plenus est etiam si
quid obuenit secure excipit ac reponit
leticia fruitur maxima continua sua. Habet
aliquis bonam voluntatem habet profectum
sed cui multum desit a summis hic deprimitur
alternis et extollitur ac modo ad celum eleuatur
modo defertur ad infima. Imperitis ac rudibus
nullus finis precipitationum est. in Epicureum
illud chaos decidunt inane sine termino est.
Eorum genus tercium eorum qui sapientie alludunt
quam non quidem contigerunt in conspectu
tamen et ut ita dicam sub ictu habent. hi non con-
cutiuntur ne defluunt quidem nondum in sicco
iam in portu sunt. Ergo cum tam magna
sint inter summos imosque discrimina cum
medios quoque sequatur fluctus suus sequatur
et ingens periculum ad deteriora redeundi
non debemus occupationibus indulgere
excludende sunt. si semel intrauerint in locum
suum alias substituent. Principiis illarum
obstemus melius non incipient quam desinent. Vale

Liber undecimus quod nulli debet esse gratiores principibus quam philosophie studentes. Et de excellentissima boni viri potentia

c. 12 c. 1 Errare mihi videntur qui estimant philosophie fideliter deditos contumaces esse ac refractarios et contemptores magistratuum aut regum eorum ne per quos publica administrantur. E contrario enim nulli adversus illos gratiores sunt. Nec inmerito: nullis enim plus prestant quam quibus frui tranquillo ocio licet. Itaque hii quibus ad propositum bene vivendi confert securitas publica necesse est auctorem huius boni ut parentem colant. Multo quidem magis quam illi inquieti et in medio positi qui multa principibus debent sed multa et imputant. Quibus numquam tam plene occurrere ulla liberalitas potest ut cupiditates eorum que crescunt dum implentur exsatiet. Quisquis autem de accipiendo cogitat obliti accepti sunt nec ullum habet malum cupiditas maius quam quod ingrata est. Adice nunc quod nemo eorum qui in re publica versantur quot vincat sed a quibus vincatur aspicit et illis non tam iocundum est multos post se videre quam grave aliquem ante se. Habet hoc vitium omnis ambitio: non respicit. Nec ambitio tantum instabilis est verum omnis cupiditas quia incipit semper a fine. At ille videtur sincerus ac purus qui reliquit et curiam et forum et omnem administrationem rei publice ut ad ampliora secederet. Diligit eos per quos hoc ei facere tuto licet, solusque illis gratuitum testimonium reddit et magnam rem nescientibus debet. Quemadmodum preceptores suos veneratur ac suscipit quorum beneficio invius exiit sicut sub quorum tutela positus exercet artes bonas. Verum quoque alios rex viribus suis protegit. Quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus se debere iudicat ex hiis qui eadem tranquillitate usi sunt qui plura et preciosiora illo mari vexit, animosius a mercatore quam a vectore solvitur votum, et ex ipsis mercatoribus effusius gratus est qui odores ac purpuras et auro pensanda portabat quam qui vilissima queque et saburre loco futura congesserat: sic huius pacis beneficium ad omnes pertinens altius ad eos pervenit qui ea bene utuntur. Multi

sunt enim ex togatis quibus pax operosior bello est. An idem existimas pro pace debere eos qui eam ebrietati aut libidini impendunt aut aliis vitiis que vel bello rumpenda sunt? Nisi forte tam iniquum putas esse sapientem ut nichil viritim se debere pro communibus bonis iudicet. Soli luneque plurimum debeo et non uni mihi oriuntur. Anni temporumque moderatori deo privatim obligatus sum quamvis nichil in meum honorem descripta sint. Sed stulta avaricia mortalium possessionem proprietatemque discernit nec quicquam suum credit esse quod publicum est. At ille sapiens nichil magis suum iudicat quam cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ista communia nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium efficit etiam quod ex minima portione commune est. Adice nunc quod vera et magna bona non sic dividuntur ut in singulos exiguum cadat: ad unumquemque tota perveniunt. E congiario tantum ferunt homines quantum in capita promissum est. Epulum ~~et visceratio~~ et visceratio et quicquid aliud manu capitur discedit in partes. At hec individua bona pax et libertas ita tam omnium tota quam singulorum sunt. Cogitat itaque per quem sibi horum usus fructusque contingat, per quem non ad arma illum nec ad servandas vigilias nec ad tuenda menia et multiplex belli tributum publica necessitas vocet, agitque gubernatori suo gratias. Hoc docet philosophia precipue bene debere beneficia, bene solvere. Interdum autem solucio est ipsa confessio. Fatebitur ergo multum se debere ei cuius administratione ac providentia contingit illi pingue ocium et arbitrium sui temporis et imperturbata publicis occupationibus quies. O Melibee, deus nobis hec ocia fecit. Namque erit ille mihi semper deus. Et si illa quoque ocia multum auctori suo debent quorum munus hoc maximum est: Ille meas errare boves ut cernis et ipsum ludere que vellem calamo permisit agresti, quanti estimamus hoc ocium quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico Lucili et te in celum compendiario voco. Solebat Sextius dicere Iovem non plus posse quam bonum virum. Plura Iupiter habet que prestet hominibus sed inter duos bonos non est melior qui locupletior, non magis quam inter duos quibus par sciencia regendi gubernaculum est meliorem dixeris cui maius speciosiusque navigium est. Iupiter quo antecedit

Virum bonum diutius bonus est. sapiens
nihilo se minoris estimat quod virtutes
eius spacio breviore clauduntur. Quemadmodum
ex duobus sapientibus qui senior decessit
non est beatior eo cuius intra pauciores
annos terminata virtus est sic deus non vincit
sapientem felicitate, etiam si vincit etate.
Non est virtus maior que longior. Iupiter
omnia habet. sed nempe aliis tradidit habenda
ad ipsum hic unus usus pertinet
quod utendi omnibus causa est. Sapiens
tam equo animo omnia apud alios videt contempnitque
quam Iupiter et hoc se magis suspicit
quod Iupiter uti illis non potest. sapiens non
Sext vult. Credamus itaque Sextio monstranti
pulcherrimum iter et clamanti hac itur
ad astra. hac secundum frugalitatem. hac
secundum temperantiam. hac per fortitudinem.
Non sunt dii fastidiosi non invidi admittunt
et ascendentibus manum porrigunt.
Miraris hominem ad deos ire. deus ad
homines venit immo quod est propius in homines
venit. nulla sine deo mens est bona. Semina
in corporibus humanis divina dispersa
sunt. que si bonus cultor excipit
similia origini prodeunt et paria hiis ex
quibus orta sunt surgunt. si malus
non aliter quam humus sterilis ac palustris
necat. ac deinde creat purgamenta
pro frugibus. Vale.

De inani metu ex quibus oriatur causis ac quibus purgatur remediis. Et quod ea que vulgus hic pro optimis bona non sunt contra quod opinione subicit cum solutione

e. lx
c. 2

Epistola tua delectavit me et marcentem excitavit. memoriam quoque
meam que iam mihi segnis ac lenta
est evocavit. Quidni tu mi Lucili maximum
putes instrumentum beate vite hanc persuasionem
unum bonum esse quod honestum est.
Nam qui alia bona iudicat in fortune
venit potestatem. alieni arbitrii fit. qui
omne bonum honesto circumscripsit intra se
felix est. Hic amissis liberis mestus
hic sollicitus egris hic turpibus et
aliqua passis infamia tristis. et illum
videbis alienae uxoris amore cruciari
illum sue. non deerit quem repulsa distorqueat.
Erunt quos ipse honor vexet. Illa vero
maxima est ex omni mortalium populo
turba miserorum quam expectatio mortis
exagitat undique impendens. Nichil enim
est unde non subeat. Ita quod ut in hostili
regione versantibus huc et illuc circumspiciendum
est et ad omnem strepitum circumagenda
cervix. nisi hic timor e pectore eiectus
est palpitantibus precordiis vivitur. Occurrent
acti in exilium et evoluti bonis. occurrent
quod genus egestatis gravissimum est in
divitiis inopes. occurrent similiave naufragiis
passi quos aut popularis ira aut invidia
perniciosum optimis telum inopinatos securosque
disiecit procelle more que in ipsa
sereni fiducia solet emergere aut fulminis
subiti ad cuius ictum etiam vicina tremuerunt.
Nam ut illic quisquis ab igne propior
stetit percussi similis obstupuit. sic in
his per aliquam vim accidentibus calamitas
unum opprimit ceteros metus
paremque passis tristitiam facit pati posse.
Omnium animos mala aliena ac repentina
sollicitant. Quemadmodum aves etiam
inanis funde sonus territat ita nos
non ad ictum tantum exagitamur sed ad crepitum.
Non potest ergo quisquam beatus esse qui huic se
opinioni credidit. Non enim beatum est nisi
quod intrepidum. inter suspecta male
vivitur. Quisquis se multum fortuitis
dedit ingentem sibi materiam perturbationis
et inexplicabilem fecit. Una hec via est
ad tuta vadenti et externa despicere
et honesto contentum esse. Nam qui aliud
virtute melius putat aut ullum preter illam bonum
ad hec que a fortuna sparguntur sinum expandit
et sollicitus missilia eius expectat.
Hanc enim imaginem animo tuo propone
ludos facere fortunam et in hunc mortalium
cetum honores divitias gratiam excutere
quorum alia inter diripientium manus
scissa sunt alia infida societate divisa
alia magno detrimento eorum in quos devenerant
prensa. ex quibus quedam
aliud agentibus inciderunt. quedam
quia nimis captabantur amissa et dum avide
rapiuntur expulsa sunt. Nulli vero etiam
cui rapina feliciter cessit gaudium rapti
duravit in posterum. Itaque prudentissimus
quisque cum primum induci videt munuscula
a theatro fugit et scit magno parva
constare. Nemo manum conserit cum
recedente nemo exeuntem ferit circa
premium rixa est. Idem in his evenit
que fortuna desuper iactat. estuamus miseri

distringimur. Voluptates hic cupimus manus
et illa respicimus nimis tarde mitti videntur
que cupiditates nostras irritant ad paucos
perventura exoptata omnibus ire obviam
cadentibus cupimus. Gaudemus nos nactos in
videntes quod aliquos spes vana delusit
vile preda magno aliquo incommodo
luimus aut fallimur. Secedamus itaque ab
istis ludis et demus raptoribus locum
illi spectent bona ista pendentia et
ipsi magis pendeant. Quicumque beatus
esse constituet unum esse bonum putet
quod honestum est. Nam si ullum aliud
existimat primum male de providencia
iudicat quod multa incommoda iustis viris
accidunt, et quia quicquid nobis dedit breve
est et exiguum si compares mundi tocius
evo. Ex hac deploracione nascitur ut
ingrati divinorum interpretes simus. Querimur
quod non semper quod et pauca nobis et incerta
et abitura contingant. Inde est quod nec vivere
nec mori volumus. Vite nos odium tenet
timor mortis. Natat omne consilium nichil
implet ulla felicitas. Causa autem
est quod non pervenimus ad illud bonum inmensum
insuperabile ubi necesse est resistat vo-
luntas nostra quia ultra summum non est locus.
Queris quare virtus nullo egeat? Presentibus
gaudet, non concupiscit absencia. Nichil
non illi magnum est quod satis. Ab hoc discede
iudicio non pietas constabit non fides. Multa
utraque prestare cupienti paciendum sunt
ex hiis que mala vocantur multa perit.
Fortitudo que periculum facere debet sui periculum
magnanimitas que non potest eminere nisi
omnia velut minuta contempsit quae pro
ingentibus vulgus optat perit gracia et relacio gracie,
si timetur labor, si quicquam preciosius fide
novimus, si non optima spectamus. Verum ut
ista bona non sint que vocantur aut homo
felicior est deo. Siquidem que parata
nobis sunt non habet in usu deus. Nec enim
libido ad illum nec epularum lauticia
nec opes nec quicquam ex hiis hominem la-
cientibus et vili voluptate ducentibus
pertinet. Ergo aut incredibile est deo bona
deesse aut hoc ipsum argumentum bona
non esse quod deo desunt. Adice quod multa
que bona videri volunt animalibus
quam homini plenius contingunt. Illa cibo
avidius utuntur, venere non eque fatigantur,
virium illis maior est et equabilior
firmitas. Sequitur ut multo feliciora sint

homine. Illa sine nequicia, sine fraudibus degunt,
fruuntur voluptatibus quas et magis capiunt
sine ullo pudoris aut penitencie metu. Con-
sidera tu itaque an bonum vocandum sit quo
deus ab homine vincatur. Summum bonum in ani-
mo contineamus; obsolescit si ab optima nostri parte
ad pessima transit et transfertur ad sensus qui
agiliores sunt animalibus mutis. Non est
summa felicitatis nostre in carne. Illa bona
ponenda sunt vera que racio dat solida
ac sempiterna, que cadere non possunt, ne decrescere
quidem ac minui. Cetera opinione bona
sunt et nomen habent commune cum veris,
proprietas quidem in illis boni non est.
Itaque commoda vocentur et ut nostra lingua
loquar producta. Ceterum sciamus mancipia
nostra esse non partes, et sint apud nos
sed meminerimus extra nos esse. Etiam si
apud nos sunt inter subiecta et humilia
numerentur propter que nemo se attollere debeat.
Quid enim stultius quam aliquem eo
sibi placere quod ipse non fecit? Omnia ista nobis
accedant non hereant ut si abducentur
sine ulla nostri laceracione discedant.
Utamur illis non gloriemur et utamur parce
tamquam depositis apud nos et abituris. Quisquis
illa sine racione possidet non diu tenuit.
Ipsa enim se felicitas nisi temperetur premit.
Si quis fugacissimis bonis credidit cito
deseritur et ut deseratur affligitur. Paucis
deponere felicitatem molliter licuit. Ceteri
cum hiis inter que eminuere labuntur et
illos degravant ipsa que extulerant.
Ideo adhibebitur prudencia que modum
illis ac parsimoniam imprimat. Siquidem
licencia opes suas precipitat atque urget
nec umquam immodica duraverunt nisi illa mo-
deratrix racio compescuit. Hoc multarum
tibi urbium ostendet eventus quarum
in ipso flore luxuriosa imperia corruerunt
ad usus casus muniendi sumus. Nullus
autem contra fortunam inexpugnabilis mu-
rus est. Intus instruamur. Si illa pars tuta
est pulsari homo potest, capi non. Quod sit instrumentum
hoc scire desideras? Nichil indignetur
sibi accidere sciatque illa ipsa quibus ledi
videtur ad conservacionem universi pertinere
et ex hiis esse que cursum mundi officiumque
consummant. Placeat homini quicquid deo
placuit; ob hoc ipsum se miretur et sua quod
non potest vinci quod mala ipsa sub se tenet
et quod racione qua valencius nichil est casum
dolorem et iniuriam subigit. Ama racionem.
Huius te amor contra durissima armabit. Feras

catulorum amor invenabilia impinget
feritas quoque et desultibus impetum prestat
indomitos. Simonilia non minus ingenua
cupido glorie in contemptum tam ferri quam ignium
misit. Species quedam atque umbra recti
in mortem voluntariam trudit. Quanto hiis
omnibus fortior ratio est, quanto constantior,
tanto vehementius per metus ipsos et pericula
exibit. Nichil agitis, inquit, sed negatis
unum esse aliquid honesto bonum. Non fa-
ciet vos hec munitio tutos a fortuna
et immunes. Dicitis enim bona esse liberos
pios et bene moratam patriam et parentes
bonos. Horum pericula non potest spectare
securus; perturbabit eum obsidio patrie,
liberorum mors, parentum servitus. Quid adversus
hos pro nobis respondere soleat ponam.
Deinde tunc adiciam quid preter ea videtur
putem. Alia condicio est in hiis que ablata
in locum suum aliquid incommodi substitu-
unt, tanquam bona valitudo viciata in
malam transfert, acies oculorum extincta
cecitate nos afficit, non tantum velocitas
perit poplitibus incisis sed debilitas
pro illa subit. Hic non est periculum
hiis que paulo ante retulimus. Quare
si amicum bonum amisi, non est mihi pro illo
perfidia patienda, nec si bonos liberos ex-
tuli, in illorum locum impietas succedit.
Deinde non amicorum illic aut liberorum
interitus sed corporum est; bonum autem uno
modo perit, si in malum transit, quod natura
non patitur, quia omnis virtus incorrupta est.
Deinde etiam si amicitia perierit, etiam si
probati iuventutes quoque voto patris liberi
est quod illorum expleat locum. Queris quid sit? Quod
quid illos quoque bonos fecerit, virtus. Hec
nichil vacare patitur; loca totum animum tenet,
desiderium omne tollit; sola satis est; omnium
bonorum vis et origo in ipsa est. Quid re-
fert an aqua decurrens intercipiatur
atque abeat, si fons ex quo fluxerit
salvus est? Non dices vitam iustiorem sa-
lvis liberis quam amissis nec ordinatiorem
nec prudentiorem nec honestiorem. Ergo
ne meliorem quidem. Non facit adiectio amicorum
sapientiorem, non facit stultiorem detractio;
ergo nec miseriorem aut beatiorem quidem.
Quam diu virtus salva fuerit, non senties quod abscesserit.
Quid ergo? non est beatior et amicorum et
liberorum turba succinctus? Summum enim

bonum nec infringit nec auget, in suo modo
permanet. Utcumque fortuna se gessit, sive illa
senectutem longam extendit sive citra senectutem
senectute finitus est, eadem mensura summi
boni est quamvis etatis diversa sit. Utrum maiorem
an minorem circulum scribas, ad spacium eius
pertinet, non ad formam; licet alter diu manserit,
alterum autem obduxeris et in eum in quo
scriptus est pulverem solveris, in eadem uterque
forma fuit. Quod rectum est, nec magnitudine
estimatur, nec numero nec tempore; non magis
produci quam contrahi potest. Honestam vitam ex centum
annorum numero in quantum voles corripe et
in unum diem coge: eque honesta est. Modo latius
virtus funditur, regna, urbes, provincias
temperat, fert leges, colit amicitias, inter
propinquos liberosque dispensat officia;
modo arto fine circumdatur paupertatis, exilii,
orbitatis; non tamen minor est si ex altiore
fastigio in privatum, ex regio in humilem
statum subducitur, ex publico et spacioso iure
in angustias domus vel anguli coit. Eque
magna est etiam si in se recessit undique
exclusa. Nichilominus enim magni spiritus
est et erecti, exacte prudentie, indeclina-
bilis iustitie. Ergo eque beata est. Beatum
enim illud uno loco positum est, in ipsa mente,
stabile, grande, tranquillum, quod sine
scientia divinorum humanorumque non potest effici.
Sequitur illud quod me responsurum dixi
bonum esse. Non affligitur sapiens liberorum
amissione, non amicorum. Eodem enim animo
fert illorum mortem quo suam exspectat. Non
magis hanc timet quam illam dolet. Virtus enim
convenientia constat; omnia opera eius cum ipsa
concordant et congruunt. Hec concordia perit
si animus, quem excelsum esse oportet, luctu
aut desiderio summittitur. Inhonesta est
omnis trepidatio et sollicitudo et in ullo
actu pigritia. Honestum enim securum,
expeditum est, interritum est, in procinctu stat.
Quid ergo? non aliquid perturbationi simile
patietur? Non et color eius mutabitur
et vultus agitabitur et artus refrigescent,
et quicquid aliud non ex imperio animi sed
inconsulto quodam nature impetu geritur?
Fateor. Sed manebit illi persuasio eadem,
nichil illorum malum esse nec dignum ad
quod mens sana deficiat. Omnia que facienda
erunt audacter faciet et prompte. Hoc
enim stultitie proprium quis dixerit ignave

et continuatur facie que faciat et alio corpus
impellere alio animum distrahit ut diutius
motus eius. Itaque illa ipsa quibus extollit
se mutat quod contempta est. Et ne illa quidem
quibus gloriatur libenter facit. Si vero aliquid
timet malum et praemandendum cognoscat
est nouissime urgetur et quamdiu nec patiatur
timet iam metu patitur. Quemadmodum
corporibus insignis languoris signa precedunt
quedam enim segnitia neruis est et sine la
bore ullo lassitudo et oscitatio et horror
membra percurrens. Sic infirmus animus multo
antequam opprimatur malis quatitur. presumit illa
et ante tempus cadit. Quid autem dementius
quam angi futuris nec se tormento reser
uare sed accersere sibi miserias et admo
uere quas optimum est differre si discutere
non possis. Vis scire futuris neminem debere
torqueri quicumque audierit post quinqua
gesimum annum supplicia non perturbatur
nisi si medium spatium transiluit et illud
seculum post futurum sollicitudini se inserit
eodem modo fit ut animos libenter egros et
captantes causas doloris ut uetera atque
oblitterata contristent et que futura sunt
absunt ne ulla sentiamus. Non est nisi
eo quod sentias dolor. Vale. Quod verba

philosophi nec accurata debent esse nisi
arida. Et de tribus generibus hominum
in philosophia proficientium

2 17 Minus tibi accuratas a me
t 3 epistolas mitti quereris. Quis enim
accurate loquitur nisi qui vult pu
tide loqui. Qualis sermo meus esset
si una sederemus aut ambularemus illaboratus
et facilis tales esse epistolas meas volo que
nichil habent accersitum nec fictum si fieri
posset. Quid sentiam ostendere quam loqui
mallem. Etiam si disputarem nec supploderem
pedem nec manus iactarem nec attollerem
vocem sed ista oratoribus reliquisse con
tentus sensus meos ad te pertulisse quos
nec exornasse nec abiecisse. Hoc unum
plane tibi approbare vellem omnia me illa
sentire que dicerem et non tantum sentire sed amare.
Aliter homines amicam aliter liberos osculantur
tamen in hoc quoque amplexu tam sancto et moderato
satis apparet affectus. Non me hercules
ieiuna esse et arida volo que de rebus
tam magnis dicentur. Neque enim philosophia inge
nio renuntiat. Multum tamen opere impendi

verbis non oportet. Hec sit propositi nostri summa
quod sentimus loquamur quod loquimur sentiamus
concordet sermo cum vita. Ille promissum suum
impleuit qui et cum videas illum et cum audias
idem est. Videbimus qualis sit quantus sit unus
sit. Non delectent verba nostra sed prosint.
Si tamen contingere eloquentia non sollicito potest
si aut parata est aut paruo constat assit et res pulcherrimas
prosequatur. Sit talis ut res potius quam se
ostendat. Alie artes ad ingenium tote perti
nent. Hic animi negotium agitur. Non querit
eger medicum loquentem sed si ita competit
ut idem ille qui sanare potest compte de hiis
que facienda sunt disserat boni consulet.
Non tamen erit quare gratuletur sibi quod inciderit
in medicum et disertum. Hoc enim tale est
quale si peritus gubernator etiam formosus
est. Quid ad aures meas ad (?) ... Curare
debes uerere (?) ... publicum tantum negotii
habes quantum in pestilentia medicus. Circa
verba occupatus es. Iamdudum gaude si
sufficis rebus. Quando multa disces. Si que
didiceris affigas tibi ita ut didiceris
affiges tibi ita ut excidere non possint quando
illa experieris. Non enim ut cetera memorie tradi
disse satis est. In opere temptanda sunt. Non
est beatus qui scit illa sed qui facit. Quid
ergo infra illum nulli gradus sunt
statim a sapientia preceps est. Non enim ut existimo.
Nam qui proficit in numero quidem stultorum
est sed magno interuallo ab illis diducitur.
Inter ipsos quoque proficientes sunt magna discri
mina. In tres classes ut quibusdam placet
quidam diuidunt. Primi sunt qui sapientiam
nondum habent sed iam in vicinia eius
constiterunt. Tamen etiam quod prope est extra
est. Qui sint hii queris. Qui omnes iam
affectus ac vitia posuerunt que erant
complectenda didicerunt sed illis adhuc
inexperta fiducia est. Bonum suum nondum
in usu habent. Iam tamen illa que fugerunt decidere
non possunt. Iam ibi sunt unde non retro
lapsus est sed hoc illis de se nondum liquet.
Quod in quadam epistola scripsisse me memini
scire se nesciunt. Iam contigit illis bono
suo frui nondum confidere. Quidam hoc pro
ficientium genus de quo loquimur sic ita
complectuntur ut illos dicant iam effugisse
morbos animi affectus nondum et adhuc
in lubrico stare quia nemo sit extra periculum
malitie nisi qui totam excussit. Nemo
autem illam excussit nisi qui pro illa sapientiam assumpsit

Quemadmodum in morbos animi intersit et affectus
sepe iam dixi nunc quoque te admoneo. Habi
sunt inveterata vitia et dura ut avari-
tia ut ambitio. Hec actus tuus animi
implicuerunt perpetua eius mala esse ce-
perunt. Et ut breviter finiam morbus est
iudicium in pravo pertinax tamquam valde
expetenda sint que leviter expetenda sunt
vel si mavis ita finiamus nimis imminere
leviter petendis aut in magno pretio habere
in aliquo habenda vel in nullo. Affectus sunt
motus animi improbabiles subiti et
concitati qui frequentes neglectique
fecere morbum sicut distillatio una nec
adhuc in morem adducta tussim facit
assidua et vetus tisim. Itaque qui plurimum
profecere extra morbos sunt affectus
adhuc sentiunt perfecto proximi. Secundum
genus est eorum qui et maxima animi mala
et affectus deposuerunt sed ita ut non sit
illis securitas sua certa possessio. Possunt
enim in eadem relabi. Tertium genus illud
est extra multa et magna vitia esse sed
non extra omnia. Effugit avaritiam
sed iram adhuc sentit. Iam non sollicitatur
libidine sed etiam non ambitione. Iam
non concupiscit sed adhuc timet. Et in ipso
metu ad quedam satis firmus est quibus-
dam cedit. Mortem contempnit dolorem
reformidat. De hoc aliquid cogitemus
bene nobiscum agetur si in hunc admittimur
numerum. Magna felicitate nature magnaque
et assidua intentione studiis secundus
occupatur gradus. Sed ne hic quidem contem-
pnendus color tertius. Cogita quantum
circa te videas malorum. Aspice quam nullum
sit nefas sine exemplo quantum quottidie
nequitia proficiat quantum publice privatim-
que peccetur. Intelliges satis nos consequi
si inter pessimos. Ego vero inquis spero
me posse et amplioris ordinis fieri. Opta-
verim hoc nobis magis quam promiserim. Pre-
occupati sumus ad virtutem contempnimus
inter vitia districti. Pudet dicere honesta
colimus quantum vacat. At quam grande pre-
mium expectat nos si occupationes
nostras et mala tenacissima abrumpimus
non cupiditas nos non timor pellet in-
agitati terroribus incorrupti volupta-
tibus nec mortem horrebimus nec deos.
Sciemus mortem malum non esse deos ma-
los non esse. Tam imbecillum quod nocet quam
cui nocetur optima in noxia carent. Expectant
nos si ex hac faece in illud evadimus
sublime et excelsum tranquillitas animi et
expulsis erroribus absoluta libertas.
Queris que sit ista. Non homines timere non
deos. Non turpia velle nec nimia. In se ipso
habere maximam potestatem. Inestimabile bonum
suum fieri. Vale. Quod sit etati senec-
tute discendum et quod proprium et verum
hominis bonum ratio tantum id est virtus est

Inimicitias mihi denuntias si quicquam ex e 16
hiis que quottidie facio igno- c. 9
raveris. Vide quam simpliciter tecum vi-
vam hoc quoque tibi committam. Philosophum
audio et quidem quintum diem iam habeo
ex quo in scolam eo et ab octava disputantem
audio. Bona inquis etate. Quidni bona.
Quid autem stultius quam quia diu non
didiceris non discere. Quid ergo idem faciam
quod trossuli et iuvenes. Bene mecum
agitur si hoc unum senectutem meam dedecet.
Omnis etatis homines hec scola admittit.
In hoc senescamus ut iuvenes sequamur.
In theatrum senex ibo et in circum deferar et
nullum par sine me depugnabit. Ad
philosophum ire erubescam. Tamdiu discendum
est quamdiu nescias et si proverbio credimus
quamdiu vivas. Nec ulli hoc rei magis
convenit quam huic. Tamdiu discendum quemad-
modum vivas quamdiu vivas. Ego tamen illic
aliquid et doceo. Queris quid doceam
etiam senem esse discendum. Pudet me at
generis humani quotiens scolam intravi.
Preter ipsum theatrum neapolitanorum ut
scis transeundum est Metronactis petenti
domum. Illud quidem fartum est et ingenti
studio quis sit pythaules bonus iudicatur.
Habet tubicen quoque grecus et preco concursum.
At illo loco in quo vir bonus queritur in quo
vir bonus discitur paucissimi sedent et
hii plerisque videntur nihil boni negotii
habere quod agant. Inepti et inertes vocantur.
Mihi contingat iste derisus. Equo animo
audienda sunt imperitorum convicia et ad
honesta vadenti contempnendus est ipse
contemptus. Perge Lucili et propera tibi ne
tibi accidat quod mihi ut senex discas
immo ideo magis propera quoniam id nunc
aggressus es quod perdiscere vix senex
possis. Quantum inquis proficiam. Quantum
temptaveris. Quid expectas. Nulli sapere casu

obtigit. pecunia veniet ultro. honor offeretur
gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi
virtus in te non incidat nec opera quidem le-
viter paruo labore cognoscitur. sed est tanti
laborare omnia bona semel occupaturo. Unum
est enim bonum quod honestum. In illis nichil
invenies veri. nichil certi. quecumque fame
placent. Quare hoc unum sit bonum quod
honestum dicam. quoniam parum me executum priore
epistola iudicas. magisque hanc rem tibi laudatam
quam probatam putas. Et in artum que dicta
sunt contraham. Omnia suo bono constant.
Vitem fertilitas commendat et sapor vinum. ve-
locitas cervum. Quam fortia dorso iumenta
sint queris. quorum hic unus est usus
sarcinam ferre. In cane sagacitas prima
est. si investigare debet feras. cursus
si consequi. audacia si mordere et invadere.
Id in quoque optimum esse debet cui nascitur
quo censetur. In homine optimum quid e(st)
ratio. hac antecedit animalia deos sequitur.
Ratio ergo perfecta proprium bonum est hominis
cetera illi cum animalibus satisque communia sunt
valet. et leones. formosus est. et pavones.
velox est. et equi. Non dico in his omnibus
vincitur. Non quero quod in se maximum habeat
sed quid suum. Corpus habet. et arbores.
habet impetum ac motum voluntarium
et bestie et vermes. habet vocem sed quanto
clariorem canes. et acutiorem aquile. gra-
viorem tauri. dulciorem molliorem quam lu-
scinii. Quid in homine proprium? ratio. hec
recta et consummata felicitatem hominis implet.
Ergo si omnis res cum bonum perfecit lau-
dabilis est et ad finem nature sue pervenit.
homini autem suum bonum ratio est. si hanc
perfecit laudabilis est et finem nature sue
tetigit. Hec ratio perfecta virtus vocatur. eademque
quam honestum est. Id itaque unum bonum est in
homine quod unum hominis est. Nunc enim non
querimus quid sit bonum. si nullum aliud
est hominis quam ratio. hec erit unum eius bonum
sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis
malus puto improbabitur. si bonus puto
probabitur. Id ergo in homine primum solumque
est. quo et probatur et improbatur. Non dubitas
an hoc sit bonum. dubitas an solum bonum
sit. Si quis omnia alia habeat valitudinem
divitias imagines multas frequens atrium
sed malus ex confesso sit improbabilis illum.
Item si quis nichil eorum que retuli
habeat deficiat pecunia. clientum turba nobilitate

et avorum proavorumque serie sed ex confesso bonus sit
probabilis illum. Ergo hoc unum est bonum
hominis. quod qui habet etiam si aliis destituitur
laudandus est. quod qui non habet in omnium aliorum
copia damnatur ac reicitur. Hec condicio
rerum eadem est hominum. Navis bona dicitur
non que pretiosis coloribus picta est. nec
cui argenteum aut aureum rostrum est. nec
cuius ebore tutela est. nec que fiscis atque
opibus regiis pressa est. sed stabilis et firma
et iuncturis aquam excludentibus spissa ad
ferendum incursum maris solida gubernaculo
parens velox et non sentiens ventum. Gladium
bonum dices non cui auratus balteus nec
cuius vagina gemmis distinguitur. sed cui
ad secandum subtilis acies est et mucro
munimentum omne rupturus. Regula non
quam formosa sed quam recta sit queritur. Et
quidque laudatur quod comparatur quod illi proprium
est. Ergo in homine quoque nichil ad rem pertinet
quantum aret quantum feneret a quam multis
salutetur quam pretioso incumbat lecto quam per-
lucido bibat poculo sed quam bonus sit.
Bonus autem est si ratio explicata et
recta est et ad nature sue voluntatem acco-
modata. Hec vocatur virtus. hec vocatur
virtus. hoc est honestum et unicum hominis
bonum. Nam cum sola ratio perficit hominem sola
ratio perfecta beatum facit. Hoc autem unum
bonum est quo uno beatus efficitur. Dicimus
et illa bona esse que a virtute profecta contractaque
sunt. id est opera eius omnia. sed ideo unum ipsa
bonum est. quia sine illa non est. Si omne bonum
in animo est quicquid illud confirmat extollit
amplificat bonum est. Validiorem autem animum
et excelsiorem et ampliorem facit virtus. Nam
cetera que cupiditates nostras irritant deprimunt
quoque animum et labefaciunt et cum videntur attollere
inflant ac multa vanitate deludunt. Ergo
unum id bonum est quo melior animus
efficitur. Omnes actiones totius vite honesti
ac turpis respectu operantur. Ad hec faciendi
et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit
hoc dicam. vir bonus quod honeste se facturum
putaverit faciet et sine pecunia si labo-
riosum erit faciet etiam si periculosum erit.
Rursus quod turpe erit non faciet etiam
si pecuniam afferat etc si voluptatem etiam
si potentiam ab aliquo honesto nulla re
deterrebitur. ad turpia nulla invitabitur.
Ergo si honestum utique secuturus est in omni
actu vite spectaturus est hec duo nec
aliud malum quam turpe. Si una et indepravata

Virtus et sola permanet tenor. Sum unum
est bonum virtus tamen iam attende si bonum posse
mutari omnibus perniciosum efficiat. Stultitia
ad sapientiam repit sapientia in stultitiam non
revolvitur. Dixi si forte meministi arduum
vulgus et formidata inconsulto impetu
plerosque calcasse. Inventus est qui flammis
imponeret manum cuius risum non interrum-
peret tortor qui in funere liberorum lacrimam
non mitteret qui morti non trepidus occurreret.
Amor ira cupiditas pericula depo-
poscerent. Quod potest brevis obstinatio animi
aliquo stimulo excitata quanto magis virtus
que non ex impetu nec subito sed equaliter
valet cui perpetuum robur est. Sequitur ut que ab
inconsultis sepe contemnuntur a sapientibus
semper ea nec bona nec mala sint. Unum
ergo bonum ipsa virtus est que inter hanc fortunam
et illam superba incedit cum magno utriusque
contemptu. Si hanc opinionem receperis aliquid
bonum esse preter honestum nulla non
virtus laborabit. Nulla enim poterit
obtineri quicquam si extra se respexerit. Quod si
est rationi repugnat ex qua virtutes sunt et
veritati que sine ratione non est. Quecumque
autem opinio veritati repugnat falsa est.
Verum autem concedas necesse est summe pietatis
erga deos esse. Itaque quicquid illi accidit
equo animo sustinebit. Sciet enim accidisse
ex lege divina qua universa procedunt.
Si hoc est unum illi bonum erit quod ho-
nestum. In hoc enim positum est et parere diis
nec excandescere debet ad subita nec
deplorare sortem suam sed patienter excipere
fatum et facere imperata. Si ullum aliud
est bonum quam honestum sequetur aviditas
vite. Aviditas rerum vitam instruentium quod
intollerabile et infinitum vagum. Solum
ergo bonum est honestum cui modus est.
Diximus futuram hominum feliciorem vitam
quam deorum si ea bona sunt quorum nullus
diis usus est tamquam pecunia honores. Adice
nunc quod si modo solute corporibus anime ma-
nent felicior illis status restat quam
dum versantur in corpore atqui si ista bona
sunt quibus per corpora utimur emissis erit
peius quod contra fidem est. Certum est
feliciores esse liberas universis datas clausis
et obsessis. Illud quoque dixeram si bona
sunt ea que ad hominem contingunt quam mutis
animalibus contingunt et muta animalia habent

beatam vitam acturam quod fieri nullo modo potest.
Omnia pro honesto patienda sunt quod
non erat faciendum si esset ullum aliud
bonum quam honestum. Hec quamvis latius ex-
secutus essem priore epistola constrinxi et
breviter percurri. Numquam autem non opinio
talis tibi videbitur vera nisi animum alleves
et teipsum interroges si res exegerit ut pro
patria moriaris et salutem omnium civium tua
redimas an porrecturus sis cervicem
non tamen patienter sed etiam libenter. Si hoc
facturus es nullum aliud bonum est. Omnia
enim relinquis ut hoc habeas. Vide quanta
vis honesti sit pro re publica morieris etiam
si statim hoc facturus eris cum scieris tibi
esse faciendum. Interdum ex re pulcherrima
magnum gaudium exiguo tempore ac brevi
capitur et quamvis fructus operis illius ad
defunctum exemptumque humanis rebus pertineat
ipsa tamen contemplatio futuri operis iuvat
et vir fortis ac iustus cum mortis sue pretia
ante se posuit libertatem patrie salutem omnium
pro quibus dependit animam in summa voluptate
est et periculo suo fruitur. Sed ille quoque cui
etiam hoc gaudium eripitur quod tractatio operis
maximi et ultimi non prestabit nihil cunctatus
desiliet in mortem facere recte pieque contentus.
Oppone etiam nunc illi multa que dehortentur
dic factum tuum matura sequetur oblivio et
parum grata existimatio civium respondebit.
Ista omnia extra opus meum sunt ergo
contemplor hoc esse honestum. Scio. Itaque
quocumque ducit ac vocat venio. Hoc ergo
bonum est quod non tantum perfectus animus sed
generosus quoque et indolis bone sentit. Cetera
levia sunt mutabilia. Ista que sollicite
possidentur etiam si favente fortuna in unum
congesta sunt dominis suis incubuerunt
gravia et illos semper premunt aliquando et
illidunt. Nemo ex istis quos purpuratos vides
felix est non magis quam ex illis quibus
sceptrum et clamidem in scena fabule assignant.
Cum presenti populo lati incesserunt et
coturnati sunt exeuntes excalceantur
et ad staturam suam redeunt. Nemo
istorum quos divitie honoresque in altiore
fastigio ponunt magnus est. Quare
ergo magnus videtur. Cum basi illum sua
metiris. Magnus pumilio licet in
monte constiterit. Colossus magnitudinem
suam servabit et si steterit in puteo. Hoc

laborandum rore sic nobis imponit quod ne-
minoris extimamus eo quod est sed adiacentibus
illi et ea quibus adornatus est Cumque
nolis veram hominis estimationem inire
et scire qualis sit nudum inspice ponat
patrimonium ponat honores et alia for-
tune mendacia corpus ipsum exuat
Animum intuere qualis quantusque sit et
non alieno sed suo magnus sit Si erectis
oculis gladios micantes videt si sit
sua nichil interesse utrum anima per iugulum
exeat beatum se notat Sed cum illi de-
nunciata sunt corporis tormenta et que
casu veniunt et que potentioris iniuria
si vincula et exilia et vanas humanarum
fortitudines intrepidus securus audit et
dicit nulla labor obiurgo non animum
fateor inope nave surgit omnia percepi
equo animo mecum ipse peregi Tu hodie
ista denuncias ego vero semper denunciavi
michi et hominem paravi ad humana perpeti
tanti mali mollis ictus venit Sed stulto
et fortune credentibus omnis videtur nova
rerum et inopinata facies Magna autem
pars est apud imperitos mali novitas
Hoc ut sciatis ea que putaverant aspera
fortius cum assuevere patiuntur Ideo sapiens
assuescit futuris malis et que alii diu
cogitando audiunt aliquid leves impe-
torum dictum Nesciebam hoc restare Sa-
piens scit omnia sibi restare Quicquid
factum dicit sciebam Vale. Liber xiii

Exemplis et rationibus docet non ti-
mendum de morte

Subito nobis hodie Alexandrine naves appa-
ruerunt que premitti solent
et nunciare secuture classis ad-
ventum quas thabellarias vocant Gra-
tus illarum Campanie aspectus est Omnis
in pilis puteolorum turba consistit
et corpore quidem velorum alexandrinas
quamvis in magna turba navium intellegit
Solis enim licet et siparum intendere
que in alto omnes habent naves Nulla enim
res eque adiuvat cursum quam summa
pars veli Illinc maxime navis urgetur
Itaque quotiens ventus increvit maior-
que est quam expedit Antenna summittitur
minus est virium flatus et humiles cum
intuere tempore et promunctorium capreas

alta procellosas speculatur vertice pallas
cetere vero primo velo iubentur esse contente
Si parum tibi Alexandrinarum insigne
tum inditum est In hoc omnium discursu
properantium ad litus magnam ex pigritia
mea sensi voluptate Quod epistolas
meorum accepturus non properavi scire
quis illic esset rerum mearum status
quid afferret olim iam nec perit quicquam
michi nec acquiritur. Hoc etiam si senex
non essem fuerat sentiendum nunc vero
multo magis quantulumcumque haberem tam
michi plus iam superesset viatici quam vie
presertim cum eam viam simus ingressi quam
peragere non est necesse Iter imperfectum erit
si in media parte aut citra petitum locum steteris
vita non est imperfecta si honesta est ubi-
cumque desines si bene desines tota est
Sepe autem et fortiter desinendum est et non
ex maximis causis Nam nec maxime
sunt que nos tenent Adolescens
quietus et cito senex morbo et non insana-
bili correptus sed longo et molesto et
multa imperante cepit deliberare de morte
convocavit quam plures amicos unusquisque
aut quia timidus erat vel illi suade-
bat quod sibi suasisset Amicus quem adu-
lator et blandus id consilium dabat quod
deliberanti gratum fore suspicabatur
Amicus noster stoicus homo egregius et
ut verbis illum quibus laudari dignus
est laudem vir fortis ac strenuus vi-
detur michi optime illum cohortatus Sic
enim cepit Noli mi Marcelline torqueri
tamquam de re magna deliberes Non est
res magna vivere omnes servi tui
vivunt omnia animalia magnum est
honeste mori prudenter fortiter Cogita
quam diu iam idem facias cibus somnus
libido per hunc circulum curritur Mori velle
non tantum prudens aut fortis aut mi-
ser etiam fastidiosus potest Non opus est
suasore illi sed adiutore Servi parere
nolebant primum detraxit illis metum
et indicavit tunc familiam periculum adire
nolebat cum incertum esset an mors
domini voluntaria esset alioquin tam mali
exempli esse occidere dominum quam prohibere
Deinde ipsum Marcellinum admonuit
non esse inhumanum quemadmodum cena
peracta vita aliquid porrigi qui totius

Vite iniustri fuissent. Erat Marcellinus
facilis animi et liberalis. etiam cum de suo
fieret comitas itaque summulas destri
buit flentibus servis illos ultro con
solatus est. Non fuit illi opus ferro
non sanguine. biduo abstinuit et in ipso
cubiculo poni tabernaculum iussit
sic solium deinde illatum est in quo diu
iacuit et calida subinde suffusa pau
latim defecit. ut aiebat non sine quadam
voluptate. quam afferre solet lenis dissolu
tio non experta nobis. in fabellam excessi non
ingratam tibi. Exitum enim amici tui
cognosces animi difficilem nec miserum
Quamvis enim mortem sibi consciverit tamen
mollissime excessit et vita elapsus est
Sed ne inutilis quidem hec fabella fuit
sepe enim talia exempla necessitas exigit
sepe debemus mori nec volumus. Nemo
tam imperitus est ut nesciat quandoque mo
riendum. tamen cum prope accessit tergiu
ersatur tremit plorat. Nonne tibi videbitur
stultissimus omnium qui flevit quod ante annos
mille non vixerat. eque stultus
qui flet quod post annos mille non vivet. Hec
paria sunt non eris nec fuisti. utrumque
tempus alienum est. In hoc punctum coniectus
es ut extendas quousque extenderis quid
fles quid optas. perdis operam. Desine
fata deum flecti sperare precando. rata
et fixa sunt et magna atque eterna necessitate
ducuntur. Eo ibis quo omnia eunt. Quid
tibi novum est. ad hanc legem natus es
hoc patri tuo accidit. hoc matri hoc
maioribus hoc omnibus ante te. hoc omnibus
post te. Series invicta et nulla muta
bilis ope illigavit ac trahit cuncta
Quantus te populus moriturorum
sequetur quantus comitabitur. Fortior ut
opinor esses si multa milia tibi com
morerentur atque multa milia hominum et
animalium hoc ipso momento quo tu mori
dubitas animam variis generibus emittunt
Tu autem non putabas te aliquando ad id
perventurum ad quod semper ibas. Nullum
sine exitu iter est. Exempla nunc
magnorum virorum me tibi iudicas
relaturum. puerorum referam. Lacon
ille memorie traditur impubes adhuc qui
captus clamabat. non serviam sua
illa dorica lingua et verbis fidem imposuit

ut primum iussus est fungi servili et con
tumelioso ministerio. afferre enim vas
obscenum iubebatur. illisum parieti caput
rupit. Tam prope libertas est et servit
aliquis. Ita non sic perire filium tuum malles
quam per inertiam senem fieri. Quid ergo est cur
perturberis si mori fortiter etiam puer
ile est. puta nolle te sequi. duceris.
Fac tui iuris quod alieni est. Non su
mes pueri spiritum ut dicas non servio
Infelix servis hominibus servis rebus
servis vite. Nam vita moriendi est servitus
Et quid habes propter quod expectes. vo
luptates ipsas que te morantur ac retinent
consumpsisti. nulla tibi nova est. nulla
non odiosa ipsa satietate. Quis sit vini
quis mulsi sapor scis. Nichil interest
centum per vesicam tuam an mille amphore
transeant. saccus es. Quid sapiat ostrea
quid mullus optime nosti. Nichil
tibi luxuria in futuros annos intactum
reservavit. atque hec sunt a quibus
invitus divelleris. Quid est aliud
quod tibi eripi doleas amicos an patriam
tanti enim illam putas ut tardius cenes
solem quem si posses extingueres. Quid
enim iniqua fecisti luce dignum. Confitere
non curie te non fori non ipsius rerum
nature desiderio tardiorem ad moriendum
fieri. Invitus relinquis macellum
in quo nichil reliquisti. Mortem times.
aut quo illam media boletatione con
temnis. Vivere vis. scis enim. Mori times.
quid porro. ista vita mors est. Cesar
cum illum transeunte per latinam viam unus
ex custodiarum agmine demissa usque
in pectus vetere barba rogaret mortem
nunc inquit vivis. Sed ego inquit vi
vere volo qui multa honeste facio
invitus relinquo officia vite quibus
fideliter et industrie fungor. Quid
tu nescis unum esse ex vite officiis
et mori. Nullum officium relinquis non
enim certus numerus quem debeas explere
finitur. Nulla vita est brevis. Nam si
ad naturam rerum respexeris etiam
Nestoris et Sattie brevis est que inscribi
monumento suo iussit annis se non
naginta novem vixisse. Vides aliquem
gloriari senectute longa. quis illam ferre

potuisset si totum isset ceteris inde impleret. Quomodo fabula sic vita non quam diu sed quam bene acta sit refert. Nichil ad rem pertinet quo loco desinas. Quocumque voles desine tantum bonam clausulam impone. Vale.

Quod multum ad bonam valitudinem amicorum presentia et mollis adiutatio prosint. De tribus incommodis infirmitatis et contra remedijs epistola

Uexari te destillationibus crebris ac febriculis que longas destillationes et in consuetudinem adductas sequuntur eo molestius mihi est quia expertus sum hoc genus valitudinis quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adolescentia iniurias ferre et se adversus morbos contumaciter gerere. Deinde succubui et eo perductus sum ut ipse distillarem ad summam maciem deductus. Sepe impetum cepi abrumpende vite: patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitavi enim non quam ego fortiter mori possem sed quam ille fortiter desiderare non posset. Itaque imperavi mihi ut viverem; aliquando enim et vivere fortiter facere est. Que mihi tunc fuerint solatio dicam si prius hoc dixero: hec ipsa quibus adquiescebam medicine vim habuisse; in remedium cedunt honesta solatia, et quicquid animum erexit etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt. Philosophie acceptum fero quod surrexi quod convalui; illi vitam debeo et nichil illi minus debeo. Multum autem mihi contulerunt ad bonam valitudinem et amici, quorum adhortationibus vigiliis sermonibus allevabar. Nichil eque, Lucili virorum optime, egrum reficit atque adiuvat quam amicorum affectus, nichil eque expectationem mortis ac metum subripit. Non iudicabam me, cum illos superstites relinquerem, mori. Putabam inquam me victurum non cum illis sed per illos; non effundere mihi spiritum videbar sed tradere. Hec mihi dederunt voluntatem adiuvandi me et patiendi omne tormentum; alioquin miserrimum est, cum animum moriendi proieceris, non habere vivendi. Ad hec ergo remedia te confer. Medicus tibi quantum ambules quantum exercearis monstrabit. Non indulgeas otio ad quod vergit iners valitudo; ut legas clarius et spiritum, cuius iter ac receptaculum laborat, exerceas; ut naviges et viscera molli iactatione concutias; quibus cibis utaris, vinum quando virium causa advoces, quando intermittas ne irritet et exasperet tussim. Ego illud precipio quod non tantum huius morbi sed totius vite remedium est: contempne mortem. Nichil triste est cum huius metum effugimus. Tria hec in omni morbo gravia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. De morte satis dictum est. Hoc unum dicam non morbi hunc esse sed nature metum. Multorum mortem distulit morbus et saluti illis fuit videri perire. Morieris non quia egrotas sed quia vivis; ista te res et sanatum manet; cum convalueris non mortem sed valitudinem effugies. Ad illud nunc proprium incommodum revertamur: magnos cruciatus habet morbus sed hos tollerabiles intervalla faciunt. Nam summi doloris intentio invenit finem. Nemo potest valde dolere et diu. Sic nos amantissima nostri natura disposuit ut dolorem aut tollerabilem aut brevem faceret. Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis partibus; nervi articulique et quicquid aliud exile est acerrime sevit cum in arto vitia concepit. Sed cito hee partes obstupescunt et ipso dolore sensum doloris amittunt, sive quia spiritus naturali prohibitus cursu et mutatus in peius vim suam qua viget admonetque nos perdit, sive quia corruptus humor cum desiit habere quo confluat ipse se elidit et hiis que nimis implevit excutit sensum. Sic podagra et chiragra et omnis vertebrarum dolor nervorumque interquiescit cum illa que torquebat hebetavit. Omnium istorum prima verminatio vexat, impetus mora extinguitur et finis dolendi est obtorpuisse. Dentium oculorum aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est quod inter angusta corporis nascitur, non minus mehercule quam capitis ipsius; sed si incitatior est in alienationem soporemque convertitur. Hoc itaque solatium vasti doloris est quod necesse est desinas illum sentire si nimis senseris. Illud est autem quod imperitos in vexatione corporis male habet: non assueverunt animo esse contenti; multum illis cum corpore fuit. Ideo vir magnus ac prudens animum diducit a corpore et multum cum meliore ac divina

Iste videtur tibi hac querula et fragili quidem
nature est. Sed molesta est magnis carere
assuetis voluptatibus abstinere cibo sitire
esurire. Hec prima abstinencie genera sunt
deinde cupiditatis languescit ipsis ipse
que cupimus fatigat ac deficientibus vult
morbosus est stomachus inde que sunt
avidus tibi preciosum desiderat ipsa mo
rietur. Non est autem acerbum carere eo quod
cupere desieris. Addit quod licet carere
voluntatum obsistere imminenti remediis
Addit quod nullus non intermittitur dolor
aut certe remittitur. Nullus enim non
signa permittit utique qui ex solito re
nertitur. Tollerabilis est morbi pa
ciencia si contempseris ac quod extremum
minatur. Noli mala tua facere tibi ipse
graviora et te querelis honerare. Le
vis est dolor si nichil illi opinio ad
iecerit. Contra si te exortari ceperis
ac dicere nichil est aut certe exiguum
est durensque iam desinet leve illud dum
putas facias. Omnia ex opinione suspensa
sunt. Non ambitio tantum ad illam respicit
et luxuria et avaricia ad opinionem dolemus
tamen ita miser est esse quod credidit. De tra
hendas preteritorum dolorum commemoraciones puto
et illa verba indecens sunt illius eiusmodi plurimus
quos cruciatus quanta pertuli mala
nemo me surrecturum putavit quociens
deploratus sum a meis quociens a medicis
relictus. In eculeo positi non sic cetera
guntur sed si sunt pera ista transierunt
Quid iuvat preteritos dolores retractare
et miserum esse quia fueris. Sed quod
nemo non multum malis suis addidit
et sibi ipse promittitur. Dum quod acer
bum sunt retulisse iocundum est. Naturale
est mali sui fine gaudere. Circumcidenda
ergo duo sunt et futuri timor et veteris
incommodi memoria hoc admodum iam non
pertinet. Illud nondum in rebus positus
difficultatibus dicat. Forsan et hoc olim
meminisse iuvabit toto contra illud pugnet
animo vincetur si cesserit vincet si se
contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc
plerique faciunt attrahunt in se ruinam
cui obsistendum est. Istud quod premit quod
impendet quod urget si subduxeris te
sequetur et premet. Si contra intenderis

steteris et obniti volueris repelletur. At
hic quantum plagarum ore quantum toto corpore
perpetitur. Feret tamen omne tormentum gloriae
cupiditate. Nec tantum quia pugnat ista patitur
sed ut pugnet. Excitato ista tormenta et
Nos vero evitandum omnia quorum premium
non corona nec palma est nec tibi tecum
predicatorem nominis nostri silencium faciens
sed virtus et firmitas animi et pax in ceterum
parta si semel in aliquo certamine debellata
fortuna est. Dolorem enim sentias. Quid
ergo non sentis si illum muliebriter tuleris.
Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus
sic omne fortuitum incommodum magis instat
cedenti et averso. Sed grave est. Quid
nos ad hoc fortes sumus ut levia portemus.
Utrum vis longum esse morbum an concitatum
et brevem. Si longus est habet intercapedinem
dat refectioni locum multum temporis donat
necesse est ut exsurgat et desinat. Brevis
morbus ac preceps alterum faciet aut
extinguetur aut extinguet. Quid autem
interest non sit an non sim in utroque finis
dolendi. Illud quoque proderit ad
alias cogitaciones avertere animum et a dolore
discedere. Cogita quid honeste quid fortiter
quid fortiter feceris. Bonas res tecum
ipse tracta memoria in ea que maxime
miratus es sparge. Tunc tibi quisquis
fortissimus et victor doloris occurrat ille
qui dum varices exsecandas preberet
legere librum perseveravit ille qui
non desiit ridere dum hoc ipsum irati
tortores per omnia instrumenta crudelitatis
exasperarent. Non vincetur dolor ratione
qui victus est risu. Quidlibet nunc
licet dicas distillaciones et vim continue
tussis egerentem viscerum partes et febrem precor
dia ipsa torrentem et sitim et artus in
diversum articulis exeuntibus tortos. Plus
est flamma et eculeus et lamina et
vulneribus ipsis intumescentibus quod
illa renovaret et altius urgeret impressum.
Inter hec tamen aliquis non gemuit parum
est rogavit parum est non respondit parum
est risit et quidem ex animo. Vis tu post
hoc dolorem deridere. Sed nichil inquis
agere sinit morbus qui me omnibus
abduxit officiis. Corpus tuum valitudo tenet
non et animum. Itaque cursoris morabitur pedes
sutoris aut fabri manus impediet.
Si animus tibi in usu esse solet suadebis

docebis audies disces queres recordaberis
Quid est quod nichil te pati credis sed quantum
exercitus est ostendes morbum posse superari
vel certe sustineri. Est michi crede virtuti
etiam in lectulo locus. Non tantum arma et
acies dant argumenta alacris animi
indomitique terroribus et in vestimentis vir
fortis habetur. Habes quod agas. bene luctari cum mor-
bo si nichil te coegerit si nichil ex-
oraverit insigne prodis exemplum
O quam magna erat glorie materia si spectaremur
egri. Ipse te expecta ipse te lauda. Preterea
duo sunt genera voluptatum. Corporales mor-
bus inhibet non tamen tollit ymo si verum
extimes incitat magis iuvat sitientem
gratior est esurienti cibus. Quidquid ex absti-
nencia contingit avidius excipitur. Illas
vero animi voluptates que maiores cer-
cioresque sunt nemo medicus egro
negat. Has quisquis sequitur et bene intelli-
git omnia sensuum blandimenta contempnit.
O infelicem egrum. Quare quia non vino nivem
diluit. quia non rigorem potacionis sue quam
capaci scipho miscuit renovat fracta
insuper glacie. quia non ostrea illi Lucrina
in ipsa mensa aperiuntur. quia non circa cenacionem
eius tumultus cocorum est ipsos cum opsoniis focos
transferencium. Hoc enim iam luxuria
commenta est ne quis intepescat cibus
ne quid iam palato iam calloso parum
ferveat cenam culina prosequitur. O infelicem
egrum edet quantum concoquat non iacebit in
conspectu aper ut vilis caro a mensa re-
gatus nec in repositorio eius pectora
avium totas enim videre fastidium est co-
gesta ponentur. Quid tibi mali factum est.
cenabis tamquam eger ymo aliquando tamquam
sanus. Sed omnia ista facile perferemus sor-
bitionem aquam calidam et quidquid intolera-
bile videtur delicatis et luxu fluentibus magisque
quam animo quam corpore morbidis tantum mori
desinamus horrere. Desinemus autem si
fines bonorum ac malorum cognoverimus.
Ita demum nec vita tedio erit nec
mors timori. Vitam enim occupare satietas
sui non potest tot res varias magnas divinas
percensentem. In odium illam sui adducere
solet inercie otium. Rerum naturam peragranti
numquam in fastidium veritas veniet. falsa
saciabunt. Rursus si mors accedit et vo-
cat licet immatura sit licet mediam
precidat etatem perceptus longissime fructus
est. Cognita est illi ex magna parte
natura. Scit tempore honesta non crescere. Hiis necesse
est omnem vitam brevem qui illam voluptatibus
vanis et ideo infinitis metiuntur.
His te cogitacionibus recrea et interim epistolis
notandis vacato. Veniet aliquod tempus quod iterum
nos iungat ac misceat. quantulumlibet
sit illud longum faciet sciencia utendi. Nam
ut Possidonius ait unus dies hominum — Possido
eruditorum plus patet quam imperitis lon-
gissima etas. Interim hoc tene hoc morde
adversis non succumbere letis non credere omnem
fortune licenciam in oculis habere tamquam quidquid
potest facere factura sit. Quidquid expectatum
est diu levius accedit. Vale.

De Scilla Caribdi et Ethna et qualiter de dubiis est quod licitum est et quis gloria sit

Expecto epistolas tuas quibus michi indices circuitus — e 19
Sicilie totius quid tibi novi — c.3
ostenderint et omnia de ipsa Caribdi
certiora. Nam Scillam saxum esse et quidem
non terribilem navigantibus optime
scio. Caribdis an respondeat fabulis
perscribi michi desidero et si forte observaveris
dignum est autem quod observes fac nos
certiores utrum uno tantum vento agatur in vertices
an omnis tempestas atque mare illud contor-
queat et an verum sit quidquid illo freti — Scilla
turbine arreptum est per multa milia
trahi conditum et circa Tauromitanum
litus emergere. Si hec michi perscripseris
tunc audebo tibi mandare ut in honorem
meum Ethnam quoque ascendas. Quam
consumi et sensim subsidere ex hoc colligunt
quidam quod aliquanto longius navigantibus sole-
bat ostendi. Potest hoc accidere non quia montis
altitudo descendit sed quia ignis evanuit
et minus vehemens ac largus effertur ob eandem
causam fumus quoque per diem segnior. Neutrum
autem incredibile est nec montem qui de-
voretur cottidie minui nec manere
eundem quia non ipse desit est sed in aliqua in-
ferna valle conceptus exestuat et aliis
pascitur in ipso monte non alimentum habet
sed viam. In Licia regio notissima est
Ephestion incole vocant foratum pluribus
locis solum quod sine ullo nascentium dampno
ignis innoxius circuit. Leta itaque regio
et herbida nichil flammis adurentibus
sed tantum vi remissa ac languida refulgen-
tibus. Sed reservemus ista tunc quesituri
cum tu michi scripseris quantum ab ipso ore montis

munus assint. quas ne estas quidem soluit
a deo tute sunt. alioquin vitiosum. Non est
autem quod ista arceat impetus. in morbo
tuo daturus eras et sine quidem man-
daret donec ethna describas in tuo
carmine. Nec hunc sollempnem omnibus
poetis locum attingas quem quominus O-
vidio tractare nichil obstitit. Quam
Virgilius impleverat. Ne severum
quidem cornelium uterque deterruit. Omnibus
preterea feliciter hic locus se dederat et
qui precesserant non preripuisse michi videntur
que dici poterant sed aperuisse. Sed
multum interest ad consumptam materiam an ad
subactam accedas. Crescit in dies et in-
venturis inventa non obstant. Condicio
optima est ultimi. parata verba invenit
que aliter instructa novam faciem habent.
Nec illis manus inicit tamquam alienis.
sunt enim publica. Iurisconsulti negant
quicquam publicum usu capi. aut te non
novi. aut ethna tibi salivam movet.
Iam cupis grande aliquid prioribus
scribere. plus est sperare modestia tibi
tua non permittit que tanta est in te ut
videaris michi retractaturus ingenii
tui vires si vincendi periculum sit. tanta
tibi priorum reverentia est. Inter cetera
hoc habet boni sapientia. nemo ab altero
potest vinci nisi cum ascenditur. Cum ad sum-
mum perveneris paria sunt. non est in-
cremento locus statur. Numquid sol mag-
nitudini sue adicit. numquid ultra quam
solet luna procedit. Maria non crescunt.
Mundus eundem habitum ac modum ser-
vat. Extollere se que iustam magnitudinem
implevere non possunt. Quicumque sapientes
fuerint pares erunt et equales. Habebit
unusquisque ex hiis proprias dotes. Alius
erit affabilior. alius expedicior. alius
promptior in eloquendo. alius facun-
dior. Illud de quo agitur quod facit
beatum equale in omnibus. an ethna tua
possit sublabi et in se ruere. an hoc excelsum
cacumen et conspicuum per vasti maris
spacia detrahat assidua vis ignium
nescio. virtutem non flamma non ruina
inferius adducit. hec una maiestas de-
primi nescit. nec proferri ultra nec
referri potest. sic huius ut celestium stata
magnitudo est. ad hanc nos conemur

educere. iam operis multum effectum est. immo si
verum fateri volo non multum. nec enim
bonitas est pessimis esse meliorem. Quis
oculis glorietur qui suspicit diem
cui sol per caliginem splendet. licet contentus (al' contemptus)
interim se effugisse tenebras. adhuc non
fruitur bono lucis. Tunc animus noster habebit
quod gratuletur sibi cum emissus hiis
tenebris in quibus volutatur non tenui
visu claram prospexerit sed totum admiserit
et redditus celo suo fuerit cum receperit locum
quem occupavit sorte nascendi. Sursum
illum vocant initia sua. erit autem illic
etiam antequam hac custodia exsolvatur cum
vicia disiecerit purus ac levis in
cogitationes divinas emicuerit. Hoc
nos agere lucili karissime. in hoc ire impetu
toto licet pauci sciant licet nemo iuvat.
gloria umbra virtutis est. etiam invitam comitabitur.
Sed quemadmodum umbra aliquando antecedit
aliquando sequitur vel a tergo est. ita gloria aliquando
est visenda et se prebet. aliquando in adverso
est maior quo serior ubi invidia secessit.
Quam diu videbatur furere Democritus.
vix recepit Socratem fama. Quam diu Ca-
tonem civitas ignoravit. respuit nec
intellexit nisi cum perdidit. Rutilii in-
nocentia ac virtus lateret nisi accepisset
iniuriam. dum violatur effulsit. Numquid non
sorti sue gratias egit et exilium suum com-
plexus est. De hiis loquor quos illustravit
fortuna dum vexat. Quam multorum profectus
in noticiam evasere post ipsos. quam multos
fama non excepit sed eruit. Vides Epy-
curum quam tanto opere non tantum eruditiores
sed hec etiam imperitorum turba miratur. hic
ignotus ipsis Athenis fuit circa quas
delituerat. Multis itaque iam annis Me-
trodoro suo superstes in quadam epistola sua
cum amiciciam suam et Metrodori grata
commemoracione cecinisset hoc novissime
adiecit nichil sibi et Metrodoro inter
bona tanta nocuisse quod ipsos illa nobilis
grecia non ignotos solum habuisset sed pe-
ne inauditos. Numquid ergo non postea quam
esse desierat inventus. numquid non opinio eius
emicuit. Hoc Metrodorus quoque in quadam
epistola confitetur. se et Epycurum non satis
enituisse. sed post se et Epycurum magnum
paratumque nomen habituros qui voluissent

ut per eadem vestigia. Nulla virtus latet et latuisse non ipsius damnum est: veniet qui conditam et seculi sui malignitate compressam dies publicet. Paucis natus est qui populum etatis sue cogitat. Multa annorum milia, multa populorum supervenient: ad illa respice. Etiam si omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit, venient qui sine offensa, sine gratia iudicent. Si quod est pretium virtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo: tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit. Nulli non virtus et vivo et mortuo retulit gratiam, si modo illam bona secutus est fide, si se non exornavit et pinxit, sed idem fuit, sive ex denuntiato videbatur sive imparatus ac subito. Nichil simulatio proficit. Paucis imponit leviter extrinsecus inducta facies: veritas in omnem partem sui eadem est. Que decipiunt nichil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris. Vale.

Liber XIII. De vertendo in philosophia ingenio et quod vera libertas contemptu mortis et paupertatis acquiritur.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachiam avocavit. Nemo irrumpet, nemo cogitationem meam impediet, que hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepabit subinde ostium, non allevabitur velum: licebit tuto vadere, quod magis necessarium est per se eunti et suam sequenti viam. Non ergo sequor priores? Facio, sed permitto mihi et invenire aliquid et mutare et relinquere. Non servio illis sed assentior. Magnum tamen verbum dixi, qui mihi silentium promittebam et sine interpellatore secretum: ecce ingens clamor ex stadio perfertur et me non excutit mihi sed in huius ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam imbecilles animo sint quorum lacertos humerosque miramur. Illud maxime revolvo mecum: si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis et sanguine suo madens diem ducat, quanto facilius animus corroborari possit ut fortune ictus invictus excipiat, ut proiectus, conculcatus exsurgat. Corpus enim multis eget rebus ut valeat; animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illis multo cibo, multa potione opus est, multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensa. Quicquid facere te potest bonum tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? Velle. Quid autem melius potes velle quam eripere te huic servituti que omnes premit, quam mancipia quoque condicionis extreme et in his sordibus nata omni modo exuere conantur? Peculium suum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant: tu non concupisces quanticumque ad libertatem pervenire, qui te in illa putas natum? *libertas* Quid ad archam tuam respicis? Emi non potest. Itaque in tabellas vanum coicitur nomen libertatis, quam nec qui emerunt habent nec qui vendiderunt: tibi des oportet istud bonum, a te petas. Libera te primum metu mortis (illa nobis iugum imponit), deinde metu paupertatis. Si vis scire quam nichil in illa mali sit, compara inter se pauperum et divitum vultus: sepius pauper et fidelius ridet; nulla sollicitudo in alto est; etiam si qua incidit cura, velut nubes levis transit. Horum qui felices vocantur hilaritas ficta est aut gravis et suppurata tristitia, eo quidem gravior quia interdum non licet palam esse miseros, sed inter erumnas cor ipsum exedentes necesse est agere felicem. Sepius hoc exemplo mihi utendum est, nec enim ullo efficacius exprimitur hic humane vite mimus, qui nobis partes quas male agamus assignat. Ille qui in scena latus incedit et hec resupinus dicit "en impero Argis; regna mihi liquit Pelops, qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari urgetur Isthmos", servus est, quinque modios accipit et quinque denarios. Ille qui superbus atque impotens et fiducia virium tumidus ait "quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides", diurnum accipit, in centunculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas quos supra capita hominum supraque turbam delicatos lectica suspendit: omnium istorum personata felicitas est. Contempnes illos si despoliaveris. Equum empturus solvi iubes stratum, detrahis vestimenta venalibus ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum estimas? Mangones quicquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt, itaque emptoribus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crus alligatum sive brachium aspexeris, nudari iubebis et ipsum tibi corpus

ostendi videbis illum fortiter sarmatie regem insignem capitis decorum. si vis illum estimare totumque scire qualis sit fascia solve multum mali sub illa latet. Quid de aliis loquar. si te ponderare voles sepone pecuniam domum dignitatem intus te ipse considera. non qualis sis aliis credas. vale.

Quod propter ingratitudinem non est a beneficiis cessandum. De compensacione iniurie et beneficii. Et quod nemo scit referre gratiam nisi sapiens. De longa gratitudine et ingratitudine malorum.

ep 81

Quereris incidisse te in hominem ingratum. sed hoc nunc primum age aut fortune aut diligencie tue gracias. sed nichil facere hoc loco diligencia potest nisi te malignum. Nam si hoc periculum vitare volueris non dabis beneficia ita ne aput illum pereant aput te peribunt. Non respondeant potius quam non et post malam segetem serendum est sepe quidquid perierat assidua infelicis soli sterilitate unius anni restituit ubertas. Non est tanti ut gratum invenias et ingratos experiri. Nemo habet tam certam in beneficiis manum ut non sepe fallatur. aberrent ut aliquando hereant. Post naufragium maria temptantur. feneratorem non fugat a foro coctor. cito inerti ocio vita torpebit. Si relinquendum est quidquid offendit te vero benigniorem hec ipsa res faciat. Nam cuius rei eventus incertus est id ut aliquando procedat sepe temptandum est. Sed de isto satis multa in hiis libris locuti sumus qui de beneficiis inscribuntur. Illud magis querendum videtur quod non satis ut existimo explicatum est. An is qui profuit nobis si postea nocuit paria fecerit et nos debito solverit. Adice si vis et illud multo plus postea nocuit quam ante profuerat. Si rectam illam rigidi iudicis sententiam queris alterum ab altero absolvet et dicet quamvis iniuria preponderet tamen beneficiis donetur. Ita quod ab iniuria superest plus nocuit sed prius profuit. Itaque habeatur et temporis racio. Iam illa manifestiora sunt quam ut admoneri debeas. querendum est quam libenter profuerit quam invitus nocuerit quoniam animo et beneficia et iniurie constat. Nolui beneficium dare victus sum aut verecundia aut instantis pertinacia aut spe. eo animo

quodcumque debetur quo datur. nec quantum sit nec a quali profectum voluntate perpenditur. Nunc coniectura tollatur et illud beneficium fuit et hoc quod modum prioris beneficii excessit iniuria est. Vir bonus utrosque calculos sic ponit ut se ipsum circumscribat. beneficio adicit iniurie detrahit. Alter ille remissior iudex quem esse malo iniurie oblivisci debebit officii meminisse. Hoc certe inquis iusticie convenit suum cuique reddere beneficio graciam iniurie talionem aut certe malam graciam. Verum istud erit cum alius iniuriam fecerit alius beneficium dederit. Nam si idem est beneficio vis iniurie extinguitur. Nam cui eciam si merita non antecessissent oportebat ignosci post beneficia ledenti plus quam venia debetur. Non pono utrique par precium pluris existimo beneficium quam iniuriam. Non omnes grati sciunt debere beneficium. Potest eciam imprudens et rudis et unus e turba utcumque dum prope est ab accepto ignorat autem quantum debeat. Uni sapienti notum est quanti res queque taxanda sit. Nam ille de quo loquebar modo stultus eciam si bone voluntatis sit aut minus quam debeat aut tempore aut quo non debet loco reddit. id quod referendum est effundit atque abicit. Mira in quibusdam rebus verborum proprietas est et consuetudo sermonis antiqui quedam efficacissimis et officia docentibus notis signat. Sic certe solemus loqui ille illi graciam retulit. Referre est ultro quod debeas afferre. Non dicimus graciam reddidit. Reddunt enim et qui reposcuntur et qui inviti et qui ubilibet et qui per alium. Non dicimus reposuit beneficium aut solvit. nullum nobis placuit quod eri alieno convenit verbum. Referre est ad eum a quo acceperis referre. hec vox significat voluntariam relacionem qui retulit ipse se appellavit. Sapiens omnia examinabit secum quantum acceperit a quo quando ubi quemadmodum. Itaque negamus quemquam graciam scire referre nisi sapientem non magis quam beneficium dare quisquam scit nisi sapiens. hic scilicet qui magis dato gaudet quam alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat que videmur inopinata omnibus dicere. Paradoxa greci vocant et ait nemo ergo scit preter sapientem referre graciam. quod ergo debet creditori

suo reponere quisquis fuit alius nec cum
aliqua re pariter debitorem persolvere nobis
fiat invidia. Dicto idem dicere. Signum
contradicimus tamen aiunt solum sapientem re-
ferre gratiam scire. Hoc modo idem admirantur
tamquam dictum solus sapiens scit amare, solus
sapiens amicus est. At qui amoris et
amicitie pars est referre gratiam, immo magis
hoc vulgare est et in plures cadit quam
vera amicitia. Hoc modo idem admirantur tamquam
dictum fidem nisi in sapiente non esse, tamquam
non ipse idem dicat. An tibi videtur fidem
habere qui referre gratiam nescit? Desinant
itaque infamare nos tamquam incredibilia
iactantes et sciant apud sapientem esse
ipsa honesta, apud vulgum simulacra
rerum honestarum et effigies. Nemo referre
gratiam scit nisi sapiens. Stultus quoque ut-
cumque scit et quemadmodum potest referat; scientia
illi potius quam voluntas desit: velle
non discitur. Sapiens inter se omnia compa-
rabit: maius enim aut minus fit quamvis
idem sit tempore loco causa. Sepe enim potuere
divitie in domum infuse quam oportune
dati mille denarii. Multum enim interest
donaveris an succurreris, servaverit illum
tua liberalitas an instruxerit. Sepe quod datur
exiguum est quod sequitur ex eo magnum.
Quantum autem existimas interesse utrum aliquis
quod donaret e suo sumpserit an
beneficium acceperit ut daret. Sed ne in
eadem que satis scrutati sumus revolvamur,
in hac comparatione beneficii et iniurie vir
bonus iudicabit quidem quod erit equissimum
sed beneficio favebit; in hanc erit pronior
partem. Plurimum autem momenti persona solet
afferre in rebus eiusmodi: dedisti mihi
beneficium in servo, iniuriam fecisti in patre;
servasti mihi filium, sed patrem abstulisti.
Alia deinceps per que procedit omnis collatio
persequetur, et si pusillum erit quod intersit
dissimulabit; etiam si multum fuerit, sed
si id donari salva pietate ac fide po-
terit, remittet, id est si ad ipsum tota pertinebit
iniuria. Summa rei hec est: facilis erit in
commutando, patietur plus imputari
sibi; invitus beneficium per compensationem iniurie
solvet. In hanc partem inclinabit,
huc vergit ut cupiat debere gratiam, cupiat
referre. Errat enim si quis beneficium
accipit libentius quam reddit. Quanto hilarior
est qui solvit quam qui mutuatur, tanto debet
letior esse qui se maximo ere alieno ac-
cepti beneficii exonerat quam qui cum maxime
obligatur. Nam et hoc quoque falluntur ingrati
quod creditori quidem preter sortem extra ordinem
numerant, beneficiorum autem usum esse gratuitum
putant; et illa crescunt mora; tanto plus
solvendum est quanto tardius. Ingratus est
qui beneficium reddit sine usura. Itaque
huius quoque rei habebitur ratio cum conferentur accepta
et expensa. Omnia facienda sunt ut quam
gratissimi simus. Nostrum enim hoc bonum est,
quemadmodum iustitia non est ut vulgo
creditur ad alios pertinens; magna pars eius in
se redit. Nemo non cum alteri prodest sibi
profuit. Non eo nomine dico quo volet
adiutus adiuvare, protectus defendere, quod
bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur
sicut mala exempla recidunt in auctores
nec ulla miseratio contingit hiis qui patiuntur
iniurias quas posse fieri faciendo docuerunt,
sed quod virtutum omnium pretium in ipsis est. Non
enim exercentur ad premium. Recti facti fecisse
merces est. Gratus sum non ut
alius mihi libentius prestet priore irritatus
exemplo, sed ut rem iocundissimam ac pulcherrimam
faciam. Gratus sum non quia
expedit sed quia iuvat. Hoc ut scias ita
esse, si gratum esse non licebit nisi ut videar
ingratus, si reddere beneficium non aliter quam
per speciem iniurie potero, equissimo animo ad
honestum consilium per mediam infamiam
tendam. Nemo mihi videtur pluris estimare
virtutem, nemo illi magis esse devotus quam
qui boni viri famam perdidit ne conscientiam
perderet. Itaque ut dixi maiore tuo
quam alterius bono gratus es. Illi enim vulgaris
et cotidiana res contigit recipere quod
dederat, tibi magna et ex beatissimo animi
statu profecta, gratum fuisse. Nam si prava
res miseros facit, virtus beatos, gratum
autem esse virtus est, rem usitatam reddidisti,
inestimabilem consecutus es, conscientiam
grati, que nisi in animum divinum fortunatumque
non pervenit. Contrario autem huic affectui
summa infelicitas urget. Nemo sibi
gratus est, miser erit. Non differo illum:
statim miser est. Itaque ingrati esse vitemus
non aliena causa sed nostra. Minimum ex
nequitia levissimumque ad alios redundat;
quod pessimum ex illa est et ut ita dicam
spississimum domi remanet et premit

habere et non reddere. Attalus noster dicere solebat
malitia ipsa maximam maximam partem
veneni sui bibit. Illud venenum quod
serpentes in alienam perniciem proferunt
sine sua continent. Non est huic simile
hoc habentibus pessimum est. Torquetur
ingratus se et macerat odit que accepit
quia redditurus est et extenuat iniurias
vero dilatat atque auget. Quid autem
eo miserius cui beneficia excidunt
herent iniurie. At contra sapientia exornat
omne beneficium ac sibi ipsa commendat
et se assidua eius commemoratione delectat.
Malis una voluptas est et hec brevis
dum accipiunt beneficia ex quibus sapienti
longum gaudium manet ac perenne. Non
enim illud accipere sed accepisse delectat
quod inmortale est et assiduum. Illa contempnit
quibus lesus est nec obli-
viscitur per negligenciam sed volens. Non
vertit omnia in peius nec querit cui
imputet casum et peccata hominum ad fortunam
potius refert. Non calumpniatur verba
nec vultus. Quicquid accidit benigne interpretando
levat. Non offense potius quam officii meminit
quantum potest in priore ac meliore se
memoria detinet. Nec mutat atque
ad usus bene meritos nisi multum ma-
lefactum precedit et manifestum etiam con-
tuenti discrimen est. Tunc quoque in hoc dum-
taxat ut talis sit post maiorem iniuriam
qualis ante beneficium. Nam cum beneficio
par est iniuria aliquid in animo benivolentie
remanet. Quemadmodum reus sententiis
paribus absolvitur et quicquid est dubium
est humanitas inclinat in melius sic
animus sapientis ubi paria maleficiis
merita sunt desinit quidem debere
sed non desinit velle debere et hoc facit
quod qui post tabulas novas solvunt.
Nemo autem gratus esse potest nisi con-
tempsit propter que vulgus insanit. Si
referre vis gratiam et in exilium eundum est
et effundendus sanguis et suscipienda
egestas et ipsa innocentia sepe maculanda
indignisque obicienda rumoribus.
Non parvo sibi constat homo gratus. Nichil
carius estimamus quam beneficium quamdiu
petimus nichil vilius cum accepimus.
Queris quid sit quod oblivionem nobis
acceptorum faciat. Cupiditas accipiendorum.
Cogitamus non quid impetratum sed quid petendum
sit. Abstrahunt a recto divitie honores

potentia et cetera que opinione nostra cara
sunt pretio suo vilia. Nescimus estimare
res de quibus non cum fama sed cum rerum
natura deliberandum est. Nichil habent
ista magnificum quo mentes nostras in se
trahant preter hoc quod mirari illa con-
suevimus. Non enim quia concupiscenda sunt
laudantur sed concupiscuntur quia laudata
sunt et cum singulorum error publicum
fecerit singulorum errorem facit publicus.
Sed quemadmodum illa credimus sic et hoc
eidem populo credamus nichil esse grato
animo honestius. Omnes hoc urbes omnes
etiam ex barbaris regionibus gentes con-
clamabunt in hoc malis bonisque conveniet.
Erunt qui voluptates laudent erunt qui
labores malint. Erunt qui maximum
dolorem malum dicant erunt qui ne malum
quidem appellent. Divitias aliquis ad summum
bonum admittet alius illas dicet malo
vite humane repertas nichil esse eo lo-
cupletius cui quod donet fortuna non
invenit. In tanta iudiciorum diversitate
referendam bene merentibus gratiam omnes
tibi uno quod aiunt ore affirmabunt.
In hoc tam discors turba consentiet. Cum
interim iniurias pro beneficiis reddimus
et prima causa est cur quis ingratus est
si satis gratus esse non potuit. Eo perductus est furor ut
periculosa res sit beneficia in aliquem (ex periculosissima)
magna conferre. Nam quia putat turpe
non reddere non vult esse cui reddat. Tibi
habe quod accepisti non repeto non
exigo profuisse tutum sit. Nullum est
odium perniciosius quam e beneficii violati
pudore. Vale. De inerti quiete vel
otio. Inducit de morte disputatores
qui licet speciem habeat mali non tamen
est bonum vel malum quam argumentatione
reprobat. Infert contra mortem non
verbis sed rebus pugnandum. Epistola

Desii iam de te esse sollicitus. Quem
inquis deorum sponsorem accepisti.
Eum scilicet qui neminem fallit animum
recti amatorem. In tuto pars tui melior
est. Potest fortuna tibi iniuriam facere. Quod
ad rem magis pertinet non timeo ne
tu facias tibi. I qua ire cepisti et in isto
te vite habitu compone placide non
molliter. Male mihi esse malo quam molliter.
Male nunc sic excipe quemadmodum a populo
solet dici dure aspere laboriose. Audi

plenus sic quo zelo

solebam sic quaerere vita laudari quibus
invidet mollem inivit. Hoc dicitur mollis
est paulatim enim effeminatur animus atque
in similitudinem otii sui et pigritiae in qua
iacet solvitur. Quid ergo? viro obrigescere
satius est? Deinde idem delicati timent
mori cum vitam suam similem facere non
timent. Multum interest inter otium et
conditivum. Quid ergo? inquis, non satius
est vel sic iacere quam in istis officiorum vorticibus
volutari? Utraque res detestabilis est
et contractio et torpor. Puto aeque qui in odoribus
iacet mortuus est quam qui rapitur
unco. Otium sine litteris mors est et hominis
vivi sepultura. Quid deinde prodest
secessisse tamquam in transmarina et nos solli-
citudinum causae prosequuntur? Quae latebra
est in qua non intrat metus mortis?
Quae tam emunita et in altum subducta
vitae quies quam non dolor territet?
Quocumque te abdideris mala humana circum-
strepunt. Multa extra sunt quae circueunt
nos ut aut fallant aut urgeant,
multa intus quae in media solitudine
exaestuant. Philosophia circumdata est inexpugnabilis
murus quem fortuna multis machinis
lacessitum non transit. In insuperabili loco stat
animus qui externa deserit et arte sua vin-
dicat. Infra illum omne telum cadit. Non
habet ut putamus fortuna longas manus;
neminem occupat nisi haerentem sibi. Itaque
quantum possumus ab illa resiliamus. Quod
sola praestabit sui naturaeque cognitio. Sciat
quo iturus sit, unde ortus, quod illi
bonum, quod illi malum sit. Quid petat,
quid evitet, quae sit illa ratio quae appe-
tenda ac fugienda discernat, qua cu-
piditatum mansuescit insania, timorum
saevitia compescitur. Haec quidem putant
ipsos etiam sine philosophia repressisse, sed cum se-
curos aliquis casus expertus est, exprimitur
sera confessio; magna verba excidunt cum
tortor poposcit manum, cum mors pro-
pius accessit. Possis illi dicere: facile pro-
vocabas mala absentia; ecce dolor quem
tolerabilem esse dicebas; ecce quam contra multa
animose locutus es. Sonant flagella, gla-
dius micat. Nunc animis opus est, Aenea,
nunc pectore firmo. Faciet autem illud
firmum assidua meditatio, si non verba
exercueris sed animum, si contra mortem
te praeparaveris, adversus quam non exhortabitur
nec attollet qui cavillationibus tibi
temptaverit persuadere mortem malum non esse.
Libet enim, Lucili virorum optime, ridere inep-
tias Graecas quas nondum quamvis mirer
excussi. Zenon noster hac collectione utitur: Zen
Nullum malum gloriosum est; mors autem
est gloriosa; mors ergo malum non est. Profecisti:
liberatus sum metu; post hoc non dubitabo
porrigere cervicem. Non vis severius loqui
nec morituro risum movere? Non me-
hercule facile tibi dixerim utrum ineptior
fuerit qui se hac interrogatione iudicavit
metum mortis extinguere, an qui hoc, tamquam
ad rem pertineret, conatus est solvere. Nam
et ipse interrogationem contrariam opposuit ex eo
natam quod mortem inter indifferentia ponimus quae
adiaphora Graeci vocant. Nihil inquit
indifferens gloriosum est. Credo tibi, credo tibi,
ita ut dicam nihil gloriosum esse nisi circa in-
differentia; tamquam indifferentia esse dico id est
nec bona nec mala, morbum, dolorem,
paupertatem, exilium, mortem. Nihil horum ipsum per se
gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur
enim non paupertas, ut quem non summisit, non dolor,
sed ille quem nihil coegit dolor. Nemo mortem
laudat sed eum cuius mortem ante abstulit
animus quam conturbaret. Omnia ista per se non
sunt honesta nec gloriosa, sed quicquid ex
illis virtus adiit tractavitque honestum
et gloriosum facit. Illa in medio posita
sunt. Interest utrum malitia illis an virtus
manum admoverit. Mors enim illa quae in Ca-
tone gloriosa est in Bruto statim turpis de Bruto
est et erubescenda. Hic est enim Brutus
qui cum periturus mortis moras quaereret
ad exonerandum ventrem secessit et evocatus
ad mortem iussusque praebere cervicem, praebeo
inquit, ita vivam. Quae dementia est fugere
cum retro ire non possis. Praebeo inquit,
ita vivam. Paene adiecit: vel sub Antonio.
O hominem dignum qui vitae dederetur. Sed ut
coeperam dicere, vides ipsam mortem nec ma-
lum esse nec bonum esse. Cato illa honestissime
usus est, turpissime Brutus. Omnis res quod non
habuit decus virtute addita sumit. Cubiculum
lucidum dicimus; hoc idem obscurissimum nocte;
dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic
istis quae a nobis indifferentia ac media dicuntur,
divitiis, viribus, formae, honoribus, regno,
et contra morti, exilio, malae valitudini,
doloribus quaeque alia aut minus aut magis
pertimuimus, aut malitia aut virtus dat boni

Vel mali non diversa pro nec calida ut
frigida est in servitute deiecta consuluit in
aqua ratione refrixisse. Mors honesta est
per illud quod honesta est, id est virtus et animus
externa contempnens. Est et horum quae
appellavimus media grande discrimen.
Non enim sic mors indifferens est quomodo utrum
capillos pares habeas. Mors inter illa est
que mala quidem non sunt, tamen habent mali
speciem: sui amor est et permanendi conservandique
se insita voluntas atque aspernatio dissolutionis,
quia videtur multa nobis bona eripere
et nos ex hac cui assuevimus rerum copia
educere. Illa quoque res morti nos alienat: quod
ha novimus, illa ad que transituri sumus
nescimus qualia sint, et horremus ignota.
Naturalis preterea tenebrarum metus est
in quas adductura mors creditur. Itaque
etiam si mors indifferens est, non tamen ea est
que facile negligi possit: magna exercitatione
durandus est animus ut conspectum
eius accessumque patiatur. Mors contempni
debet magis quam solet: multa enim de illa
credimus; multorum ingeniis certatum
est ad augendam eius infamiam; descriptus
est carcer infernus et perpetua nocte oppressa
regio, in qua ingens ianitor Orci ossa super
recubans antro semesa cruento eternum
latrans exsangues terreat umbras. Etiam
cum persuaseris istas fabulas esse nec
quicquam defunctis superesse quod timeant, subit
alius metus; eque enim timent ne apud
inferos sint quam ne nusquam. His adversantibus
que nobis offundit longa
persuasio, fortiter pati mortem quid non glo-
riosum sit et inter maxima opera mentis
humane? Que numquam ad virtutem exsurget si
mortem malum esse crediderit; exsurget
si putabit indifferens esse. Non recipit re-
rum natura ut aliquis magno animo
accedat ad id quod malum iudicat: pigre
veniet et cunctanter. Non est autem gloriosum quod
ab invito et tergiversante fit; nichil facit
virtus quia necesse est. Adice nunc quod nichil
honeste fit nisi cui totus animus incubuit
atque affuit, cui nulla parte sui repugnavit.
Ubi autem ad malum acceditur aut peiorum
metu aut spe bonorum aut pervenire devo-
rata unius mali patientia, dissident
inter se iudicia facientis: hinc est quod iubeat
proposita perficere, illinc quod retrahat et
ab re suspecta ac periculosa fugiat; igitur
in diversa distrahitur. Si hoc est, perit gloria.

Virtus enim concordi animo decreta peragit,
non timet quod facit. Tu ne cede malis,
sed contra audentior; si mala illa esse cre-
dideris. Eruendum est enim hoc pectore;
aliquin hesitabit impetum moratura
suspicio; trudetur in id quod invadendum est.
Nostri quidem videri nolunt Zenonis interro-
gationem veram esse, fallacem autem alteram
et falsam que illi opponitur. Ego non redigo
ista ad legem dyalecticam et ad illos veter-
nosissimi nodos: totum genus istud ex-
turbandum iudico quo circumscribi se qui inter-
rogatur existimat et ad confessionem perductus
aliud respondet, aliud putat. Pro veritate
simplicius agendum est, contra metum fortius.
Hec ipsa que volvuntur ab illis solvere
malim et expendere ut persuadeam, non ut
imponam. In aciem educturus exercitum
pro coniugibus ac liberis mortem obiturum
quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totum
rei publice bellum in unam transferentes domum.
Laconas tibi ostendo in ipsis Termopilarum
angustiis positos: nec victoriam sperant
nec reditum; ille locus illis sepulchrum
futurus est. Quemadmodum exhortaris
ut totius gentis ruinam obiectis cor-
poribus excipiant et vita potius quam loco
cedant? Dices: quod malum est gloriosum
non est; mors gloriosa est; mors ergo
non malum? O efficacem contionem! Quis post
hanc dubitet se infestis ingerere mu-
cronibus et stans mori? At ille Leoni-
das quam fortiter illos allocutus est: Sic,
inquit, commilitones, prandete tamquam apud
inferos cenaturi. Non in ore crevit cibus,
non hesit in faucibus, nec elapsus est
manibus: alacres illi et ad prandium
promiserunt et ad cenam. Quid dux ille
Romanus qui ad occupandum locum mi-
lites missos, cum per ingentem hostium exercitum
ituri essent, sic allocutus est: Ire, commili-
tones, illo necesse est unde redire non
est necesse. Vides quam simplex et imperiosa
virtus sit. Quem mortalium circumscriptiones
vestre fortiorem facere, quem erectiorem possunt?
Frangunt animum, qui numquam minus contrahendus
est et in minuta ac spinosa cogendus
quam cum aliquid grande componitur. Non trecentis,
sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi
debet. Quomodo illos doces malum non esse?
Quomodo opiniones totius evi, quibus protinus
infantia imbuitur, evincis? Quod auxilium
invenis? Quid dicis imbecillitati humane

qui dicit quod inflammat et media pugna torquet. Quomodo Hannibal Alpes superavit? Hec tamen tenendum adversus quendam ingenii viribus adnixa contra te persuasiones. Quam quamvis acutis verbis in captiosa interrogationes et interrogantium ingulas incito, agmina telis magica portenta ferunt. Serpentem illam in Africa serenam et Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt. Ne Pythio quidem vulnerabilis erat, cum ingens magnitudo pro vastitate corporis solida ferrum et quecumque humane torserant manus reiceret; molaribus demum fracta saxis est. Et adversus mortem tam minuta iacularis? Subula leonem excipis? Acuta sunt ista que dicis: nichil est acutius arista. Quedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit. Vale.

Liber xiiii^us De statu senectutis sue De eius frugali conversatione sua et de ebrietate primum aliorum deinde sua post s[illegible]

Singulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes. Bene de me iudicas si nichil in illis esse putas quod abscondam. Sic certe vivendum est tamquam in conspectu vivamus. Sic cogitandum tamquam aliquis in pectus intimum inspicere possit. Et quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? Nichil deo clusum est. Interest animis et cogitationibus mediis intervenit. Sic intervenit, dico, tamquam aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes, et quid agam et quo ordine libenter tibi scribam. Observabo me protinus et quod utilissimum est diem meum recognoscam. Hoc nos pessimos facit quod nemo vitam suam respicit. Quid facturi simus cogitamus, et consilium futuri ex preterito venit. Hodiernus dies solidus est; nemo ex illo quicquam michi eripuit. Totus inter stratum lectionemque divisus est. Minimum exercitationi corporis datum, et hoc nomine ago gratias senectuti: non magno michi constat; cum me movi, lassus sum. Hic autem est exercitationis etiam fortissimis finis. Progymnastas meos queris? Unus michi sufficit, Pharius, puer ut scis amabilis, sed mutabitur; iam aliquem teneriorem quero. Hic quidem ait nos eandem crisim habere, quia utrique dentes cadunt. Sed iam vix illum assequor currentem et intra paucissimos dies non potero. Vides quid exercitatio cotidiana proficiat. Cito magnum intervallum fit inter duos in diversum euntes. Eodem tempore ille ascendit, ego descendo, nec ignoras quanto ex hiis velocius alterum fiat. Mentitus sum; iam enim etas nostra non descendit sed cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit queris? Quod raro cursoribus evenit, hieran fecimus. Ab hac fatigatione magis quam exercitatione in frigidam descendi. Hoc apud me vocatur parum calida. Ille tantus psychrolutes, qui kalendis Ianuariis euripum salutabam, qui anno novo quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire, primum ad Tiberim transtuli castra, deinde ad hoc solium quod cum fortissimus sum et omnia bona fide fiunt, sol temperat: non multum michi ad balneum superest. Panis deinde siccus et sine mensa prandium, post quod non sunt lavande manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti: brevissimo somno utor et quasi interiungo. Satis est michi vigilare desisse. Aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor. Ecce circensium obstrepit clamor; subita aliqua et universa voce feriuntur aures mee, nec cogitationem meam excutiunt, ne interrumpunt quidem. Fremitum patientissime fero; multe voces et in unum confuse pro fluctu michi sunt aut vento silvam verberanti et ceteris sine intellectu sonantibus. Quid ergo est cui nunc animum adiecerim? Dicam. Superest ex hesterno michi cogitatio quidnam sibi voluerint prudentissimi viri qui rerum maximarum probationes levissimas et perplexas fecerunt, que ut sint vere, tamen mendacio similes sunt. Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon vir maximus, huius secte fortissime ac sanctissime conditor. Zenon
Audi ergo quemadmodum colligat virum bonum non futurum ebrium. Ebrio secretum sermonem nemo committit, viro autem bono committit; ergo vir bonus ebrius non erit. Quemadmodum opposita interrogatione simili derideatur attende. Satis enim est unam ponere ex multis. Dormienti nemo secretum sermonem committit, viro autem bono committit; vir ergo bonus non dormit. Quo uno modo potest Posidonius Zenonis nostri causam agit, sed ne sic quidem, ut existimo, agi potest. Posidonius
Ait enim ebrium duobus modis dici: altero cum aliquis vino gravis est et impos sui, altero si solet ebrius fieri et huic obnoxius vitio est. Hunc a Zenone dici qui soleat fieri ebrius, non qui sit. Huic autem neminem commissurum archana que vinum eloqui possit. Quod est falsum. Primum enim illa interrogatio complectitur eum qui ebrius est, non qui futurus est. Plurimum enim interesse concedes et inter ebrium et ebriosum. Potest et qui ebrius est nunc primum esse nec habere hoc vitium, et qui ebriosus est sepe extra ebrietatem esse. Itaque id intelligo quod significari verbo isto solet, presertim cum ab homine diligentiam professo ponatur et verba examinante. Adde nunc quod si hoc intellexit Zenon

nos intelligere noluit ambiguitate verborum quesivit locum fraudi. quod faciendum non est ubi veritas queritur. Sed sane hoc sensit quod sequitur falsum esse ei qui solet ebrius fieri non committi sermonem secretum. Cogita quam multis militibus non semper sobriis et imperator et tribunus et centurio tacenda mandaverit. De illa C. Cesaris cede, illius dico qui superato Pompeyo r. p. tenuit, tam creditum Tullio Tybro tam C. Cassio. Cassius tota vita aquam bibit. Tullius Tymber et nimius erat in vino et scordalus. In hanc rem locutus est et ipse: Ego inquit quemquam feram qui vinum ferre non possum? Sibi quisque nunc nominet eos quibus scit et vinum male credi et sermonem bene. Unum tamen exemplum quod occurrit mihi referam ne intercidat. Instruenda est enim vita exemplis illustribus, non semper confugiamus ad vetera. L. Piso urbis custos ebrius ex quo semel factus est fuit. Maiorem partem noctis in convivio exigebat, usque in horam sextam fere dormiebat. Hoc eius erat matutinum. Officium tamen suum quo tutela urbis continebatur diligentissime administravit. Huic et divus Augustus dedit secreta mandata cum illum preponeret Tracie quam perdomuit. Et Tiberius proficiscens in Campaniam cum multa in urbe et suspecta relinqueret et invisa. Puto quia bene illi cesserat Pisonis ebrietas postea Cossum fecit urbis prefectum, virum gravem moderatum sed mersum vino et madentem, adeo ut ex senatu aliquando in quem e convivio venerat oppressus inexcitabili sompno tolleretur. Huic tamen Tyberius multa sua manu scripsit que committenda ne ministris quidem suis iudicabat. Nullum Cosso aut privatum secretum aut publicum elapsum est. Itaque declamaciones istas de medio removeamus: Non est animus in sua potestate ebrietate devinctus. Quemadmodum musta dolia ipsa rumpunt et omne quod in imo iacet in summam partem vis caloris eiectat, sic vino exestuante quicquid in imo iacet abditum effertur et prodit in medium. Oppressi mero quemadmodum non continent cibum vino redundante ita ne secretum quidem; quod suum alienumque est pariter effundunt. Sed quamvis soleat accidere, et illud solet ut cum his quos sciamus libentius bibere de rebus necessariis deliberemus. Falsum ergo hoc quod patrocinii loco ponitur ei qui soleat ebrius fieri non dari tacitum. Quanto satius est

aperte accusare ebrietatem et vitia eius exponere que etiam intollerabilis homo vitaverit, nedum perfectus ac sapiens cui satis est sitim extinguere. Qui etiam si quando hilaritas aliena causa producta longius tamen citra ebrietatem resistit. Nam de illo videbimus an sapientis animus nimio vino turbetur et faciat ebriis solita. Interim si hoc colligere vis virum bonum non debere ebrium fieri cur syllogismis agis? Dic quam turpe sit plus sibi ingerere quam capiat et stomachi sui non nosse mensuram. Quam multa ebrii faciant quibus sobrii erubescant. Nichil aliud ebrietatem esse quam voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum: numquid de furore dubitabis? Nunc quoque non est minor sed brevior. Refer Alexandri Macedonis exemplum qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit et intellecto facinore mori voluit. Certe debuit. Omne vitium ebrietas et incendit et detegit. Obstantem malis conatibus verecundiam removet. Plures enim pudore peccandi quam bona voluntate prohibita abstinent. Ubi possedit animum nimia vis vini quicquid mali latebat emergit. Non facit ebrietas vitia sed protrahit. Tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat sed cupiditatibus suis quantum petierunt sine dilatione permittit. Tunc impudicus morbum profitetur ac publicat. Tunc petulans non linguam non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas sevo, malignitas livido. Omne vitium laxatur et prodit. Adice illam ignorantiam sui, dubia et parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta cum effervescit merum ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tollerabile dum illi vis sua est. Quid cum sompno vitiatur et que ebrietas fuit cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit. Hec multorum annorum pertinaci bello defensa menia patefecit. Hec contumacissimos et iugum recusantes in alienum egit arbitrium. Hec invictos acie mero domuit. Alexandrum cuius modo feci mentionem tot itinera tot prelia tot hiemes per quas victa temporum locorumque difficultate transierat tot

flumina ex ignoto cadentia tot maria tutum
dimiserunt intemperantia bibendi et ille Her-
culaneus ac fatalis scyphus condidit.
Que gloria est capere multum? Cum penes
te palma fuit et propinationes tuas strati
somno ac vomitantes recusaverunt,
cum superstes toti convivio fueris, cum omnes
viceris virtute magnifica et nemo vini
tam capax fuit, vinceris a dolio. Marcum
Antonium magnum virum et ingenii no-
bilis que alia res perdidit et in externos
mores ac vicia non romana traiecit
quam ebrietas? nec minor vino Cleopatre
amor. Hec illum rem hostem r. p. hec hostibus
suis inparem reddidit. Hec crudelem fecit
cum capita principum cenanti referrentur, cum
inter apparatissimas epulas luxusque
regales ora ac manus proscriptorum re-
cognosceret, cum vino gravis sitiret
tamen sanguinem. Intollerabile erat quod ebrius
fiebat cum hec faceret; quanto intollerabilius
quod hec in ipsa ebrietate faciebat. Fere vino-
lencia ebrietas sequitur. Violatur enim ac
exasperatur sanitas mentis. Quemadmodum difficiles
faciunt diutini morbi et ad minimam ra-
bidos offensione, ita ebrietas continua
efferat animos. Nam cum sepe apud se non sunt,
consuetudo insanie durata vicia vino con-
cepta etiam sine illo valent. Dic ergo quare
sapiens non debeat ebrius fieri; deformi-
tatem rei et importunitatem ostende rebus,
non verbis, quod facillimum est. Proba istas
que voluptates vocantur, ubi transcen-
derint modum, penas esse. Nam si illud
argumentaveris, sapientem multo vino
inebriari et retinere rectum tenorem etiam si
temulentus sit, licet colligas nec veneno
poto moriturum nec sopore sumpto dor-
miturum nec elleboro accepto quicquid
in visceribus habebit eiecturum deiecturumque.
Sed si temptantur pedes, lingua non constat,
quid est quare illum existimes in parte sobrium
esse, in parte ebrium? Vale. **De alter-
nitate lectionis et stili. Et quo
aliorum dicta per transformationem nostra facere
debemus.**

Itinera ista que segniciem
mihi excuciunt et valitudini mee pro-
desse iudico et studiis. Valitudini quo-
modo vides: cum pigrum me et negligentem
corporis litterarum amor faciat, aliena opera
exerceor. Studiis quare prosint indicabo:
a lectionibus recessi. Sunt autem ut existimo
necessarie: primum ne sim me uno contentus,
deinde ut cum ab aliis quesita cognovero
tum et de inventis iudicem et cogitem de inve-
niendis. Alit lectio ingenium et studio fatigatum
non sine studio tamen reficit. Nec scribere nec
tantum legere debemus: altera res contristabit
vires et exhauriet, de stilo dico, altera solvet
ac diluet. Invicem hoc commeandum et alterum
altero temperandum, ut quicquid lectione collectum
stilus redigat in corpus. Apes ut aiunt
debemus imitari, que vagantur et flores et
ad mel faciendum ydoneos carpunt, deinde
quicquid attulere disponunt ac per favos di-
gerunt, et ut Virgilius noster ait, liquentia
mella stipant et dulci distendunt nectare
cellas. De illis non satis constat utrum
ex floribus ducant quod protinus mel sit
an que collegerunt in hunc saporem mixtura
quadam et proprietate spiritus sui mutent. Qui-
busdam enim placet non faciendi mellis
scienciam esse illis sed colligendi. Aiunt inve-
niri apud yndos mel in arundinum foliis
quod aut ros illius celi aut ipsius arundinis
dulcis et pinguior gignat. In nostris quoque
herbis vim eandem sed minus manifestam
et notabilem poni, quam persequatur animal huic
rei genitum. Quidam existimant conditura
et dispositione in hanc qualitatem verti que ex
tenerrimis virentium florentiumque decerpserint,
non sine quodam, ut ita dicam, fermento, in
unum diversa coalescunt. Sed ne ad aliud
quam de quo agitur abducar, nos quoque has
apes debemus imitari et quecumque ex diversa
lectione congessimus separare, melius enim distincta
servantur, deinde adhibita ingenii nostri
cura et facultate in unum saporem varia illa
libamenta confundere, ut etiam si apparuerit
unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum
est appareat. Quod in corpore nostro videmus
sine ulla opera facere naturam: alimenta que
accepimus, quamdiu in sua qualitate perdurant
et solida innatant stomacho, onera sunt; at
cum ex eo quod erant mutata sunt, tunc demum
in vires et in sanguinem transeunt. Idem in his
quibus aluntur ingenia prestemus, ut quecumque
hausimus non patiamur integra esse, ne aliena
sint. Concoquamus illa; alioquin in memoriam ibunt,
non in ingenium. Assentiamur illis fideliter
et nostra faciamus, ut unum quiddam fiat ex multis,
sicut unus numerus fit ex singulis cum minores
summas et dissidentes computacio una com-
prehendit. Hoc faciat animus noster: omnia quibus
est adiutus abscondat, ipsum tantum ostendat
quod effecit. Etiam si cuius in te comparebit
similitudo quem admiracio tibi altius fixerit,
similem esse te volo quomodo filium, non quomodo ima-
ginem: ymago res mortua est. Quid ergo?
intelligetur cuius imiteris orationem, cuius sententias?
Puto aliquando nec intelligi quidem posse, si magni
viri ingenii omnibus que ex quo voluit ex-
emplari traxit formam suam impressit, et in
unitatem illa conspirent. Non vides quam multorum

Vocibus distinctis constat unus tamen ex omnibus redditur. Aliqua illic acuta est aliqua gravis aliqua media. Accedunt viris femine, interponuntur tibie; singulorum illic latent voces omnium apparent. De choro dico quem veteres philosophi noverunt. In commessationibus nostris plus cantorum est quam in theatris olim spectatorum fuit. Cum omnes vias ordo canentium implevit et cavea eneatoribus cincta est et ex pulpito omne tybiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. Talem animum nostrum esse volo, multe in illo artes, multa precepta sint, multarum etatum exempla sed in unum conspirata. Quomodo inquis hoc effici poterit? Assidua intentione, si nichil egerimus nisi ratione suadente. Hanc si audire volueris dicet tibi: Relinque ista iam dudum ad que discurritur. Relinque divitias aut periculum possidentium aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates, molliunt et enervant. Relinque ambitum, tumida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum, tam sollicita est ne quem ante se videat quam ne post se, laborat invidia et quidem duplici. Vides autem quam miser sit is si cui invidetur et invidet. Intueris illas potentum domos, illa rixa tumultuosa salutantium limina? Multum habent contumeliarum ut intres, plus cum intraveris. Preteri istos gradus divitum et magno adgestu suspensa vestibula; non in prerupto tantum istic stabis sed in lubrico. Huc potius ad sapientiam te dirige tranquillitatesque res eius et simul amplissimas pete. Quecumque videntur eminere in rebus humanis, quamvis pusilla sint et comparatione humillimorum extent, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis via est. At si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna submisit, omnia quidem sub te que pro excelsissimis habentur aspicies, sed tamen venies ad summa per planum. Vale.

De affectibus animi quos secundum peripateticos dicit sapientem temperare posse non vitare, secundum vero stoycos etiam vitare. Et de bene vite perfectione. 85

c 87
c 3

Pepercera tibi et quicquid nodosi adhuc supererat preterieram, contentus quasi gustum tibi dare eorum que a nostris dicuntur ut probetur virtus ad explendam beatam vitam sola satis efficax. Iubes me quicquid est aut interrogationum nostrarum aut ad traductionem nostram excogitatarum comprehendere; quod si facere voluero, non erit epistola sed liber. Illud totiens testor, hoc me argumentorum genere non delectari; pudet in aciem descendere pro diis hominibusque susceptam subula armatum. Qui prudens est et temperans est, et qui temperans est et constans; qui constans est imperturbatus est; qui imperturbatus est sine tristitia est; qui sine tristitia est beatus est; ergo prudens beatus est, et prudentia ad beatam vitam satis est. Huic collectioni hoc modo peripatetici quidam respondent, ut imperturbatum et constantem et sine tristitia sic interpretentur tamquam imperturbatus dicatur qui raro perturbatur et modice, non qui numquam. Item sine tristitia eum dici aiunt qui non est obnoxius tristitie nec frequens nimiusve in hoc vitio. Illud enim humanam naturam negare, alicuius animum immunem esse tristitia; sapientem non vinci merore, ceterum tangi; et cetera in hunc modum secte sue respondentia. Non his affectus tollunt sed temperant. Quantulum autem sapienti damus si imbecillissimis fortior est et mestissimis letior et effrenatissimis moderatior et humillimis maior? Quid si miretur velocitatem suam Ladas ad claudos debilesque respiciens? Illa se mirabitur que posset illa vel intacte segetis per summa volaret gramina nec cursu teneras lesisset aristas, vel mare per medium fluctu suspensa tumenti ferret iter celeres nec tingueret equore plantas. Hec est velocitas per se estimata, non que tardissimorum collatione laudatur. Quid si sanum voces leviter febricitantem? Non est bona valitudo mediocritas morbi. Sic inquit sapiens imperturbatus dicitur quomodo apyrina dicuntur non quibus nulla inest duritia granorum sed quibus minor. Falsum est. Non enim deminutionem malorum in bono viro intelligo sed vacationem; nulla debent esse, non parva; nam si ulla sunt crescent et interim impedient. Quomodo oculos maior et perfecta suffusio excecat, sic modica turbat. Si das aliquos affectus sapienti, impar illis erit ratio et velut torrente quodam auferetur, presertim cum illi non unum affectum des cum quo colluctetur sed omnes. Plus potest quamvis mediocrium turba quam posset unius magni violentia. Habet pecunie cupiditatem sed modicam; habet ambitionem sed non concitatam; habet iracundiam sed placabilem; habet inconstantiam sed minus vagam ac mobilem

habet libidinem non sanam. Melius tamen illo
ageretur qui vitium unum integrum habet
quam cum eo qui leviora quidem sed omnia.
Deinde nichil interest quam magnus sit affectus
quantuscumque est parere nescit consilium
non accipit. Quemadmodum rationi nullum
animal obtemperat non ferum non domesticum
et mite. Natura enim illorum est surda
suadenti sic non sequuntur non audiunt affectus
quantulicumque sunt. Tigres leonesque
numquam feritatem exuunt. Aliquando summittuntur
et cum minime expectaveris exasperatur
torvitas mitigata. Numquam bona fide vitia
mansuescunt. Deinde si ratio proficit
ne incipient quidem affectus. Si invita
ratione ceperint invita perseverabunt. Facilius
est enim initia illorum prohibere
quam impetum regere. Falsa est itaque ista me-
diocritas et eodem loco habenda quo
si quis diceret modice insaniendum modice
esse egrotandum. Sola virtus habet. Vitia non
recipiunt ad mala temperamentum. Facilius
sustuleris illa quam rexeris. Numquid dubium
est quin vitia mentis humane inveterata
sint ut avaricia ut crudelitas ut in-
potentia. Impietas ergo inmoderata sunt
et affectus. Ab his enim ad illa
transitur. Deinde si das aliquid iuris tristicie
timori cupiditati ceteris motibus pravis
non erunt in nostra potestate. Quare? Quia extra
nos sunt quibus irritantur. Itaque crescent
prout magnas habuerint minoresve
causas quibus concitentur. Maior erit timor
si plus quo exterreatur aut propius aspexerit
acrior cupiditas quo illam amplioris
rei spes evocaverit. Si in nostra potestate
non est an sint affectus ne illud quidem
est quanti sint. Si ipsis permiseris incipere
cum causis suis crescent tanti quam erunt
quanti fient. Adice nunc quod ista quamvis exi-
gua sint in maius excedunt. Numquam perni-
ciosa servant modum. Quamvis levia initia
morborum serpunt. Egra corpora minima
interdum mergit accessio. Illud vero cuius
dementie est credere quarum rerum extra nostrum
arbitrium posita principia sunt earum
nostri esse arbitrii terminos? Quo ad fini-
endum satis valeo ad quod prohibendum
parum valui cum facilius sit excludere
quam admissa comprimere. Quidam ita distinxerunt
ut dicerent temperans ac prudens positione
quidem mentis et habitu tranquillus est

eventu non est. Nam quantum ad habitum mentis
sue nec perturbatur nec contristatur nec timet
sed multe extrinsecus cause incidunt que illi
perturbationem afferunt. Tale est quod volunt
dicere: iracundum quidem illum non esse irasci
tamen aliquando et timidum quidem non esse timere
tamen aliquando id est vicio timoris carere affectu
non carere. Quod si recipitur usu frequenti timor
transibit in vicium et ira in animum admissa
habitum illum ira carentis animi detexit.
Preterea si non contempnit venientes extrinsecus
causas et aliquid timet cum fortiter eundum
sit adversus tela ignes pro patria legibus
libertate cunctanter exibit et animo recedente.
Non cadit autem in sapientem hec diversitas
mentis. Illud preterea iudico observandum
ne duo que separatim probanda sunt misceamus.
Per se enim colligitur unum bonum esse quod
honestum per se rursus ad beatam vitam satis
esse virtutem. Si unum bonum quod honestum
omnes concedunt ad beate vivendum sufficere
virtutem. E contrario non remittetur si beatum sola
virtus facit unum bonum esse quod honestum
est. Xenocrates et Speusippus putant xen
beatum vel sola virtute fieri posse non tamen
unum bonum esse quod honestum est. Epicurus epi
quoque iudicat cum virtutem habeat beatum esse
sed ipsam non satis esse ad beatam vitam quia
beatum efficiat voluptas que ex virtute est non
ipsa virtus. Inepta distinctio. Idem enim negat
umquam virtutem esse sine voluptate. Ita si ei
iuncta esse semper est atque inseparabilis et sola
satis est. Habet enim secum voluptatem sine
qua non est etiam cum sola est. Illud absur-
dum est quod dicitur beatum quidem futurum
vel sola virtute non futurum autem perfecte beatum.
Quod quemadmodum fieri possit non reperio.
Beata enim vita bonum in se perfectum habet inexsupera-
bile. Quod si est perfecte beata est. Si deorum
vita nichil habet maius aut melius. Beata
autem vita divina est nichil habet in quod amplius
possit attolli. Preterea si beata vita nullius
est indigens omnis beata vita perfecta eadem est
et beata et beatissima. Numquid dubitas quin beata vita
summum bonum sit? Ergo si summum habet summe
beata est. Quemadmodum summum bonum ad-
iectionem non recipit. Quid enim supra summum
erit? Ita ne beata quidem vita que sine summo
bono non est. Quod si aliquem magis beatum in-
duxeris inducis et multo magis innumerabilia
discrimina summi boni facies cum summum
bonum intelligam quo supra nullus gradus non
est. Si est aliquis minus beatus quam alius sequitur
ut hic alterius vitam beatioris magis concupiscat.

quam sua beatus autem nichil sine prefert
proculdubio quibus incredibile. Aliquid
beato restare quod esse quam quod est malit
aut id illum non malle quod illa melius est.
Utique enim quo prudentior est hoc magis
se ad id quod est optimum contendet et
id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus
est qui cupere etiam nunc potest immo qui
debet? Dicam quid sit quo non veniat
hic error. Nescit beatam vitam unam
in propter illam statum ponat qualitas
sua non magnitudo. Itaque eque est
longa brevis diffusa et angustior in
multa loca multasque partes distributa
et in unum coacta. Quomodo illam numero
mat et mensura et partibus id illi quod
habet eximium eripit. Quid plena est? Finis ut
puto edendi bibendique satietas est.
Hic plus edit ille minus quid refert?
Uterque iam satur est. Hic plus bibit ille
minus quid refert? Uterque non sitit.
Hic pluribus annis vixit hic paucio-
ribus nichil interest si tam illum multi
anni fecerunt quam hunc pauci. Ille quem
tu minus beatum vocas non est beatus. Non
enim potest nomen inminui. Quisquis fortis
est sine timore est. Quisquis sine timore
est sine tristitia est. Qui sine tristitia est
beatus est. Nostro haec interrogatio est. Adver-
sus hanc sic respondere conantur: falsam
nos rem et controversiam professam vindicare eum
qui fortis est sine timore esse. Quid ergo
inquiunt fortis inminentia mala non timebit?
istuc dementis alienatique non fortis est.
Ille vero inquit moderatissime timet sed
in totum extra metum non est. Qui hoc dicunt
rursus in idem revolvuntur ut illis virtutum
loco sint minora vitia. Nam qui timent
quidem sed rarius et minus non caret ma-
litia sed levius vexatur. At enim dementem
puto qui mala inminentia non extimescat.
Verum est quod dicis si mala sunt. Sed si scit
mala illa non esse et unam tantum turpitu-
dinem malum iudicat debebit secure pericula
aspicere et aliis timenda contempnere. Aut si
stulti aut amentis est mala non timere
quo quis prudentior est hoc timebit magis.
Ut vobis inquit videtur praebebit se periculis
fortis. Minime non timebit illa sed vitabit.
Cautio illum decet timor non decet.
Quid ergo inquit mortem vincula ignes
alia tela fortune non timebit? Non. Scit enim

illa non esse mala sed videri. Omnia ista
humane vite formidines putat. Describe
captivitatem verbera catenas egestatem
et membrorum lacerationes vel per morbum
vel per iniuriam et quicquid aliud attulerit
inter lymphatos metus numerat. Ista timi-
dis timenda sunt. An id existimas
malum ad quod aliquando nobis sua sponte
veniendum est? Queris quid sit malum?
cedere his que mala vocantur et illis
libertatem suam dedere pro qua cuncta pa-
tienda sunt. Perit libertas nisi illa con-
tempnimus que nobis iugum imponunt.
Non dubitarent quid conveniret forti
viro si scirent quid esset fortitudo. Non
est enim inconsulta temeritas nec periculorum
amor nec formidabilium appetitio.
Scientia est distinguendi quid sit malum
et quod non sit. Diligentissima in tutela
sui fortitudo est et eadem patientissima
eorum quibus falsa species malorum est. Quid
ergo si ferrum intentatur cervicibus
viri fortis? Si pars alia subinde atque
alia suffoditur et si viscera sua in sinu
suo vidit? Si intermissus quo magis
tormenta sentiat repetitur et per siccata
viscera recens dimittitur sanguis? Non
timet? Tu inquies ipse non dolet? Iste
vero dolet. Sensum enim hominis nulla exuit
virtus sed non timet. Invictus ex alto
dolores suos spectat. Queris quis
tunc animus illi sit? Qui egrum amicum
adhortantibus. Quod malum est nocet.
Quod nocet deteriorem facit. Dolor et
paupertas deteriorem non faciunt. Ergo mala
non sunt. Falsum est inquit quod proponitis.
Non enim si quid nocet etiam deteriorem
facit. Tempestas et procella nocet guber-
natori non tamen illum deteriorem facit. Quidam
Stoicorum ita adversus hoc respondent:
deteriorem fieri gubernatorem tempestate
ac procella quia non possit id quod proposuit
efficere nec tenere cursum suum. Deteriorem
illum in arte sua non fieri in opere fieri. Quibus
Peripateticus: ergo inquit et sapientem deteriorem
faciet paupertas dolor et quicquid aliud
tale fuerit. Virtutem enim illi non eri-
piet sed opera eius impediet. Hoc recte
diceretur nisi dissimilis esset gubernatoris
condicio et sapientis. Huius enim propositum
est in vita agenda non utique quod temptat
efficere sed omnia recte facere. Gubernatori

Professio eius est utique navem in portum perducere
artes ministre sunt prestare debent quod
promittunt. sapientia domina rectrixque est. Artes
serviunt vite sapientia imperat. Ego aliter
respondendum iudico nec artem gubernatoris
ulla potestate fieri nec administratione
artis. Gubernator tibi non felicitatem pro
misit sed utilem operam et navis regende scien
tiam. Hec eo magis apparet quo illi magis aliqua
fortuita vis obstitit. Qui hoc potuit dicere
neptune numquam hanc navem nisi rectam
arti satisfecit. Tempestas non opus gu
bernatoris non impedit sed successum. Quid
ergo nempe non nocet gubernatori ea res
que illum tenere portum vetat: que conatus
eius irritos facit. que aut refert
illum aut detinet. et exarmat. non
tamquam gubernatori. sed tamquam naviganti nocet
alioquin gubernatoris artem adeo non impe
dit ut ostendat. tranquillo enim aut quilibet
gubernator est. Navigio ista obsunt non
rectori eius qua rector est. Duas personas
habet gubernator. Alteram communem cum omnibus
quemadmodum eandem conscendere navem. ipse quoque vector
est. Alteram propriam gubernatoris. Tem
pestas tamquam vectori nocet non tamquam guber
natori. Deinde gubernatoris ars alienum
bonum est. et ad eos quos vehit pertinet
quomodo medici ad eos quos curat. sapientis bonum
est et eorum cum quibus vivit et proprium ipsius
Itaque gubernatori fortasse noceatur cuius
ministerium ab hyeme promissum tempestate
impeditur. Sapienti non nocetur a paupertate
non a dolore non ab aliis tempestatibus vite
Non enim prohibentur opera eius omnia sed tantum
ad alios pertinentia. Ipse semper in actu et
in effectu tunc maximus cum illi fortuna
se opposuit. sapientie negotium agit quod
diximus et alienum bonum esse et suum. Preterea
ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur
cum illum aliquae necessitates premunt. propter
paupertatem prohibetur docere quemadmodum
sit tractanda paupertas. Per totam vitam opus
eius extenditur. ita nulla fortuna nulla res
actus sapientis excludit. Id ipsum enim
agit quo alia agere prohibetur. ad utrosque
casus aptus est. bonorum rector et ma
lorum victor. Sic inquam se exercuit ut
virtutem tam in secundis quam in adversis exhi
beret nec materiam eius sed ipsam intuetur
Itaque nec paupertas illum nec dolor nec
quicquid aliud imperitos avertit et precipites
agit prohibet. Tu illum premi putas

malis. utitur. Non ex ebore tantum phidias
sciebat facere simulacra. faciebat ex ere.
Si marmor illi si adhuc viliorem materiam
obtulisses fecisset quale ex illa fieri opti
mum posset. Sic sapiens virtutem si licebit
in divitiis explicabit si minus in paupertate
Si poterit in patria. si minus in exilio. Si
poterit imperator. si minus miles. Si poterit
integer si minus debilis. quamcumque fortunam
acceperit. aliquid memorabile ex ea efficiet
Certi sunt domitores ferarum. qui sevissima
animalia et ad occursum expavescenda hominem
pati subigunt nec asperitatem excussisse
contenti usque in contubernium mitigant. Leo
nibus magister manum insertat. osculatur
tigrim suus custos. elephantum minimus
ethiops iubet genua et ambulare per
funem. Sic sapiens artifex est domandi
mala. dolor egestas. ignominia. carcer
exilium. ubique horrenda adhuc pervenire
mansueta sunt. Liber xv. Exemplo
Scipionis victus notat luxuriam bal
neorum ostendens de satiationibus et insa
tiationibus quedam oblectamenta senectuti

In ipsa Scipionis Africani in c 86
illa iacens. Hec tibi scribo ado c. 1
ratis manibus eius et ara. qua
sepulcrum esse tanti viri suspicor
animum quidem eius in celum ex quo erat re
disse persuadeo mihi non quia magnos exercitus
duxit. hos enim et cambyses furiosus ac
furore feliciter usus habuit. sed ob
egregiam moderationem pietatemque quam
magis in illo admirabilem iudico cum re
liquit patriam quam cum defendit. aut
Scipio rome esse debebat aut roma
in libertate. Nichil inquit volo derogare
legibus. nichil institutis. equum inter omnes
cives ius sit. utere sine me beneficio
meo patria. Tibi libertatis fui causa et
argumentum. exeo si plus quam tibi expedit
crevi. Quid ni ego admirer hanc magnitu
dinem animi. qua in exilium voluntarium
secessit et civitatem exoneravit. Eo perducta
res erat ut aut Scipioni libertas
aut Scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum
fas erat. Itaque locum dedit legibus
et se Liternum recepit tam suum exilium
rei publice imputaturus quam hannibalis. Vidi
villam structam lapide quadrato murum
circumdatum silve. turres quoque in propugnaculum
ville utrimque subrectas cisternam edi
ficiis ac viridibus subditam que sufficere
in usum vel exercitus posset. Balneolum

augustum tenebricosum ex consuetudine antiqua; non videbatur maioribus caldarium
nisi obscurum. Magna ergo me voluptas
subiit contemplantem mores Scipionis
et nostros. In hoc angulo ille Carthaginis
horror, cui Roma debet quod tantum semel capta
est, abluebat corpus laboribus rusticis
fessum. Exercebat enim opere se terramque, ut mos
fuit priscis, ipse subigebat. Sub hoc ille
tecto tam sordido stetit, hoc illum pavimentum
tam vile sustinuit. At nunc quis est
qui sic lavari sustineat? Pauper
sibi videtur ac sordidus, nisi parietes
magnis et pretiosis orbibus refulserint,
nisi Alexandrina marmora Numi-
dicis crustis distincta sunt, nisi illis
undique operosa et in picturae modum variata
circumlitio praetexitur, nisi vitro absconditur
camera, nisi Thasius lapis, quondam rarum
in aliquo spectaculum templo, piscinas
nostras circumdedit, in quas multa suda-
tione corpora exinanita demittimus,
nisi aquam argentea epitonia fuderint.
Et adhuc plebeias fistulas loquor:
quid cum ad balnea libertinorum per-
venero? Quantum columnarum est, quantum
sustinentium sed in ornamentum positarum
impensae causa! Quantum aquarum per gradus
cum fragore labentium! Eo deliciarum per-
venimus, ut nisi gemmas calcare no-
limus. In hoc balneo Scipionis minime
sunt rimae magis quam fenestrae, muro
lapideo exsectae, ut sine iniuria muni-
menti lumen admitterent. At nunc blattaria
vocant balnea, si qua non ita apta
sunt ut totius diei solem fenestris
amplissimis recipiant, nisi et lavantur
simul et colorantur, nisi ex solio agros
ac maria prospiciunt. Itaque quae con-
cursum et admirationem habuerant cum
dedicarentur, in antiquorum numerum reiciuntur,
cum aliquid in luxuria commenta est quo ipsa
se obrueret. At olim et pauca erant
balnea nec ullo cultu exornata. Cur
enim exornaretur res quadrantaria
et in usum non oblectamentum reperta? Non
suffundebatur aqua nec recens semper
velud ex calido fonte currebat, nec
referre credebant in qua perlucida sordes
deponerent. Sed dii boni, quam iuvat

illa balnea intrare obscura et gregali tecto
inducta, quae scires Catonem tibi aedilem
aut Fabium Maximum aut ex Cor-
neliis aliquem manu sua temperasse!
Nam hoc quoque nobilissimi aediles fun-
gebantur officio intrandi ea loca quae
populum receptabant, exigendique
munditias et utilem ac salubrem temperaturam,
non hanc quae nuper inventa est similis
incendio, adeo quidem ut convictum in aliquo
scelere servum vivum lavari oporteat.
Nihil mihi videtur iam interesse ardeat bal-
neum an caleat. Quantae nunc aliquis
rusticitatis damnat Scipionem, quod
non in caldarium suum latis specularibus
diem admiserat, quod non in multa luce
decoquebatur et expectabat ut in balneo
concoqueret. O hominem calamitosissimum! Nesciit
vivere. Non saccata aqua lavabatur
sed saepe turbida et, cum plueret vehementius,
paene lutulenta. Nec multum eius
intererat an sic lavaret: veniebat enim
ut sudorem illic ablueret, non ut unguen-
tum. Quas nunc quorundam voces futuras
credis? Non invideo Scipioni: vere
in exilio vixit qui sic lavabatur. Immo,
si scias, non cotidie lavabatur. Nam ut
aiunt qui priscos mores urbis tradiderunt,
brachia et crura cotidie abluebant,
quae scilicet sordes opere collegerant, ceterum
toti nundinis lavabantur. Hoc loco
dicet aliquis: liquet mihi immundissimos
fuisse. Quid putas illos oluisse? Militiam,
laborem, virum. Postquam munda bal-
nea inventa sunt, spurciores sunt. Quid ait
describere volens infamem et nimiis nota-
bilem deliciis Oracius fflaccus? Pastillos
aut Pastillos Bucilus olet. Dares
nunc Bucillum: perinde esset ac si hircum
oleret; Borgonii loco esset, quem ille
Oracius Bucillo opposuit. Parum est
sumere unguentum, nisi bis die terque
renovatur, ne evanescat in corpore. Quid
quod hoc odore tamquam suo gloriantur? Haec
si tibi nimium tristia videbuntur,
ville imputabis, in qua didici ab Aegialo,
diligentissimo patre familiae (is enim nunc
huius agri possessor est), quamvis vetus
arbustum posse transferri. Hoc nobis senibus
discere necessarium est, quorum nemo non
olivetum alteri ponit: quod vidi illud
arborum trimum et quadrimum fastidiendi

fructum aut deponet. Ille qui protegit illa que tarda venient seris factura nepotibus umbram, ut ait Virgilius noster, qui non quid verissime diceret aspexit, nec agricolas docere voluit sed legentes delectare. Nam ut alia omnia transeam, hoc quod mihi hodie necesse fuit deprehendere ascribam: vere fabis satio est; tunc te quoque medica putres accipiunt sulci, et milio venit annua cura. An uno tempore ista ponenda sint, et an utriusque verna sit satio, hinc estimes licet: Iunius mensis est quo tibi scribo, iam proclivis in Iulium; eodem die vidi fabam metentes, milium serentes. Ad olivetum revertar, quod vidi duobus modis dispositum. Magnarum arborum truncos circumcisis ramis et ad unum redactis pedem cum rapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ex quo ille pependerant. Hoc fimo tinctum in scrobem demisit, deinde terram non aggessit tantum sed calcavit et pressit. Negat quicquam esse hac, ut ait, pisatione efficacius; videlicet frigus excludit et ventum; minus preterea movetur et ob hoc nascentes radices prodire patitur ac solum apprehendere, quas necesse est cereas adhuc et precario herentes levis quoque revellat agitatio. Rapum autem arboris antequam obruat radit; ex omni enim materia que nudata est, ut ait, radices exeunt nove. Non plures autem super terram eminere debet truncus quam tres aut quattuor pedes. Statim enim ab imo vestietur nec magna pars eius quemadmodum in olivetis veteribus arida et retorrida erit. Alter ponendi modus hic fuit: ramos fortes nec corticis duri, quales esse novellarum arborum solent, hoc genere deposuit. Hii paulo tardius surgunt, sed cum tamquam a planta processerint, nichil habent in se abhorridum aut triste. Illud etiam nunc vidi, vitem ex arbusto suo annosam transferri; huius capillamenta quoque, si fieri potest, colligenda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, ut etiam ex corpore radices fiant. Et vidi non tantum mense Februario positas sed iam Martio exacto; tenent et complexe sunt non suas ulmos. Omnes autem istas arbores, que, ut ita dicam, grandiscapie sunt, ait aqua adiuvandas cisternina; que si prodest, habemus pluviam in nostra potestate. Plura te docere non cogito, ne quemadmodum

ille me sibi adversarium paravit, sic ego te parem mihi. Vale.

Exemplo suo et castitate et frugalitate hortatur, immittens contra peripateticos disputationem de fortunis quod bona non sint. c xi

Naufragium antequam navem ascenderem feci. Quid acciderit non adicio, ne et hoc putes inter Stoica paradoxa ponendum; quorum nullum esse falsum nec tam mirabile quam prima facie videtur, cum volueris approbabo, immo etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit quam multa haberemus supervacua, et quam facile iudicio possemus deponere que, si quando necessitas abstulit, non sentimus ablata. Cum paucissimis servis, quos unum capere vehiculum potuit, sine ullis rebus nisi que corpore nostro continebantur, ego et Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. Culcita in terra iacet, ego in culcita. Ex duabus penulis altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nichil detrahi potuit; paratum fuit non magis hora, nusquam sine caricis, numquam sine pugillaribus; ille, si panem habeo, pro pulmentario sunt, si non, pro pane. Cotidie mihi annum novum faciunt, quem ego faustum et felicem reddo bonis cogitationibus et animi magnitudine, qui numquam maior est quam ubi aliena seposuit et fecit sibi pacem nichil timendo, fecit sibi divitias nichil concupiscendo. Vehiculum in quod impositus sum rusticum est; mule vivere se ambulando testantur; mulio excalceatus non propter estatem. Vix a me obtineo ut hoc vehiculum velim videri meum. Durat adhuc perversa recti verecundia, et quotiens in aliquem comitatum lautiorem incidimus invitus erubesco, quod argumentum est ista que probo, que laudo, nondum habere certam sedem et immobilem. Qui sordido vehiculo erubescit pretioso gloriabitur. Parum adhuc profeci: nondum audeo frugalitatem palam ferre; etiam nunc curo opiniones viatorum. Contra totius generis humani opiniones mittenda vox erat: Insanitis, erratis, stupetis ad supervacua, neminem estimatis suo. Cum ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores sic rationem ponitis singulorum hominum ac si pecuniam credituri: hunc scitis esse. Ita hic quamvis multum possidet, sed multum debet; habet domum formosam sed alienis nummis paratam; familiam nemo cito speciosiorem producet, sed nominibus non respondet.

si traditoribus placuit nichil illi superest de reliquiis quod facere debeat. Existimasne quemquam propter quem ista seruat dominum illum putes, quem aurea supellex et murrina sed quia omnibus praeminuisse arat quam magnus sibi Fidarii liber uoluit quod tantum sub urbanum agrum possidet quantum inuidiose in desertis Apulie possideret. Cum omnia dixeris pauper est. Quare? quia debet. Quantum inquis? omnino? nisi forte iudicas interesse utrum aliquis ab homine an a fortuna sumpserit mutuum. Quid ad rem pertinent mule saginate unius omnes coloris? quid ista uehicula celata? instrati ostro alipedes pictis quam tapetis aurea pectoribus demissa monilia pendent, tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum. Ista nec dominum meliorem possunt facere nec mulam. M. Cato censorius quem tam e re publica fuit nasci quam Scipionem, alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit, cantherio uehebatur hippoperis quidem impositis ut secum utilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis in uia diuitibus cursores et numidas et multum ante se agentem: hic sine dubio cultior comitatiorque quam M. Cato uideretur, hic qui inter illos apparatus delicatos cum maxime dubitat utrum se ad gladium locet an ad cultrum. O quantum erat seculi decus imperatorem triumphalem censorium, quod super omnia hec est, Catonem uno caballo esse contentum et ne toto quidem: partem enim sarcine ab utroque latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis et asturconibus et tolutariis preferres unicum illum equum ab ipso Catone defrictum? Video non futurum finem in ista materia ullum nisi quem mihi fecero. Hic itaque conticescam quantum ad ista que sine dubio diuinauit futura talia qui primus appellauit impedimenta. Nunc uolo paucissimas interrogationes nostrorum tibi reddere ad uirtutem pertinentes, quam satis facere uite beate contendimus. Quod bonum est facit musicum. Fortuita bonum non faciunt, ergo non bona. Aduersus hoc sic respondent Peripatetici ut quod primum proponimus falsum esse dicant. Ab eo inquiunt quod est bonum non utique fiunt boni. In musica est aliquid bonum tamquam tybia aut corda aut organum aptatum ad usus canendi. nichil tamen horum facit musicum. Huic respondebimus: non intelligitis quid posuerimus quod bonum est in musica. Non enim id dicimus quod instruit musicum sed quod facit. Tu ad supellectilem artis non ad artem uenis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est id utique faciet musicum. Etiamnunc facere id planius uolo. Bonum in arte musica duobus modis dicitur: alterum quo effectus musici adiuuatur, alterum quo ars. Ad effectum pertinent instrumenta tibie organa et corde, ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis: uti forsitan non potest arte. Hoc non est eque duplex in homine. Idem enim bonum et hominis et uite est. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest bonum non est. Opes autem et lenoni et laniste contingunt, ergo non sunt bona. Falsum est inquiunt quod proponitis. Nam et in grammatica et arte medendi aut gubernandi uidemus bona humillimis quibusque contingere. Sed iste artes magnitudinem animi non profitentur, non consurgunt in altum nec fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominem et super mortalibus collocat nec ea que bona nec ea que mala uocantur aut cupit nimis aut expauescit. Chelidonius ex Cleopatre lenis est predium grande possedit. nuper Natalis tam improbe lingue quam impure in cuius ore femine purgabantur et multorum heres fuit et multos habuit heredes. Quid ergo? utrum habuit illum pecunia impurum effecit an ipse pecuniam inspurcauit? que sic in quosdam homines quomodo denarius in cloacam cadit. Virtus super ista consistit. Suo ere censetur. Nichil ex istis quolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina et gubernatio non interdicit sibi ac suis admiratione talium rerum. qui non est uir bonus potest nichilominus medicus esse, potest gubernator, potest grammaticus tam mehercule quam cocus. Cui contingit habere rem non qualemlibet, hunc non quemlibet dixeris. Qualia quisque habet talis est. Fiscus tanti est quantum habet, immo in accessionem eius uenit quod habet. Quis pleno sacculo ullum pretium ponit nisi quod pecunie in eo condite numerus efficit? Idem euenit magnorum dominis patrimoniorum: accessiones illorum et appendices sunt. Quare ergo sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Verum est ergo quod contemptissimo cuique contingit

bonum non esse. Itaque in sollicitudine magna
bonum dicam. Habet illud certam. Habet
pulcram requietem quidem e molestia natam.
Bonum dicam quod sciens veritatem quero
que res sapientem faciat que deum.
Oportet illud divinum aliquid, celeste, magnificum.
Non in omne bonum cadit nec qualibet posses-
sorem patitur. Vide quid quaeque ferat regio
et quid quaeque recuset. Hic segetes, illic
veniunt felicius uve. Arborei fetus
alibi atque iniussa virescunt gramina.
Nonne vides croceos ut Thmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura
Sabei? Calibes nudi ferrum. Ista regioni-
bus descripta sunt ut necessarium mortalibus esset
inter ipsos commercium, si invicem alius aliquid
ab alio peteret. Summum illud bonum habet
et ipsum suam sedem. Non nascitur ubi aurum,
nec ubi ebur, nec ubi ferrum. Quid-
sit summi boni locus queris? Animus.
Hic nisi purus ac sanctus est, deum non
capit. Bonum ex malo non fit. Divitie
fiunt autem ex avaricia. Divitie
ergo non sunt bonum. Non est inquit verum
bonum ex malo non nasci. Ex sacrilegio
enim et furto pecunia nascitur. Itaque malum
quidem est sacrilegium et furtum, sed ideo
quia plura mala facit quam bona. Dat enim lu-
crum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis
animi et corporis. Quisquis hoc dicit
necesse est recipiat sacrilegium, sicut
malum sit quia multa mala facit, ita
bonum quoque ex aliqua parte esse quia aliquid boni
facit. Quo quid fieri portentuosius potest? Sacrilegium,
furtum, adulterium inter bona
haberi prorsus persuasimus. Quam multi furto non
erubescunt, quam multi adulterio gloriantur! Nam
sacrilegia minuta puniuntur, magna
in triumphis feruntur. Adice nunc quod sacrilegium,
si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam
honestum erit et recte factum vocabitur. Nostra enim
actio est, quod nullius mortalium cogitatio
recipit. Ergo bona nasci ex malo non
possunt. Nam si, ut dicitis, ob hoc unum
sacrilegium malum est quia multa mala
affert, si remiseris illi supplicia, si se-
curitatem spoponderis, ex toto bonum erit.
Atqui maximum scelerum supplicium in
ipsis est. Erras, inquam, si illa ad carnificem
aut carcerem differs: statim puniuntur cum facta
sunt, immo dum fiunt. Non nascitur itaque
ex malo quidem bonum, neque ex bono malum,
non magis quam ficus ex olea. Ad semen nata
respondent. Bona degenerare non possunt. Quemadmodum
ex turpi honestum non nascitur, ita nec ex
malo quidem bonum; nam idem est honestum
et bonum. Quidam ex nostris adversus hoc sic
respondent: Putemus pecuniam bonum esse
undecumque sumptam, non tamen ideo ex sacrilegio
pecunia est, etiam si ex sacrilegio sumitur. Hoc sic intellige: in eadem
urna et aurum est et vipera. Si aurum
ex urna sustuleris quia et illic vipera est,
non ideo mihi urna dat quia viperam
habet, sed aurum dat cum et viperam habeat. Eodem modo
ex sacrilegio lucrum fit, non quia turpe
et sceleratum sacrilegium est, sed quia et lucrum habet.
Quemadmodum in illa urna vipera malum
est, non aurum quod cum vipera iacet,
sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum.
A quibus dissentio. Dissimillima enim utriusque rei condicio:
illic aurum possum sine vipera tollere,
illic lucrum sine sacrilegio facere non possum.
Lucrum istud non est appositum sceleri sed
immixtum. Quod dum consequi volumus
in multa mala incidimus, ergo divitie bonum
non sunt. Duas inquit significationes
habet propositio vestra. Una: dum divitias
consequi volumus in multa nos mala incidere.
In multa autem mala incidimus etiam dum
virtutem consequi volumus. Aliquis dum navi-
gat studii causa naufragium fecit, alius
captus est. Altera significatio talis est:
per quod in mala incidimus bonum non est.
Huic propositioni non est consequens per
divitias nos aut per voluptates incidere in mala;
aut si per divitias in multa mala incidimus, non
tantum bonum divitie non sunt, sed malum sunt.
Vos autem illas dicitis tantum bonum non esse.
Preterea inquit conceditis divitias esse aliquid
usus. Inter commoda illas numeratis. Atqui eadem
ratione ne commodum quidem erunt: per illas enim multa
nobis incommoda eveniunt. His quidam
hoc respondent: Erratis qui incommoda
divitiis imputatis. Ille neminem ledunt;
aut sua nocet cuique stulticia aut
aliena nequicia, sic quemadmodum gladius
neminem occidit; occidentis telum est.
Non ideo divitie tibi nocent si propter
divitias tibi nocetur. Possidonius, ut ego
existimo, melius, qui ait divitias esse causam
malorum, non quia ipse faciunt aliquid, sed
quia facturos irritant. Alia est enim causa
efficiens, que protinus necesse est noceat.

Sacrileg[ium]

Nota
[illegible]

Possid[onius]

alia procedunt. Sicut divitie procedunt;
sicut inflant animos et superbiam pariunt
invidiam contrahunt et usque eo alienant
mentem ut fama pecunie nos etiam nocitura
delectent. Bona autem omnia carere culpa
debent. pura sunt, non corrumpunt animos,
non sollicitant. extollunt quidem et dilatant
sed sine tumore. que bona sunt fiduciam
faciunt, divitie audaciam. que bona sunt
magnitudinem animi dant, divitie in-
solenciam. Nichil autem aliud est insolencia
quam species magnitudinis falsa. Isto modo
inquit etiam malum sunt divitie, non
tantum bonum non sunt. Essent mala si
ipse nocerent. Sed ut dixi habent
efficientem causam non procedentem. habent
quidem non irritantem tamen animos sed
attrahentem. Speciem enim boni ostendunt
verisimilem ac plerisque credibilem. Habet
virtus quoque procedentem causam ad invidiam.
Multis enim propter sapienciam, multis propter
iusticiam invidetur. sed nec veram hanc
causam habet nec verisimilem. quanto enim
verisimilior illa species hominum animis obicitur
virtutis que illos et in amorem et admiracionem
Possid. vocet. Posidonius sic interrogandum ait:
que neque magnitudinem animo dant nec
fiduciam nec securitatem non sunt bona.
Divitie autem et bona valetudo et similia
hiis nichil horum faciunt. ergo non sunt
bona. Hanc interrogacionem magis etiam
hoc modo intendit. que neque magnitu-
dinem animo dant nec fiduciam nec se-
curitatem. Contra autem que insolenciam
timorem arrogantiam creant mala sunt.
A fortuitis autem in hec impellimur.
ergo non sunt bona. Hac inquit racione
nec commoda quidem ista erunt. Alia
commodorum condicio, alia bonorum. Commodum
est quod plus usus habet quam molestie.
Bonum sincerum esse debet et ab omni parte
innoxium. Non est id bonum quod plus
prodest, sed quod tantum prodest. Preterea
commodum et ad animalia pertinet et ad imperfectos
homines et ad stultos. Itaque potest ei esse
incommodum mixtum, sed commodum dicitur a ma-
iore sui parte estimatum. bonum ad unum
sapientem pertinet. Inviolatum oportet esse.
Bonum animum habe. Unus tibi nodus sed
herculaneus restat. ex malis bonum non
fit. ex multis paupertatibus divitie fiunt.

ergo divitie bonum non sunt. Hanc interro-
gacionem nostri non agnoscunt, peripatetici
et fingunt illam et solvunt. Ait autem Possidonius
hoc sophisma per omnes dyalecticorum
scolas iactatum sic ab Antipatro re-
felli: paupertas non per possessionem dicitur
sed per detractionem vel ut antiqui
dixerunt orbacionem. greci kat. r. c.
n. p. r. c. on. dicunt. non quod habet dicit
sed quod non habet. Itaque ex multis inanibus
nichil impleri potest; divitias multas
res faciunt, non multe inopie. Aliter
quam debes paupertatem intelligis. paupertas
enim est non que pauca possidet,
sed que multa non possidet. Ita non dicitur
quod habet, sed quod ei deest. Facilius
faciam quod volo exprimere si latinum
verbum esset quo anuparxis id
significatur. paupertati hanc Antipater
assignat. Ego non video quid aliud sit
paupertas quam parvi possessio. De isto videbimus
si quando valde vacabit, que sit divitiarum,
que paupertatis substancia. Sed tunc quoque con-
siderabimus numquid satius sit paupertatem
permulcere, divitiis demere supercilium
quam litigare de verbis quasi iam de rebus iudi-
catum sit. Putemus nos ad contionem
vocatos. Lex de abolendis divitiis
fertur. hiis interrogacionibus suasuri
aut dissuasuri sumus. hiis efficiemus ut populus
Romanus paupertatem fundamentum et causam imperii
sui requirat ac laudet, divitias
autem suas timeat, ut cogitet has
se apud victos reperisse. hinc ambitum
et largiciones et tumultus in urbem sanctissimam
temperatissimam irrupisse, nimis luxu-
riose ostentari gencium spolia. quod
unus populus eripuerit omnibus, facilius
ab omnibus uni eripi posse. satius est
suadere et expugnare affectus, non circum-
scribere. Si possumus, forcius loquamur; si
minus, apercius. Vale. Liber xvi de utili-
tate divisionis. De differencia inter
sapienciam et philosophiam et constitucione
utriusque. de philozophie partibus. Epistola

Rem utilem desideras et sa-
pienti properanti utique
necessariam, dividi philosophiam et ingens
corpus eius in membra disponi. Faci-
lius enim per partes in cognicionem totius
adducimur. Utinam quidem ut si universa

mundi facies in conspectum venit ita philosophia tota nobis posset occurrere simillimum mundo spectaculum. Profecto enim omnes mortales in admirationem sui raperet relictis hiis que nos in magno magnorum ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non potest sic est nobis aspicienda quemadmodum mundi secreta cernuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplectitur nec minus illam velociter obit quam celum acies nostra. Nobis autem quibus perrumpenda caligo est et quorum visus in proximo deficit singula queque ostendi facilius possunt universi nondum capacibus. Faciam ergo quod exigis et philosophiam in partes non in frusta dividam. Dividi enim illam non concidi utile est. Nam comprehendere quemadmodum maxima ita minima difficile est. Describitur in tribus populus in centurias exercitus. Quicquid in maius crevit facilius agnoscitur si discessit in partes quas ut dixi innumerabiles esse et parvulas non oportet. Idem enim vicii habet nimia quod nulla divisio. Simile confusioni est quicquid usque in pulverem sectum est. Primum itaque sicut videtur dicam tibi inter sapientiam et philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humane. Philosophia sapientie amor est et affectatio. Hec ostendit quo illa pervenit. Philosophia unde dicta sit apparet. Ipso enim nomine fatetur. Sapientiam enim quidam ita finierunt ut dicerent divinorum et humanorum scientiam. Quidam ita: sapientia est nosse divina et humana et horum causas. Supervacua mihi hec videtur adiectio quia cause divinorum humanorumque pars divinorum sunt. Philosophiam quoque fuerunt qui aliter atque aliter diffinirent. Alii studium illam virtutis esse dixerunt, alii studium corrigende mentis. A quibusdam dicta est appetitio recte rationis. Illud quasi constitit aliquid inter philosophiam et sapientiam interesse. Neque enim fieri potest ut idem sit quod affectatur et quod affectat. Quomodo multum inter avariciam et pecuniam interest cum illa cupiat hec concupiscatur sic inter philosophiam et sapientiam. Hec enim illius effectus ac premium est. Illa venit, ad hanc itur. Sapientia est quam Greci sophiam vocant. Hoc verbo Romani quoque utebantur sicut philosophia nunc quoque utuntur. Quod et togate tibi antique probabunt et inscriptus Dosseni monumento titulus: hospes resiste et sophisma Dosseni lege. Quidam ex nostris quamvis philosophia studium virtutis esset et hec peteretur illa peteret non putaverunt illas distrahi posse. Nam nec philosophia sine virtute est nec sine philosophia virtus. Philosophia studium virtutis est sed per ipsam virtutem. Nec virtus autem esse sine studio sui potest nec virtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in eo qui aliquid ex distanti loco ferire vult alibi est qui petit alibi quod petitur. Nec quemadmodum itinera que ad urbes perducunt sic vie ad virtutem extra ipsam; per ipsam ad virtutem venitur. Coherent inter se philosophia virtusque. Philosophie tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem, naturalem, rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturam scrutatur. Tertia proprietates verborum exigit et structuram et argumentationes ne pro vero falsa subrepant. Ceterum inventi sunt et qui in pauciora philosophiam et qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerunt civilem quia propriam quandam exercitationem desideret et circa aliam materiam occupata sit. Quidam adiecerunt his partem quam yconomicam vocant administrande familiaris rei scientiam. Quidam et de generibus vite locum separaverunt. Nihil autem horum non in illa parte morali reperietur. Epicurei duas partes philosophie putaverunt esse, naturalem atque moralem; rationalem removerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum quem de iudicio et regula appellant alio nomine rationalem induxerunt, sed eum accessionem esse naturalis partis existimant. Cyrenaici naturalia cum rationalibus sustulerunt et contenti fuerunt moralibus. Sed hii quoque que removent aliter inducunt. In quinque enim partes moralia dividunt ut una sit de fugiendis et expetendis, altera de affectibus, tertia de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Cause rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali, actiones ex morali. Aristo Chius non tantum supervacuas esse dixit naturalem et rationalem sed etiam contrarias. Moralem quoque quam solam reliquerat circumcidit. Nam eum locum qui monitiones continet sustulit et pedagogi esse dixit non philosophi, tamquam quicquam aliud sit sapiens quam generis humani pedagogus. Ergo cum tripartita sit philosophia moralem eius partem primum incipiamus disponere quam in tres rursus divi-

dividi. Placuit ut prima esset inspectio
sua cuique distribuens et aestimans quanto quidque
dignum sit maxime utilis. Quid enim est
tam necessarium quam pretia rebus imponere. Secunda
de actionibus, tertia de impetu. Primum enim
est ut quanti quidque sit iudices. Secundum ut
impetum ad illa capias ordinatum temperatumque.
Tertium ut inter impetum tuum actionemque conveniat,
ut in omnibus istis tibi ipse consentias. Quid enim
prodest intus composita habere omnia si sis impe-
tu nimius. Quid prodest impetus re-
pressisse et habere cupiditates in tua potestate
si in ipsa rerum actione ipse ignorabis nec
sentias quid quando et ubi et quemadmodum
agi debeat. Aliud est enim dignitates
et pretia rerum nosse. Aliud articulos.
Aliud impetus refrenare et ad agenda
ire non ruere. Est ergo vita concors sibi
ubi actio non destituit impetum. Impetus
ex dignitate rei cuiusque percipitur. Pro-
inde remissus acrior est prout illa
digna peti. Naturalis pars philosophie in duo
scinditur: corporalia et incorporalia. Utraque
dividuntur in suos ut ita dicam gradus. Corpo-
rum locus in hos primum: in ea que faciunt et
que ex his gignuntur. Gignuntur autem
elementa. Ipse elementorum locus ut quidam
putant simplex est, ut quidam in materiam
et causam omnia moventem et elementa dividitur.
Superest ut rationalem partem philosophie dividam. Omnis
enim oratio aut continua est aut inter respon-
dentem et interrogantem discissa. Hanc dialecticen
&H. N &H topikam placuit vocari.
Rhetorice verba curat et sensus et ordinem.
Dialectice in duas partes dividitur, in verba
et significationes, id est in res que et voca-
bula quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur
utriusque divisio. Itaque hoc loco finem faciam
et summa sequimur vestigia rerum. Alioquin
si voluero facere partium partes questionum liber fiet.

Etiam invitos publice arguendos de avaritia luxuria et gula. Rubrica

89
c 2
Hec, Lucili virorum optime, quominus
legas non deterreo dummodo quicquid
legeris ad mores statim referas.
Illos compesce, marcentia intende, soluta
constringe, contumacia doma. Cupi-
ditates tuas publicasque quantum potes vexa

et istis divitibus quousque eadem respondeo:
Ego debeo dicere quousque eadem portabit
comedia at inultatis quam ista desinere.
Ego vero magis dicam, et quia recusatis
perseverabo. Tunc incipit medicina proficere
ubi in corpore alienato dolore tactus com-
pressit. Dicam etiam invitis profutura. Aliquando
aliqua ad vos non blanda vox veniat,
et quia verum singuli audire non vultis
publice audite. Quousque fines possessi-
onum propagabitis? Ager uni domino
qui populum cepit angustus est. Quousque
arationibus vestris porrigetis? Ne provinciarum
quidem spatio contenti circumscribere pre-
diorum modum. Illustrium fluminum per
privatum decursus et amnes magni
magnarumque gentium termini usque ad ostium
a fonte vestri sunt. Hoc quoque parum est
nisi latis fundis vestris maiora circum-
cinxistis, nisi trans Adriam et Ionium Ege-
umque vester villicus regnet, nisi insule
ducum domicilia magnorum inter vilissima
numerentur. Quamvis late possidere sit
fundus quod aliquando imperium vocabatur,
facite vestrum quicquid potestis dum plus
sit alienum. Nunc vobiscum loquor quorum
eque spatiose quam illorum avaricia diffun-
ditur. Vobis dico: quousque nullus erit
lacus cui non villarum vestrarum fastigia
immineant, nullum flumen cuius non
ripas edificia vestra pretexant? Ubicumque
scatebunt aquarum calentium vene, ibi
nova diversoria luxurie excitabuntur.
Ubicumque in aliquem sinum litus curva-
bitur, vos protinus fundamenta facietis
nec contenti solo nisi quod manu feceritis
arma agetis introrsus. Omnibus licet
locis tecta vestra resplendeant, alia
nisi imposita montibus in vastum maris
et prospectum, alia nisi ex plano in
altitudinem montium educta, cum multa
edificaveritis, cum ingentia, tamen et sin-
gula estis corpora et parvula. Quid pro-
sunt multa cubicula? In uno iacetis.
Non est vestrum ubicumque non estis. Transeo
deinde ad vos quorum profunda
et insatiabilis gula hic maria scru-
tatur, hic terras. Alia hamis, alia

laqueis alia retia variis generibus cum magno labore prosequitur. Nullis animalibus nisi ex fastidio pax est. Quantulum ex istis epulis que per tot comparatis manibus fesso voluptatibus ore libatis. Quantulum ex ista fera periculose capta dominus crudus ac nauseans gustat. Quantulum ex tot conchiliis tam longe advectis per istum stomachum inexplebilem labitur. Infelices ecce quod intelligitis maiorem vos famem habere quam ventrem. Hec alias dic ut dum dicis audias ipse. Scribe ut dum scribis legas omnia ad mores et ad sedandam rabiem affectuum referens. Stude non ut plus aliquid scias sed ut melius. Vale.

De philosophia quod non sit ars beneficiaria. De divitiis primo seculo et post luxuriosis contra possidonium disputat artes mechanicas a philosophia inventas et quod illius rudis seculi homines non sapientes sed sapientibus similes erant. E

Quis dubitare mi lucili potest quin deorum immortalium munus sit quidem vivimus philosophie quod bene vivimus. Itaque tanto plus huic nos debere quam diis quanto maius beneficium est bona vita quam vita pro certo haberetur nisi ipsam philosophiam dii tribuissent. Cuius scienciam nulli dederunt facultatem omnibus. Nam si hanc quoque bonum vulgare fecissent et prudentes nasceremur et sapiencia quod in se optimum habet perdidisset. Inter fortuita non esset. Nunc enim hoc in illa preciosum atque magnificum est quod obvenit quod illam sibi quisque debet quod non ab alio petitur. Quid haberes quod in philosophia suspiceres si beneficiaria res esset. Huius opus unum est de divinis humanisque verum invenire. Ab hac numquam recedit iusticia pietas religio omnis alius comitatus virtutum consertarum et inter se coherencium. Hec docuit colere divina humana diligere et penes deos imperium esse inter homines consortium. Quod aliquamdiu inviolatum mansit antequam societatem avaricia distraxit et paupertatis causa eciam hiis quos fecit locupletissimos fuit. Desierunt enim omnia possidere dum volunt propria. Sed primi mortalium quique ex hiis geniti naturam incorrupti sequebantur eundem habebant et ducem et legem commissi melioris arbitrio. Nature est enim potioribus deteriora summittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora preposita sunt aut vehementissima. Non precedit armenta degener taurus sed qui magnitudine ac thoris ceteros mares vicit. Elephantorum gregem excelsissimus ducit. Inter homines pro maximo est optimum. Animo itaque rector eligebatur ideoque summa felicitas erat gentium in quibus non poterat potentior esse nisi qui melior. Tuto enim quantum vult potest qui se nisi quod debet non putat posse. Illo ergo seculo quod aureum perhibent penes sapientes fuisse regnum Possidonius iudicat. Hii continebant manus et infirmiorem a validioribus tuebantur. Suadebant dissuadebantque et utilia atque inutilia monstrabant. Horum prudencia ne quid deesset suis providebat. Fortitudo pericula arcebat. Beneficencia augebat ornabatque subiectos. Officium erat imperare non regnum. Nemo quantum posset adversus eos experiebatur per quos ceperat posse. Nec erat cuique aut animus in iniuriam aut causa cum bene imperanti bene pareretur. Nichil quod rex maius minari male parentibus posset quam ut abirent e regno. Sed postquam subrepentibus viciis in tyrannidem regna conversa sunt opus esse cepit legibus quas et ipsas inter initia tulere sapientes. Solon qui athenas equo iure fundavit inter vii fuit sapiencia notos. Ligurgum si eadem etas tulisset sacro illi numero accessisset octavus. Zaleuci leges karondeque laudantur. Hii non in foro nec in consultorum atrio sed in pytagore tacito illo sanctoque secessu didicerunt iura que florenti tunc sicilie et ytalie grecie ponerent. Hactenus possidonio assencio. Artes quidem a philosophia inventas quibus in cotidiana vita utitur non concesserim nec illi fabrice gloriam. Illa inquit sparsos et aut casis tectos aut aliqua rupe suffossa aut exese arboris trunco docuit tecta moliri. Ego vero philosophiam iudico non magis excogitasse has machinationes tectorum supra tecta surgencium et urbium urbes prementium quam vivaria piscium in hoc clausa ut tempestatum pericula non adiret gula et quamvis acerrime pelago seviente haberet luxuria portus suos in quibus distinctos piscium greges

sagmariis. Quid agis? philosophia homines docuit habere clavem et seram. quid aliud erat avaritie signum dare. philosophia hoc enim tanto habitantium periculo imminentia tectura suspendit. Parum enim erat fortuitis tegi et sine arte et sine difficultate naturale invenire sibi aliquod receptaculum. Mihi crede felix illud seculum ante architectos fuit, ante architectores. Ista nata sunt iam nascente luxuria, in quadratum tigna decidere et serra per designata currente certa manu trabem scindere. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Non enim tecta cenationum epulas recepture parabantur, nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine vicis intremiscentibus, ut ex illa lacunaria auro gravia penderent. Furce utrimque suspense fulciebant casam, spissatis ramalibus ac fronde congesta et in proclive disposita decursus imbribus quamvis magnis erat. Sub his tectis habitavere sed securi. Culmus liberos texit, sub marmore atque auro servitus habitat. In illo quoque dissentio a Possidonio quod ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus viris iudicat. Isto enim modo dicat licet sapientes fuisse per quos tunc laqueos captare feras et fallere visco inventum et magnos canibus circumdare saltus. Omnia enim ista sagacitas hominum non sapientia invenit. In hoc quoque dissentio sapientes fuisse qui ferri metalla et eris invenerunt cum incendio silvarum adusta tellus in summo venas iacentes liquefacta fudisset. Isto tales inveniunt quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis questio mihi videtur quam Possidonio utrum malleus in usu esse prius an forcipes ceperint. Utraque invenit aliquis excitati ingenii, acuti, non magni nec elati, et quicquid aliud corpore incurvato et animo humum spectante querendum est. Sapiens facilis victu fuit. Quidni, cum in hoc quoque seculo esse quam expeditissimus cupiat. Quomodo oro te convenit ut et Diogenem mireris et Dedalum? Uter ex his sapiens tibi videtur, qui serram commentus est, an ille qui cum vidisset puerum cava manu bibentem aquam fregit protinus exceptum e perula

calicem cum hac obiurgatione sui: Quamdiu homo stultus supervacuas sarcinulas habui! Quid? cum se complicuit in dolio et in eo cubitavit? Hodie utrum tandem sapientiorem putas qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet aut siccat et versatilia cenationum laquearia ita coagmentat ut subinde alia facies atque alia succedat et totiens tecta quotiens fericula mutentur, an eum qui et aliis et sibi hoc monstrat quam nichil nobis natura durum ac difficile imposuerit, posse nos habitare sine marmorario ac fabro, posse nos vestitos esse sine commercio sericorum, posse nos habere usibus nostris necessaria si contenti fuerimus hiis que terra posuit in summo. Quem si audire humanum genus voluerit tam supervacuum sciet sibi cocum esse quam militem. Illi sapientes fuerunt aut certe sapientibus similes quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria, in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequere naturam. Illa noluit esse districtos; ad quecumque nos cogebat instruxit. Frigus intollerabile est corpori nudo. Quid ergo? non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore satis habunde que defendere queunt? Non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? Non avium plume in usum vestis conseruntur? Non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, que tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt? Opus est tamen calorem solis estivi umbra crassiore propellere. Quid ergo? non vetustas multa abdidit loca que vel iniuria temporis vel alio quolibet casu excavata in specum recesserunt? Quid ergo? non quilibet virgeam cratem texuerunt manu et vili obleverunt luto, deinde de stipula aliisque silvestribus operuere fastigium, et pluviis per devexa labentibus hiemem transiere securi? Quid ergo? non in defosso latent Sirtice gentes quibusque propter nimios solis ardores nullum tegimentum satis repellendis caloribus solidum est nisi

ipsa aedes habitamus. Non fuit tam inimica natura ut cum omnibus aliis animalibus facilem actum vite daret, homo solus non posset sine tot artibus vivere. Nichil horum ab illa nobis imperatum est, nichil egre querendum ut possit vita produci. Ad parata nati sumus. Nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Tecta tegimentaque et fomenta corporum et cibi et que nunc ingens negotium facta sunt obvia erant et gratuita et opera levi parabilia. Modus enim omnium prout postulabat necessitas erat. Nos ista preciosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura. Luxuria descivit que cottidie se ipsa incitat et tot seculis crescit et ingenio adiuvat vicia. Primo supervacua cepit concupiscere, inde contraria, novissime animum corpori addixit et illius deservire libidini iussit. Omnes iste artes quibus aut civitas circitatur aut strepit corporis negotium gerunt. Cui omnia olim tamquam servo prestabantur, nunc tamquam domino parantur. Itaque hic textorum, hic fabrorum officine sunt, hic odores coquentium, hic mollia corporis motus docentium molles quoque cantus et infractos. Recessit enim ille naturalis modus desideria ope necessaria finiens. Iam rusticitatis et miserie est velle quantum sufficit. Incredibile est Lucili quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat a vero. Ecce Posidonius, ut mea fert opinio ex hiis qui plurimum philosophie contulerunt, dum vult describere primum quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoque ducantur, deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum subtemen insertum quod duritiam utrimque comprimentis trame remolliat spatha coire cogatur et iungi, textrinum quoque artem a sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus in quo tela iugo vincta est. Stamen secernit arundo. Inseritur medium radiis subtemen acutis quod lato paviunt insecti pectine dentes. Quid si contigisset illi adire has nostri temporis telas quibus vestis nichil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium sed nullum pudoris est?

Transit deinde ad agricolas nec minus facunde describit proscissum aratro solum et iterum aratum, quo solutior terra facilius pateat radicibus, tunc sparsa semina et collectas manu herbas ne quid fortuitum et agreste succrescat quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium, tamquam nunc plurima cultores nova inveniant per que fertilitatem augeant. Deinde non est contentus hiis artibus, sed in pistrinum sapientem submittit. Narrat enim quemadmodum rerum naturam imitatus panem ceperit facere. Receptas inquit in os fruges concurrens inter se duritia dentium frangit, et quicquid excidit ad eosdem dentes lingua refert; tunc umore miscetur ut facilius per fauces lubricas transeat; cum pervenit in ventrem, aequali eius fervore concoquitur; tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis secutus exemplar lapidem asperum aspero imposuit ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius expectat. Deinde utriusque attritu grana franguntur et sepius regeruntur donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Tunc farinam aqua sparsit et assidua tractatione perdomuit finxitque panem, quem primo cinis calidus et fervens testa percoxit. Deinde furni paulatim reperti et alia genera quorum fervor serviret arbitrio. Non multum afuit quin sutrinum quoque inventum a sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim non sapientis inventa sunt, tam mehercules quam navigia quibus amnes quibusque maria transimus aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, et additis a tergo gubernaculis que huc atque illuc cursum navigii torqueant. Exemplum a piscibus tractum est qui cauda reguntur et levi eius in utrumque momento velocitatem suam flectunt. Omnia inquit hec sapiens quidem invenit, sed minora quam ut ipse tractaret sordidioribus ministris dedit. Immo non aliis excogitata ista sunt quam quibus hodieque curantur. Quedam nostra demum prodisse memoria scimus, ut speculariorum usum perlucente testa clarum transmittentium lumen, ut suspensuras balneorum et impressos parietibus tubos per quos circumfunderetur calor qui ima simul ac summa foveret equaliter. Quid loquar marmora quibus templa, quibus domus fulgent? Quid lapideas moles in rotundum ac leve formatas quibus porticus et capacia populorum

al aequalium

arguti

texta sunt et pinnis. Quid verborum notas
quibus quamvis citata excipitur oratio et celeri-
tatem linguae manus sequitur? Vilissimorum
mancipiorum ista commenta sunt. Sapientia
altius sedet nec manus edocet, animorum
magistra est. Vis scire quid illa eruerit,
quid ne effecerit? De decoros motus corporis
nec varios per tubam ac tibiam cantus, quibus
exceptus spiritus aut in exitu aut in transitu
formatur in vocem. Non arma nec muros
nec bella utilia molitur. Paci favet et
genus humanum ad concordiam vocat. Non
est, inquam, instrumentorum ad usus necessarios opifex.
Quid illi tam parvula assignas? Artificem
vides vitae. Alias quidem artes sub dicione
habet. Illa cui vita, vitae quoque ornantia sunt.
Ceterum ad beatum statum tendit, illo ducit,
illo vias aperit, quae sunt mala, quae
videntur ostendit, vanitatem exuit mentibus,
dat magnitudinem solidam, inflatam vero
et ex inani speciosam reprimit. Nec ignorari
sinit inter magnam et tumidam quid intersit,
totius naturae ac sui notitiam tradit. Quid
sint dii, quales, declarat. Quid inferi,
quid lares et genii, quid in secundam numinum
poete formam sortitae ac perpetuae, ubi consistant,
quid agant, quid possint, quid velint.
Haec eius initiamenta sunt, per quae non
municipale sacrum sed ingens deorum
omnium templum, mundus ipse, reseratur,
cuius vera simulacra verasque facies
cernendas mentibus protulit. Nam ad specta-
cula tam magna hebes visus est. Ad
initia rerum. Deinde redit aeternamque
rationem inditam et vim omnium seminum singula
proprie figurantem. Tunc de animo coepit
inquirere, unde esset, ubi, quamdiu, in quot
membra divisus. Deinde a corporibus
se ad incorporalia transtulit veritatemque et ar-
gumenta eius excussit. Post haec quemadmodum
discernerentur vitae aut vocis ambigua;
in utraque enim falsa veris inmixta sunt.
Non abduxit, inquam, se, ut Posidonio videtur,
ab istis artibus sapiens, sed ad illas
omnino non venit. Nihil enim dignum inventu
iudicasset quod non erat dignum perpetuo
usu iudicaturus. Ponenda non sumeret.
Anac Anacharsis inquit invenit rotam figuli, cuius
circuitu vasa formantur. Deinde quia
Ho apud Homerum invenitur figuli rota, maluit
videri versus falsos esse quam fabulam. Ego nec
Anacharsim auctorem huius rotae fuisse contendo,
et si fuit, sapiens quidem hoc invenit,
sed non tamquam sapiens, sicut multa sapientes
faciunt qua homines sunt, non qua sapientes
sunt. Puta velocissimum esse sapientem,
cursu omnes anteibit qua velox est, non qua
sapiens. Cupio Posidonio aliquem
vitrearium ostendere qui spiritu vitrum in
habitus plurimos format, qui vix dili-
genti a manu effingerentur. Haec inventa
sunt postquam sapientem invenire desivimus. De
Democritus, inquit, invenisse dicitur
fornicem, ut lapidum curvatura paulatim
inclinatorum medio saxo alligaretur. Hoc
dicam falsum esse. Necesse est enim ante De-
mocritum et pontes et portas fuisse, quarum
fere summa curvantur. Excidit porro vobis
eundem Democritum invenisse quemadmodum
ebur molliretur, quemadmodum decoctus
calculus in zmaragdum converteretur, qua
hodieque coctura inventi lapides hoc utiles
colorantur. Ista sapiens licet invenerit
~~quid in lucem protraxerint~~ non qua sapiens
erat invenit. Multa enim facit quae ab
imprudentissimis aut aeque fieri videmus
aut peritius aut exercitatius. Quid sa-
piens investigaverit, quid in lucem
protraxerit quaeris? Primum verum naturamque,
quam non ut cetera animalia oculis secutus
est, tardis ad divina. Deinde vitae legem,
quam ad universa direxit, nec nosse
tantum sed sequi deos docuit et accidentia
non aliter excipere quam imperata. Vetuit parere
opinionibus falsis, et quanti quidque esset
vera aestimatione perpendit. Damnavit
mixtas paenitentia voluptates et bona
semper placitura laudavit. Et palam
fecit felicissimum esse cui felicitate
non opus est, potentissimum esse qui se
habet in potestate. Non de ea philosophia loquor quae
civem extra patriam posuit, extra mundum deos,
quae virtutem donavit voluptati, sed illa
quae nullum bonum putat nisi quod
honestum est, quae nec hominis nec fortunae
muneribus deleniri potest, cuius hoc pretium est
non posse pretio capi. Hanc philosophiam fuisse
illo rudi saeculo quo adhuc artificia
deerant et ipso usu discebantur utilia non
credo. Sicut aut fortunata tempora cum in medio

iacerent. Concessa non permisit vita, dum cunctos avaritia atque luxuria dissociavere mortales et ad rapinam ex consortio discursum est. Non erant illi sapientes viri, etiam si faciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani non alium quisquam suspexerit magis, nec si cui permittat deus terrena formare et dare gentibus mores, aliud probaverit quam quod apud illos fuisse memoratur, apud quos nulli subigebant arva coloni; ne signare quidem aut partiri limite campum fas erat. In medium quaerebant, ipsaque tellus omnia liberius nullo poscente ferebat. Quid hominum illo genere felicius? In commune rerum natura fruebantur; sufficiebat illa ut parens in tutelam omnium; haec erat publicarum opum secura possessio. Quid ni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim, in quo pauperem invenire non posses? Irrupit in res optime positas avaritia et, dum seducere aliquid cupit atque in suum vertere, omnia fecit aliena et in angustum se ex immenso redegit. Paupertatem intulit et multa concupiscendo omnia amisit. Licet itaque nunc concurrat et reparare quod perdidit, licet agros agris adiciat vicinum vel pretio pellens vel iniuria, licet in provinciarum spatium rura dilatet et possessionem vocet per sua longam peregrinationem: nulla nos finium propagatio eo reducet unde discessimus. Cum omnia fecerimus, multum habebimus: universum habebamus. Terra ipsa fertilior erat illaborata et in usus populorum non diripientium larga. Quidquid natura protulerat, id non minus invenisse quam inventum monstrare alteri voluptas erat; nec ulli aut superesse poterat aut deesse; inter concordes dividebatur. Nondum valentior imposuerat infirmiori manum, nondum avarus abscondendo quod sibi iaceret alium necessariis quoque excluserat; par erat alterius ac sui cura. Arma cessabant incruentaeque humano sanguine manus odium omne in feras verterant. Illi quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui adversus saevitiam hiemis aut imbris vili receptaculo tuti sub fronde vivebant, placidas transigebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura versat et acerrimis excitat stimulis: at quam mollem somnum illis dura tellus dabat! Non impendebant caelata laquearia, sed in aperto iacentes

[illegible]

sidera superlabebantur et insigne spectaculum noctium mundus in praeceps agebatur, silentio tantum opus ducens. Tam interdiu illis quam nocte patebant prospectus huius pulcherrimae domus. Libebat intueri signa ex media caeli parte vergentia, rursus ex occulto alia surgentia. Quid ni iuvaret vagari inter tam late sparsa miracula? At vos ad omnem tectorum pavetis sonum et inter picturas vestras, si quid increpuit, fugitis attoniti. Non habebant domos instar urbium: spiritus ac liber inter aperta flatus et levis umbra rupis aut arboris et perlucidi fontes rivique non opere nec fistula nec ullo coacto itinere obsolefacti sed sponte currentes et prata sine arte formosa, inter haec agreste domicilium rustica politum manu. Haec erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare nec ipsam nec pro ipsa timentem: nunc magna pars nostri metus tecta sunt. Sed quamvis egregia illis vita fuerit et carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc iam in opere maximo nomen est. Non tamen negaverim fuisse alti spiritus viros et, ut ita dicam, a diis recentes; neque enim dubium est quin meliora mundus nondum effetus ediderit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit et ad labores paratior, ita non erant ingenia omnibus consummata. Non enim dat natura virtutem: ars est bonum fieri. Illi quidem non aurum nec argentum nec perlucidos lapides in ima terrarum faece quaerebant parcebantque adhuc etiam mutis animalibus: tantum aberat ut homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret. Nondum vestis illis erat picta, nondum texebatur aurum, adhuc nec eruebatur. Quid ergo? Ignorantia rerum innocentes erant; multum autem interest utrum peccare aliquis nolit an nesciat. Deerat illis iustitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his virtutibus habebat similia quaedam rudis vita: virtus non contingit animo nisi instituto et edocto et ad summum assidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur, et in optimis quoque, antequam erudias, virtutis materia, non virtus est.

Quod ad omne quod evenire potest firmandus est animus, et quod omnia mortalium mobilia damnata sunt, ut non indignetur sed equo animo.

ep. 91

Liberalis noster nunc tristis est nuntiato incendio quo Lugdunensem coloniam

virgilta est. Nonne hic tam quelibet posset
necdum hominem patrie sue amantissimum que
res effecit ut firmitate animi sui gratulari
quam videlicet adeo que timeri posse pu
tabat evenerint. Hoc vero tam inopinatum
malum et pene inauditum non minor. Sed
sine metu fuit est et sine exemplo. Civitas
enim civitates incendium nec tamen illas
abstulit. Illa etiam ubi hostili manu
coniecta ignis consumpsit est. multa loca
desierit. et civibus subinde potitus est raro
tamen sic tota depastus est ut nichil ferro
relinqueret. Terrarum quoque uno intra tam
civibus et preciosis fuit motus ut tota
oppida everteret. Nusquam demum tam consuetum
illi apparuit incendium. ut nichil alteri
superesset incendio. Est pulcerrima
urbs que singula illustrare urbes sin
gulatim possent. amanoq stravit. et
in tanta pace quantum de bello quidem tibi
pene accidit. Demum hec credat ubique
armis quiescentibus toto orbe terrarum
diffusa securitas sit. Languidinum quod
ostendebatur in gallia ter omnibus for
tuna quos publice afflixit et passim
erant timendum promisit. Nulla res magna
non aliquod habet ruine sue spacium in
hac una nox intersunt. inter urbem maximam
et nullam. Denique omnia illa tibi perisse
quam periret narro. Hec omnia liberaliter un
affectum inclinandum adversus sua firmum
ac erectum nec sine causa concussus est.
Inexpectata plus aggravant novitas addi
dit calamitatibus pondus. nec quisque
morbum non magis quam etiam miratus est
doluit. Ideo nichil nobis inprovisum
esse debet. In omnia premittendus animus
cogitandumque non committitur solet sed quicquid
potest fieri. Quid enim est quod non fortuna tam
voluit aut florentissimo detrahat. quod
eo magis aggrediatur et quatiat quo spec
ciosius fulget. Quid illi arduum quid
ne difficile est. non uni invadit sed nec tota
quidem incurrit. Gradus innumerabiles contra hos magis
admovet. me sunt et quieta urbibus ducit
pericula sine auctore. Nullum tempus
exceptum est. In ipsis voluptatibus cause
doloris oriuntur. Bellum de media pace
surgit et auxilia securitati de modum tran
seunt et amicos mittitur hostis odio

In subitas tempestates hybernis maior
vastitas. estiva tranquillitas. Omne hoste
patuit hostilia redactis omnibus. Italia de
finitur nimia sibi felicitas invenit
in navibus temperatissimos morbus va
lidissimos pestis innocentissimos pena
scelestissimos tumultus. Effugit ad nocu
taque quod velut ablatus vires suas
migrat. Denique longa series multis
laboribus multa deorum indulgentia struxerat
id unius dies sumpsit ac dissipavit.
2 Longam moram dedit. malis properantibus
quin diem dixit. Horam. momentumque quo
tenderis imperiis sufficit. Esset aliquod
imbecillitatis nostre solacium rerum quod nostrarum
si tanta repente concita qua struuntur.
Nunc incrementa lente occidunt. festina
in dampnum nichil privatum nichil publice
stabile est. tam hominum quam urbium fata volvuntur.
Inter placidissima terror existit. Nichil
quoque tumultuantibus causis mala unde
minime expectabantur erumpunt. Que do
mesticis bellis steterant regna quoque motus
impellente nullo ruunt. quam aliquod
eque felicitate civitas pertulit. Cogi
tanda ergo sunt omnia et animus adversus ea
que possunt evenire firmandus. Exilia
tormenta morbi bella naufragia me
ditare. potest te patrie potest tibi patriam
casus eripere potest te in solitudinem abicere
potest hoc ipsum in quo turba suffocatur
fieri solitudo. tota ante oculos sortis
humane condicio ponatur. nec quantum
frequenter evenit. sed quantum plurimum
potest evenire presumamus animo si nolumus
opprimi. nec in illis insolitis velud
nobis obstupefieri. Implendum cogitanda
fortuna est. Quotiens Asie quotiens Achaie
urbes uno tremore ceciderunt. Quot
oppida in Syria quot in Macedonia de
vorata sunt. Cyprum quotiens vastavit
hec clades quotiens in se Paphus corruit
frequenter nobis nunciati sunt totarum
urbium interitus. et nos inter quos ista
frequenter nunciantur. tota pars quota sumus.
Consurgamus itaque adversus fortuita
et quicquid inciderit sciamus non esse tam
magnum quam rumore iactetur. Civitas
arsit opulenta ornamentumque provinciarum

quibus et inserta erat et concepta.
Nunc tamen imposita et haret non altissimis
modo. Dixi sparsarum civitatum quibus nec
magnificentias ac nobiles audis vestigia
quoque superesse credere. Nos videmus quedam
maximarum et achaia clarissimarum urbium
ad fundamenta consumpta sunt. nec
quicquam extat ex quo appareat illas saltem
fuisse. Nos tamen manifestam labuntur et
nec quenam arte aliquam industria reperta
ille dies. Iuga montium defluunt tote
desertas regiones opera sunt fluctibus
que procul a conspectu maris stabant
Vicerunt igitur colles per quos eluebant
stabilitates et quondam altissimas urbes spa
cia navigantium ac speculas ad humiles
deduxerunt. Iamque naturae opera vocant et
ideo eque demo ferre debemus urbium eo
rundem casum omnia exeunt. omnibus
eorundem manet fine inextricabili statu
et preclusa mole pondus sub quo
iacent occiderunt. sive terremotu
abdito vastior obstacula effregerunt sive
flammarum molestia terrarumque sole ru
perunt. sive vetustas et qua nichil
tutum est expugnaverunt immunitati
sive gravitatis celi contrahit, pestis et confines
deserta corruperit. Dum hec omnes
fatorum malis longum est. Hec unde
sed omnium mortalium opera mortalitate
dampnata sunt nec peritura minime.
Hec ego aliquam esse credo. pelago amoris li
berali nec incredibili quodam patrie
sue amore flagrat. que fortasse con
fusa est ut deinde melius exsurgeret. Sepe
minori fortune locum fecit iniuria multa
ceciderunt ut altius resurgerent. et in
malis et magnitudinem felicitatem urbibus
innumeris tribuat. Romene sibi vitu
dia ab hoc uno dolorem esse quod surget
meliora resurrectura quam arsissent. In
hac quoque urbe versatile est certaturos
omnes ut meliora certiora quam que amisit
restituat. Cum ne diuturna et melius
urbibus auspitiis in ea domo longeque condita

Hic non deficiat sed in melancolia dimisit

Ratio. Hinc colonie aborigine sua centesimum
annus est. Etas ne hominum quidem extrema
apud eos deducta in hac frequentia loca opu
lentiate equalivit. Dum tu gravissimos
casus intus spatium hominem senectus, stantque
firmiter annique ad intellectum. patientia quos
fortes fuerunt et statum malis in cursibus se fortune
adversus impia alia adhuc habere vires quas
adversus homines mitius hoc indignandum
est. In circumtravinium invidia a quo hic
regibus minuit. Placet pare non placere
quotidieque in eis sed indignare, siquidem de te
tamque propere constitutum est. Sed hec
fundamos hominis quod natus alligat in gra
tia fato reuterere a quo sua resolvuntur.
Non est quod nos tumulus inveniat. Sed
hic maximum est que nunc disparia
pectorum. Surgit omnes cuius pueros nascentium
patres morum fide de urbibus quod
de urbium maxime dico. ita ardeat arapta
quam Roma est. Conditor alie urbis humani
non talibus nos nec nomini claritate distinxit
non diu fuimus nisi non ad finem mortalium
ventum est. Dixerunt inquit omnes quam tia
fuimus. Decemviles esto ad suam parecida
pares fuimus. nemo altius fragilior et
nemo in crastinum sui certior. Alexander
macedonum rex dixit geometria et
pater infelix futurus quod pusilla tua
esset exiguam indutum et campaneat ista
dum infelix obstet quod intelligere debebat
falso se gerere. Humus dum esse tam magnum
et pusillum. Erant illa que tradebant
subtilia et diligenti intentione discenda
non que perire possent nostrum spe et tunc
tecum cogitationes suas interius. Ita
alia inquit me doce. Cum preceptor inquit
Ista omnibus eadem sunt eque difficilia
Hoc puta verum namque dicere. Ista de quibus
queratis. Omnibus eadem sunt. nulli
dare facilius possunt. Sed quamvis nolet
sibi ipsi illa reddet facilius. Sed equitem
Sic altas oportet et sitas et consules et
senectas et tibi longior contigerit inter
homines morari regnatores. et pedes atque
et pedes. non de tuo quam illis quod te circumstrepunt
tedias. nichil horum malum est nichil
intollerabile aut durum. Hoc consensu
istos inclitus est sic morte eos quos faciam
demum ante seculum hoc verba inertie

Eleganter Demetrius noster solet dicere eodem loco sibi esse voces imperitorum quo ventre redditos crepitus. Quid enim mea refert sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est vereri ne infameris ab infamibus. Quemadmodum effugimus sine causa, sic et illa que nunquam timeres nisi fama iussisset. Numquid detrimentum faciet vir bonus iniquis rumoribus sparsus? Ne morti quidem. Hec apud nos [illegible] et hec mala [illegible] habet. Nemo illam quam illa accusat expertus est. Interim temeritas est dampnare quod nescias. At illud scis quam multis utilis sit, quam multos liberet tormentis, egestate, querelis, suppliciis, tedio. Non sumus in ullius potestate cum mors in nostra potestate sit. Vale.

De fortuna contra eos qui dicunt sola virtute non fieri beatum sine corporis commoditatibus vel fieri quidem beatum sed non beatissimum. Ubi tradit hec fortuna nec bona esse nec mala et ideo nec beatum facere nec miserum et de excellentia animi.

Puto inter me et te conveniat externa corporis acquiri causa, corpus in honorem animi coli, animo esse partes ministras per quas movemur alimurque propter ipsum principales nobis datas. In hoc principali est aliquid irrationale est et rationale. Illud huic servit. Hoc unum est quod alio non refertur sed omnia ad se refert. Nam illa quoque divina ratio omnibus preposita est, ipsa sub nullo est. Et hec autem nostra eadem est que ex illa est. Si de hoc inter nos convenit sequitur ut de illo quoque conveniat, in hoc uno positam beatam vitam ut in nobis ratio perfecta sit. Hec enim sola non summittit animum, stat contra fortunam; in quolibet rerum habitu securos servat. Id autem unum bonum est quod nunquam defringitur. Ille est, inquam, beatus quem nulla res minorem facit; tenet summa et nulla re nisi se [illegible]. Nam qui aliquo auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est, incipient multa in nobis valere non nostra. Quis autem vult constare fortuna aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata vita? Securitas et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicata tenax. Ad hec quo pervenit?

Si civitas tota perfecta est, consummatus est ordinibus [illegible] modus decor, innoxia voluntas ac benigna, intenta rationi nec unquam ab illa recedens, amabilis simul mirabilisque. Denique ut breviter tibi formam scribam, talis animus esse sapientis viri debet qualis deo deceat. Quid potest desiderare cui omnia honesta contigerunt? Nam si possunt aliqua non honesta conferre ad optimum statum, in his erit beata vita sine quibus non est. Et quid turpius stultiusve quam bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant quia parum plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater quoque inter magnos secte huius auctores aliquid se tribuere dicit externis sed exiguum. Ad modum vides quale sit die non esse contentum nisi aliquis igniculus alluxerit. Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus, necesse est aut quietem addi velis quam greci [illegible] aut voluptatem. Horum alterum utrumque recipi potest. Vacat enim animus molestia liber ad inspectum universi, nichilque illum avocat a contemplatione nature. Alterum illud, voluptas, bonum pecoris est. Addimus rationali irrationale, honesto inhonestum, magno vitam facit titillatio corporis. Quid ergo dubitatis dicere bene esse homini si palato bene est? Et hunc tu non dico inter viros sed inter homines numeras, cuius summum bonum saporibus et coloribus ac sonis constat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo ac diis secundo; mutis aggregetur animal pabulo letum. Irrationalis pars animi duas habet partes, alteram animosam, ambitiosam, impotentem, positam in affectionibus, alteram humilem, languidam, voluptatibus deditam. Illam effrenatam, meliorem tamen, certe fortiorem ac digniorem viro reliquerunt, hanc necessariam beate vite putaverunt, enervem et abiectam. Huic rationem servire iusserunt et fecerunt animalis generosissimi bonum demissum et ignobile, preterea mixtum portentosumque et ex diversis ac male congruentibus membris. Nam ut ait Virgilius noster in Scilla, prima hominis facies et pulchro

pectore virgo pube tenus

Et pectore virgo pube tenus postrema
immani corpore pistrix delphinum cau-
das utero commissa luporum. Huic tamen Scylle
fera animalia iuncta sunt horrenda velocia.
At isti sapientiam ex quibus composuere portentis?
Prima hominis pars est ipsa virtus; huic committitur
inutilis caro et fluida receptandis tan-
tum cibis habilis ut ait Posidonius. Virtus
illa divina in lubricum desinit et superioribus
eius partibus venerandis atque celestibus
animal iners ac marcidum attexitur.
Illa ut cetera alta quies nichil quidem
ipsa animo prestabat sed impedimenta
removebat. Voluptas ultro dissolvit
et omne robur emollit. Que tam inconvenien-
ter discors inter se iunctura corporis fortis-
sime rei inertissime astruitur? severis-
sime parum seria sanctissime intemperans
usque ad incesta. Quid ergo inquis si vir-
tuti nulla impeditura sit bona va-
letudo et quies et dolorum vacatio non
petes illas? Quidni petam? non quia
bona sunt sed quia secundum naturam sunt et
quia bono a me iudicio sumentur. Quid
erit tunc in illis bonum? Hoc unum bene
eligi. Nam cum vestem qualem decet sumo
cum ambulo ut oportet cum ceno quemadmodum
debeo non cena aut ambulacio aut
vestis bona sunt sed meum in hiis pro-
positum servantis in quaque re rationi conve-
nientem modum. Etiam nunc addiciam: munde
vestis electio appetenda est homini. Nam
enim homo mundum et elegans animal est. Itaque
non est bonum per se munda vestis sed munde
vestis electio quia non in re bonum est
sed in electione quali; actiones nostre ho-
neste sunt non ipsa que aguntur. Quod de
veste dixi id de corpore me existima dicere.
Nam hoc quoque natura ut quandam vestem animo
circumdedit; velamentum eius est. Quis
autem umquam vestimenta estimavit arcula?
nec bonum nec malum vagina gladium
facit. Ergo de corpore quoque idem tibi respondeo:
sumpturum quidem me si detur electio
et sanitatem et vires; bonum autem futurum
iudicium de illis meum non ipsa. Est quidem
inquit sapiens beatus; summum tamen illud bonum
non consequitur nisi illi et naturalia instrumenta
respondeant. Ita miser quidem esse qui virtutem
habet non potest, beatissimus autem non est qui naturalibus
bonis destituitur ut valitudine ut membrorum
integritate. Quod incredibilius videtur
id concedis aliquem in maximis et continuis
doloribus non esse miserum esse etiam beatum;
quod levius est negas ~~id quidem~~ beatissimum
esse. Atqui si potest virtus efficere ne miser
aliquis sit facilius efficiet ut beatissimus
sit. Minus enim intervalli a beato ad beatissimum
restat quam a misero ad beatum. An quod tan-
tum valet ut ereptum calamitatibus inter
beatos locet non potest adicere quod superest
ut beatissimum faciat? In summo deficit clivo? Commoda
sunt in vita et incommoda utraque extra nos.
Si non est miser vir bonus quamvis omnibus
prematur incommodis quomodo non est beatissimus
si aliquibus commodis deficitur? Nam quemadmodum
incommodorum onere usque ad miserum non
deprimitur sic commodorum inopia non deducitur
a beatissimo. Sed tam sine commodis beatissimus
est quam non est sine incommodis miser aut
potest illi eripi bonum suum si potest minui.
Paulo ante dicebam igniculum nichil
conferre lumini solis; claritate enim eius quicquid
sine illo luceret absconditur. Sed quedam
inquit soli quoque obstant. At sol integer est etiam
inter opposita, et quamvis aliquid interiacet quod
nos prohibeat eius aspectu in opere est
cursu suo fertur. Quociens inter nubila luxit
non est sereno minor; ne tardior quidem, quoniam multum
interest utrum aliquid obstet tantum an impe-
diat. Eodem modo virtuti opposita nichil de-
trahunt; non est minor sed minus fulget.
Nobis forsitan non eque apparet ac nitet;
sibi eadem est et more solis obscuri in
occulto vim suam exercet. Hoc itaque adversus
virtutem possunt calamitates et dampna et iniurie
quod adversus solem potest nebula. Invenitur
qui dicat sapientem corpore parum prospero
usum nec miserum esse nec beatum. Hic
quoque fallitur; exequat enim fortuita virtutibus
et tantundem tribuit virtutibus quantum honestate
carentibus. Quid autem fedius quid indig-
nius quam comparari veneranda contemptis?
Veneranda enim sunt fides iusticia pie-
tas fortitudo prudentia. E contrario vilia
sunt que sepe contingunt plenioria vilissi-
mis: crus solidum et lacertus et dentes et horum
sanitas firmitasque. Deinde si sapiens
cui corpus molestum est nec miser habebitur
nec beatus sed in medio relinquetur vita quoque

cum nec appetenda erit nec fugienda
Illud autem tam absurdum quod sapientis vitam
appetendam non esse. Dicit quod tam certa fide
quam esse aliquam vitam nec appetendam nec
fugiendam. Deinde si damna corporis miserum
non faciunt, beatum esse patiuntur. Nam quibus
potentia non est in peiorem transferendi statum
nec interpellandi quod optimum. Frigidum
nec aliquid et calidum novimus, inter utrumque
tepidum. Sic aliquis beatus est, alius miser,
aliquis nec beatus nec miser. Volo hanc
contra nos positam ymaginem excutere. Si
tepido illi plus frigidi ingessero fiet
frigidum. Si plus calidi affudero, fiet
novissime calidum. At huic nec misero
nec beato quantumcumque ad miserias adiecero
miser non erit, quemadmodum dicitis. Ergo
ymago ista dissimilis est. Deinde trado
tibi hominem nec miserum nec beatum. Huic
addo cecitatem, non fit miser. Addo de-
bilitatem, non fit miser. Addo do-
lores continuos et graves: miser non fit.
Quem tam multa in miseram vitam non transferunt
nec beata quidem educunt. Si non potest,
ut dicitis, sapiens ex beato in miserum
descendere, non potest in non beatum. Quare enim
qui labi cepit alicubi subsistat? Quae
res non patitur illum ad ymum devolvi
retinet in summo. Quid ni non possit beata
vita rescindi? Ne remitti quidem potest
et ideo virtus ad illam per se ipsam satis
est. Quid ergo, inquit, sapiens non est
beatior qui diutius vixit quem nullus
avocavit dolor quam ille qui cum mala
fortuna semper luctatus est? Responde
mihi: numquid melior est et honestior? Si
hec non sunt, nec beatior quidem est.
Rectius vivat oportet ut beatius vivat;
si rectius non potest, nec beatius quidem.
Non intenditur virtus, ergo nec beata quidem
vita que ex virtute est. Virtus enim tam
magnum bonum est ut istas accessiones minu-
tas non sentiat, brevitatem evi et do-
lorem et corporum varias offensiones.
Nam voluptas non est digna ad quam
respiciat. Quid est in virtute precipuum?
futuro non indigere nec dies suos computare.
In quantulolibet tempore bona eterna consummat.

Incredibilia nobis hec videntur et humanam
naturam excedentia. Maiestatem enim eius
ex nostra imbecillitate metimur et vitiis
nostris nomen virtutis imponimus. Quid porro
non eque incredibile videtur aliquem in
summis cruciatibus positum dicere beatus
sum? Atqui hec vox in ipsa officina vo-
luptatis audita est. Beatissimum inquit
hunc et ultimum diem ago Epicurus
cum illum hinc urine difficultates tor-
querent, hinc insanabilis exulcerati
dolor ventris. Quare ergo incredibilia
sint ista apud eos qui virtutem colunt,
cum apud eos quoque reperiantur apud quos
voluptas imperavit? Hii quoque degeneres
et humillime mentis aiunt in summis
calamitatibus sapientem nec miserum
futurum nec beatum. Hoc quoque incredibile
est, immo incredibilius. Non video enim
quomodo in infimum agatur a fastigio suo
deiecta virtus. Aut beatum prestare debet
aut si ab hoc depulsa est, non prohi-
bebit fieri miserum. Stans non potest
mitti; aut vincatur oportet aut vincat.
Diis inquit immortalibus solis et virtus
et beata vita contigit, nobis umbra quedam
illorum bonorum et similitudo. Accedimus ad
illa, non pervenimus. Ratio vero diis homini-
busque communis est: hec in illis consummata
est, in nobis consummabilis. Sed ad
desperationem nos vitia nostra perducunt.
Nam ille alter secundus est, ut aliquis
parum constans ad custodienda optima
cuius iudicium labat etiam nunc et incertum
iudicium est. Desiderat oculorum atque
aurium sensum, bonam valetudinem et
non fedum aspectum corporis et habitum
manente suo statu, preterea longius
spatium etatis. Per hec potest non penitenda agitare
vitam in imperfecto viro. Huic malicie vis
quedam inest quia animum habet mobilem
ad prava. Illa aperta acies malicia
et agitata abest. Et bono non est
adhuc bonus sed in bonum fingitur. Quicquid
autem deest alicui ad bonum malicia est.
Sed cui virtus animusque in corpore presens,
hic deos equat, illo tendit originis
sue memor. Nemo improbe eo conatur ascen-
dere unde descenderat. Quid est autem cur

non coniunctus in eo dum ad corpus quod de
pars est totum hoc quo continemur et unum
est et deus et socii sumus eius et membra
capax est noster animus perfertur illo si
vicia non deprimant quemadmodum corporum
nostrorum habitus erigitur et spectat in
celum ita animus cui in quantum vult licet
porrigi in hoc a natura rerum formatus
est ut paria diis vellet et si utatur
suis viribus ac se in spacium suum extendat
non aliena via ad summa nititur
magnus erat labor ire in celum redit cum
hoc iter nactus est vadit audacter
contemptor omnium nec ad pecuniam respicit
aurumque et argentum illis in quibus iacuere
tenebris dignissima non ab hoc esti-
mat splendore quo imperitorum ver-
berat oculos sed a vetere ceno ex
quo illa secrevit cupiditas nostra et
effodit scit inquam alicubi positas esse
divicias quam quibus congeruntur animum impleri
debere non archam hunc imponere dominium
rerum omnium licet hunc in possessionem rerum
nature inducere ut sua orientis occidentisque
terminis finiat deorum more cuncta posside-
ant cum opibus suis divites superbe
despiciat quorum nemo tam letus est de suo quam tristis de
alieno. Cum se in hanc sublimitatem tulit
corporis quoque ut oneris necessarii non amator
sed procurator est nec se illi cui impo-
situs est subicit nemo liber est qui
corpori servit nam ut alios dominos quos
nimia pro illo sollicitudo invenit
transeas ipsius morosum imperium delicatumque
est ab hoc modo equo animo exit
modo magno prosilit nec quis deinde
relicti eius futurus sit exitus querit sed
ut ex barba capillos detonsos negligimus
ita ille divinus animus egressurus hominem
quo receptaculum suum conferatur ignis
illud excludat an terra contegat an fere
distrahant non magis ad se iudicat pertinere
quam secundas ad editum infantem utrum proiectum
aves differant an consumatur canibus
data preda marinis quid ad illum qui
nullus est. Sed tunc quoque cum inter homines est
nullas post mortem minas timet. Ab eo
usque ad mortem timentur puerum? Non
conterret inquam nec uncus nec pro-
iecti ad contumeliam cadaveris laceratio
feda visuris neminem de supremo officio
rogo nulli reliquias meas commendo

ne quis insepultus esset rerum natura prospexit
quem sevicia proiecerit dies condet. Diserte
Mecenas ait nec tumulum curo se-
pelit natura relictos alte cinctum putas
dixisse habuit enim ingenium et grande
et virile nisi illud secundum discinxisset. Vale.

De brevi vita non curandum est
quod amplissimum vite spacium est
usque ad sapientiam vivere. lib. xvii

In epistola qua de morte Me- c. 93
tronactis philosophi querebaris tamquam c. 1
et potuisset diutius vivere
et debuisset equitatem tuam de-
sideravi que tibi in omni persona in omni nego-
cio superest in uno deest in quo omnibus
multos inveni equos adversus homines
adversus deos neminem obiurgamus cotti-
die fatum quare ille non rapitur quare
ille in medio cursu raptus est quare
senectutem et sibi et aliis gravem extendit
utrum obsecro te equius iudicas te nature
an tibi parere naturam quid autem interest
quam cito exeas unde utique exeundum est
non ut diu vivamus curandum est sed
ut satis. Nam ut diu vivas fato opus
est ut satis animo. Longa est vita si
plena est. Impletur autem cum animus
sibi bonum suum reddidit et ad se potestatem
sui transtulit. Quid illum octoginta
anni iuvant per inertiam exacti non vixit
iste sed in vita moratus est nec sero
mortuus est sed diu. Octoginta annis
vixit interest mortem eius ex quo die
numeres. At ille obiit viridis sed officia
boni civis boni amici filii executus
est in nulla parte cessavit licet etas
eius imperfecta sit vita perfecta est
Octoginta annis vixit immo octo-
ginta annis fuit nisi forte sic vixisse
eum dicis quomodo dicuntur arbores vivere
Obsecro te Lucili hoc agamus ut quemadmodum
preciosa rerum sic vita nostra non multum
pateat sed multum pendeat actu illam
metiamur non tempore vis scire quid inter
hunc intersit vegetum contemptoremque for-
tune functum omnibus vite humane
stipendiis atque in summum bonum eius
evectum et illum cui multi anni trans-
missi sunt alter post mortem quoque est alter ante
mortem perit. Laudemus itaque et in numero
felicium reponamus eum cui quantulumcumque

quibus contigit, sicut collocatum est, videt
eum vera luce. Hos sunt prius et multa
et invenit et inquirit. Aliquid ipse sibi usus
est. Aliquid ut solet validi sideris fulgor
per nubila emicuit. Quid queris quam-
diu vixerit? Ad posteros vivit; usque
transiliit et se in memoria dedit. Nec ideo
mihi plures annos accedere recusaverim;
nichil tamen mihi ad beatam vitam defuisse
dicam si spatium eius inciderit. Non enim
ad eum diem me aptavi quem ultimum mihi
spes avida promiserat, sed nullum non
tamquam ultimum aspexi. Quid me
interrogas quando natus sim, an inter
iuniores adhuc censear? Habeo meum.
Quemadmodum in minore corporis habitu
potest homo esse perfectus, sic et in minore temporis
modo potest vita esse perfecta. Etas inter
externa est. Quamdiu sim alienum est;
quamdiu ita ut sim meum est. Hoc a me
exige, ne velut per tenebras evum igno-
bile emetiar, ut agam vitam, non ut
pretervehar. Queris quod sit amplissimum
vite spatium? Usque ad sapientiam vivere.
Qui ad illam pervenit attigit non
longissimum finem sed maximum. Ille
vero glorietur audacter et diis agat gratias
interque eos sibi et rerum nature imputet
quod fuit. Merito enim imputavit: meli-
orem illis vitam reddidit quam accepit.
Exemplar boni viri posuit, qualis
quantusque esset ostendit. Si quid adi-
ecisset, simile fuisset preterito. Et tamen quousque
vivimus? Omnium rerum cognitione fruiti sumus.
Scimus a quibus principiis natura se attol-
lat, quemadmodum ordinet mundum,
per quas annum vices revocet, quemadmodum
omnia que usquam erunt incluserit et seipsam
sui finem fecerit. Scimus sidera impetu
suo vadere, preter terram nichil stare, cetera
continua velocitate decurrere. Scimus
quemadmodum solem luna pretereat,
quare tardior velociorem post se relinquat,
quomodo lumen accipiat aut perdat, que causa
inducat noctem, que reducat diem. Illuc
eundum est ubi ista propius aspicias.
Nec hac spe, inquit sapiens, fortius
exeo quod patere mihi ad deos iter iudico.
Meritum quidem admitti eram et inter
illos fui, animumque illo meum misi
et ad me illi suum miserunt. Sed tolle
me de medio, puta et post mortem nichil
hominis restare. Eque magnum habeo
animum, etsi nusquam transiturus excedo. Non
tam multis vixit annis quam potuit. Est
et paucorum versuum liber et quidem
laudandus atque utilis; annales Tanusii
scis quam ponderosi sint et quid vocentur. Hoc est vita quorundam
longa et Tanusii sequitur annales. Numquid
feliciorem iudicas eum qui summo die
muneris quam eum qui medio occiditur?
Numquid aliquem tam cupidum esse vite putas
ut iugulari in spoliario quam in arena
malit? Non maiore spatio alter alterum
precedimus. Mors per omnes it; idem accidit
consequenti occiso. Minimum est de
quo sollicitissime agitur. Quid autem
ad rem pertinet quamdiu vites quod evi-
tare non possis? Vale. Utrum pars philosophie

preceptiva superfluat disputatio et solutio et de advocatore quam malum

Eam partem [plures opiniones]
philosophie que dat proprie cuique
persone precepta nec in universum
componit hominem, sed marito suadet
quomodo se gerat adversus uxorem, patri
quomodo educet liberos, domino quomodo servos
regat, quidam solam receperunt, tam-
quam quis posset de parte suadere nisi qui
summam prius totius vite complexus esset.
Sed Aristo Stoicus e contrario hanc partem
levem existimat et que non descendat
in pectus usque; anus illa precepta habentem
plurimum ait proficere ipsa decreta philosophie
constitutionesque summi boni; quam qui
bene intellexit et didicit, quid
in quaque re faciendum sit sibi ipse precipit.
Quemadmodum qui iaculari discit
destinatum locum captat et manum format
ad dirigenda que mittit, sed hanc
vim ex disciplina et exercitatione percipit,
quocumque vult illa utitur. Didicit enim
non hoc aut illud ferire, sed quodcumque
voluit: sic qui se ad totam vitam
instruxit non desiderat particulatim ad-
moneri, doctus in totum. Non enim quomodo
cum uxore aut cum filio vivet, sed quo-
modo bene vivet. In hoc est et quomodo cum uxore
ac liberis vivat. Cleanthes utile

quidem iudicat et hanc partem sed imbecillam
nisi ab universo fluit nisi decreta ipsa
philosophie et capita cognovit. In duas ergo questiones
locus iste dividitur. Utrum utilis an
inutilis sit et an solus virum bonum
possit efficere id est utrum supervacua
sit an omnes faciant supervacuos.
Qui hanc partem videri volunt supervacuam
hoc aiunt. Si quid oculis oppositum moratur
aciem removendum est. Illo quidem
obiecto operam perdit qui precipit. Sic
ambulabis illo manum porriges.
Eodem modo ubi aliqua res obcecat animum
et ad officiorum dispiciendum ordinem
impedit nichil agit qui precipit. Sic vives
cum patre sic cum uxore. Nichil enim pro-
ficient precepta dum menti error
offusus est. Sed ille discutitur apparebit
quid cuique debeatur officio. Alioquin doces
illum quid sano faciendum sit non efficis
sanum. Pauperi ut agat divitem monstras
hoc quomodo manente paupertate fieri potest.
Ostendis esurienti quid tamquam satur
faciat. Fixam potius medullis famem
detrahe. Idem tibi de omnibus viciis dico.
Ipsa removenda sunt non precipiendum quod
fieri illis manentibus non potest. Nisi opiniones
falsas quibus laboramus expuleris. Nec
avarus quomodo pecunia utendum sit ex-
audiet nec timidus quomodo periculosa
contempnat. Efficias oportet ut sciat pe-
cuniam nec bonum nec malum esse. Ostendas
illi miserrimos divites. Efficiatur
ut quicquid publice expavimus sciat non
esse tam timendum quam fama circumfert. Nec
dolere quemquam nec mori. Sepe in morte
quam pati lex est magnum esse solacium
quod ad neminem redit. In dolore pro
remedio futuram obstinationem animi
qui levius sibi facit quicquid contumaciter
passus est. Optimam doloris esse naturam
quod non potest nec qui extenditur magnus
esse nec qui est magnus extendi. Omnia
fortiter excipienda que nobis mundi
necessitas imperat. His decretis cum illum
in conspectum sue condicionis adduxeris et
cognoverit beatam vitam esse non que secundum
voluptatem est sed secundum naturam cum virtutem
unicum bonum hominis adamaverit turpitu-
dinem solum malum fugerit reliqua omnia
divitias honores bonam valitudinem
vires imperia scierit esse mediam partem

nec bonis annumeranda nec malis moni-
torem non desiderabit ad singula qui dicat
sic incedit sic cena. Hoc viro hoc femine
hoc marito hoc celibi convenit. Ista enim
qui diligentissime monent ipsi facere non
possunt. Hoc pedagogus puero. Hoc avia
nepoti precipit. Et irascendum non esse magister
iracundissimus disputat. Si ludum litterarium
intraveris scies ista que ingenti supercilio
philosophi iactant in puerili esse prescripto. Utrum
manifesta deinde an dubia precipies.
Non desiderant manifesta monitorem precipienti
dubia non creditur. Supervacuum est precipere ergo.
Id adeo sic disce. Si id mones quod ob-
scurum est et ambiguum probationibus
adiuvandum erit. Si probaturus es illa
per que probas plus valent satisque per se
sunt. Sic amico utere sic cive sic socio.
Quare quia iustum est. Omnia ista mihi de
iusticia locus tradit. Illic invenio
equitatem per se expetendam. Nec metu
nos ad illam cogi nec mercede conduci
non esse iustum cui quicquam in hac virtute
placet preter ipsam. Hoc persuasi mihi et
perbibi. Quid ista precepta proficiunt
que eruditum docent. Precepta dare scienti
supervacuum est nescienti parum. Audire
enim debet non tantum quid sibi precipiatur
sed etiam quare. Utrum inquam veras opiniones
habenti de bonis malisque sunt necessaria
an non habenti. Qui non habet nichil a te
adiuvabitur. Aures eius contraria monitionibus
tuis fama possedit. Qui habet exactum
iudicium de fugiendis petendisque scit
sibi faciendum scit etiam te tacente.
Tota ergo pars ista philosophie summoveri potest.
Duo sunt propter que delinquimus. Aut inest
animo pravis opinionibus malicia contracta.
Aut etiam si non est falsis occupatus ad
falsa proclivis est et cito specie quod
non oportet trahente corrumpitur. Itaque
debemus aut percurare mentem egram
et vitiis liberare aut vacantem quidem
sed ad peiora pronam preoccupare. Utrumque
decreta philosophie faciunt. Ergo tale pre-
cipiendi genus nil agit. Preterea si precepta
singulis damus incomprehensibile opus
est. Alia enim dare debemus feneranti
alia colenti agrum alia negocianti
alia regum amicitias sequenti alia pares
alia inferiores amaturo in matrimonio
precipies quomodo vivat cum uxore aliquis
quam virginem duxit quomodo cum ea que alicuius

ante virorum cognita est. Quemadmodum
autem completa. Quemadmodum autem incogni-
ta. Non putas aliquid esse discriminis
inter sterilem et fecundam, inter provectiorem
et puellam, inter matrem et novercam.
Omnes species complecti non possumus,
at quam singule propria exigunt. Leges
autem precepti breves sunt et omnia alligant.
Adice nunc quod sapientis precepta finita
debent esse et certa. Si qua finiri non
possunt, extra sapientiam sunt. Sapientia
rerum terminos novit. Ergo ista pre-
ceptiva pars submovenda est, quia quod
paucis promittit, prestare omnibus
non potest. Sapientia autem omnes tenet. Inter
insaniam publicam et hanc que medicis
traditur, nichil interest nisi quod hec morbo
laborat, illa opinionibus falsis. Altera
causas furoris traxit ex valitudine,
altera animi mala valitudo est. Si
quis furioso precepta det quomodo loqui
debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se
gerere, quomodo in privato, erit ipso quem mo-
nebit insanior. Ille bilis nigra cura-
nda est et ipsa furoris causa remo-
venda. Idem in hoc alio animi furore
faciendum est. Ipse discuti debet. Aliquin
abibunt in vanum monentium verba. Hec ab
Aristone dicuntur. Cui respondebimus
ad singula. Primum adversus quod ait:
Si quid obstat oculo et impedit visum
debet removeri, fateor huic non esse opus
esse preceptis ad videndum sed remedio
quo purgetur acies et officientem sibi
moram effugiat. Natura enim videmus,
cui usum sui reddit qui removit
obstantia. Quid autem cuique debeatur
officio natura non docet. Deinde cuius
curata suffusio est, is non protinus
cum visum recepit aliis et potest
reddere. Malicia liberat, liberatus
non opus est exhortatione ut consilio
quidem ut colorum proprietates oculus
intelligat; a nigro album etiam nullo
monente distinguet. Multis contra
preceptis eget animus ut videat quid
agendum sit in vita. Quamquam et oculos
quorum egros medicus non tantum curat,

Aristo

sed etiam monet. Non est, inquit, quod protinus
inbecillam aciem committas improbo
lumini. A tenebris primum ad umbrosa
procede, deinde plus aude et paulatim
claram lucem pati adsuesce. Non est quod
post cibum studeas, non est quod plenis oculis
ac tumentibus imperes. Afflatum
et vim frigoris in os occurrentis
vita. Alia eiusmodi, que non
minus quam medicamenta proficiunt.
Adicit remediis medicina consilium.
Error, inquit, est causa peccandi.
Hunc nobis precepta non detrahunt, nec
expugnant ~~opinionibus~~ opiniones
de bonis ac malis falsas. Concedo
per se efficacia precepta non esse ad evertendam
pravam animi persuasionem, sed non
ideo aliis quoque adiecta non proficiunt.
Primum memoriam renovant. Deinde que
in universo confusius videbantur, in partes divisa
diligentius considerantur. Aut isto
modo licet et consolationes dicas super-
vacuas et exhortationes. Atqui non
sunt supervacue. Ergo ne monitiones
quidem. Stultum est, inquit, precipere e-
gro quid tamquam sanus debeat, cum resti-
tuenda sanitas sit, sine qua irrita
sunt precepta. Quid, quod habent egri
quedam sani que cura. De quibus admo-
nendi sunt, tamquam ne avide cibis
appetat, ut lassitudinem vitet. Habent
quedam precepta communia pauper et dives.
Sana, inquit, avariciam, et nichil
habebis quod admoneas aut pauperem
aut divitem, si cupiditas utriusque desedit.
Quid, quod aliud est non concupiscere
pecuniam, aliud uti pecunia scire? Cuius
avari modum ignorant, etiam non avari
usum. Tolle, inquit, errores, supervacua
precepta sunt. Falsum est. Puta enim avari-
ciam relaxatam, puta astrictam
esse luxuriam, temeritati frenos in-
ici, ignavie subditum calcar, etiam
remotis viciis quid et quemadmodum debeamus
facere discendum est. Nichil, inquit, efficiunt
~~monitiones~~ monitiones admote gravibus
viciis. Ne medicina quidem morbos

insatiabiles mittit tibi ad libetur
alius in remedium alius in ornamentum
ne ipsum quidem minus possit nisi licet
totum in hoc mittes sulcas ad notet
durata tamen ruere ad hoc pellem
sed non ideo nihil faciunt etc non omnia
quid prodest nisi aperte monstrare
plurimum interdum etiam parum nec
altitudinem. Non docet admonitio sed
advertit sed excitat sed memoriam con-
tinet nec patitur elabi. Pleraque
ante oculos posita transimus admonere
genus adhortandi est. Saepe animus
etiam aperta dissimulat. Ingerenda est
ita ergo illi notitia notissimarum rerum.
Illa hoc loco in Vatinium Calvi re-
petenda sententia est. factum ambitum
scitis et hoc vos scire omnes sciunt.
Scis amicitias sancte colendas esse
sed non facis. Scis improbum esse qui ab
uxore pudicitiam exigit ipse alienarum
corruptor uxorum. Scis ut illi nil
cum adultero sic tibi nil esse debere
cum pellice et non facis. Itaque subinde
reducendus es ad memoriam. Non enim
reposita esse oportet sed in promptu.
Quaecumque salutaria sunt saepe agitari
oportet saepe versari ut non tantum sint
nota nobis sed etiam parata. Adice
nunc quod aperta quoque apertiora fieri solent.
Si dubia sunt inquit quae praecipit
probationes addere debebis ergo illae
praecepta proficient. Quid quod etiam sine probationibus
ipsa monentis auctoritas prodest sic quo-
modo iurisconsultorum valent praecepta etiam
si ratio non reddatur. Praeterea ipsa quae
praecipiuntur per se multum habent ponderis
utique si aut carmini inserta sunt aut
prosa oratione in sententia coartata sicut illa
Catoniana. Emas non quod opus est
sed quod necesse est. Quod non opus est asse ca-
rum est. Qualia sunt illa aut reddita
oraculo aut similia tempori parce te nosse.
Numquid rationem exiges cum tibi aliquis
hos dixerit versus. Iniuriarum remedium
est oblivio. Audentes fortuna
iuvat. Piger sibi ipse obstat. Ad-
vocatum ista non quaerunt affectus ipsos
tangunt et natura vim suam exercente
proficiunt. Omnium honestarum rerum

semina animi gerunt quae admonitione
excitantur non aliter quam scintilla flatu
levi adiuta ignem suum explicat. Erigitur
virtus cum tacta est et impulsa. Praeterea
quaedam sunt quidem in animo sed parum prompta
quae incipiunt in expedito esse cum dicta
sunt. Quaedam diversis locis iacent sparsa
quae contrahere inexercitata mens non potest.
Itaque in unum conferenda sunt et iungenda
ut plus valeant animumque magis alle-
vent. Aut si praecepta nihil adiuvant
omnis institutio tollenda est. Ipsa natura
contenti esse debemus. Hoc qui dicunt
non vident alium ingenio esse mo-
bili et erecto alium tardo et hebeti
utique alium alio ingeniosiorem. Ingenii
vis praeceptis alitur et crescit novasque
persuasiones addit innatis et depravata
corrigit. Si quis inquit non habet
recta decreta quid illum admonitiones
iuvabunt vitiis obligatum. Hoc scilicet
ut liberetur. Non enim extincta in
illo indoles naturalis est sed obscurata
et oppressa. Sic quoque temptat resurgere
et contra prava nititur. Nacta vero praesidium
et adiuta praeceptis convalescit si tamen
illam diutina pestis non infecit nec ene-
cuit. Hanc enim ne disciplina quidem
philosophiae toto impetu suo conisa restituet.
Quid enim interest inter decreta philosophiae
et praecepta nisi quod illa generalia praecepta sunt
haec specialia. Utraque res praecipit sed altera
in totum particulatim altera. Si quis inquit
recta habet et honesta decreta hic ex supervacuo
monetur. Minime. Nam hic quoque doctus
quidem est facere quae debet. Sed haec non
satis perspicit. Non enim tantum affectibus
impedimur quominus probanda faciamus
sed imperitia inveniendi quid quaeque res
exigat. Habemus interdum compositum
animum sed residem et inexercitatum ad
inveniendam officiorum viam quam admo-
nitio demonstrat. Expelle inquit
falsas opiniones de bonis et malis in
locum autem earum veras repone et nihil
habebit admonitio quod agat. Ordinatur
ista sine dubio ratione animus sed non
ista tantum. Nam quamvis argumentis collectum
sit quae bona malaque sint nihilominus
habent praecepta partes suas. Et prudentia
et iustitia officiis constant officia praecep-

Dispponit veritatem ipsam de malis bonisque
iudicium confirmat officiorum executione
ad quam praecepta perducunt. Utraque enim inter se
consentiunt, nec illa possunt praecedere ut
non haec sequantur, et haec ordine sequuntur
suo: unde apparet illa praecedere. Infinita
inquit praecepta sunt. Falsum est. Nam de
maximis ac necessariis non sunt infinita;
tenues autem differentiae sunt quas exigunt
tempora, loca, personae; sed his quoque dantur
praecepta generalia. Nemo inquit praeceptis
curat insaniam; ergo ne malitiam
quidem. Dissimile est. Nam si insaniam sub-
stuleris, sanitas reddita est; si falsas
opiniones exclusimus, non statim sequitur
dispectus rerum agendarum. Ut sequatur,
autem admonitio corroborabit rectam
de bonis malisque sententiam. Illud quoque
falsum est, nichil apud insanos proficere
praecepta. Nam quemadmodum sola non pro-
sunt, sic curationes adiuvant. Et
denuntiatio et castigatio insanos coher-
cuit. De illis nunc insanis loquor
quibus mens mota est, non erepta. Le-
ges inquit ut faciamus quod oportet non
efficiunt; et quid aliud sunt quam minis
mixta praecepta? Primum ob hoc ille
non persuaderet quia minatur; ad hoc non
cogunt sed exorant. Deinde leges
a scelere deterrent, praecepta in officium ad-
hortantur. His adice quod leges quoque
proficiunt ad bonos mores, utique si
non tantum imperant sed docent. In hac
re dissentio a Possidonio pro eo quod
Platonis legibus adiecta principia
sunt. Legem enim brevem velud emissa
divinitus vox sit: iubeat, non disputet.
Nichil videtur mihi frigidius, nichil in-
eptius quam lex cum prologo. Mone, dic
quid me velis fecisse; non disco sed
pareo. Proficiunt itaque malis mo-
ribus uti videbis civitates usas malis
legibus. At non apud omnes proficiunt.
Nec philosophia quidem; nec ideo inutilis et
formandis animis inefficax est. Quid
autem? philosophia non vitae lex est? Sed putemus
non proficere leges: non ideo sequitur
ut ne monitiones quidem proficiant.
Aut sic et consolationes et laudationes

Damna ista monitionum genera? Per ista
ad perfectum animi statum pervenitur. Nulla
res magis animis honesta induit du-
biosque et in pravum inclinabiles revo-
cat ad rectum quam bonorum conversatio. Pau-
latim enim descendit in pectora, et vim
praeceptorum obtinet frequenter aspici, fre-
quenter audiri. Occursus mehercules
ipse sapientium iuvat, et est aliquid
quod de magno viro vel tacente pro-
ficias. Nec tibi facile dixerim quemad-
modum prosit, sicut illud intelligo profuisse.
Minuta quaedam ut ait Phedon animalia
cum mordent non sentiuntur, adeo tenuis
illis et fallens in periculis vis est; tu-
mor indicat morsum, et in ipso tumore
nullum vulnus apparet. Idem in conversatione
virorum sapientium eveniet: non depre-
hendes quemadmodum aut quando tibi profuit,
profuisse deprehendes. Quorsus inquit
hoc pertinet? Aeque praecepta bona, si sae-
pe tecum sint, profutura quam bona exempla.
Pythagoras ait alium animum fieri
intrantibus templa deorumque simulacra
ex vicino cernentibus et alicuius oraculi
opperientibus vocem. Quis autem negat
feriri quibusdam praeceptis efficaciter
etiam imperitissimos? velud his brevissimis
vocibus sed multum habentibus ponder-
is: nichil nimis; avarus animus nullo satiatur
lucro; ab alio expectes alteri quod
feceris. Haec cum ictu quodam audimus,
nec ulli licet dubitare aut interrogare
quare; adeo ipsa veritas etiam sine ratione
lucet. Et si reverentia frenat animos
ac vitia compescit, cur non admonitio
idem possit? Si imponit pudorem casti-
gatio, cur admonitio non faciat, etiam
si nudis praeceptis utitur? Illa admonitio
non efficacior est et altius penetrat
quae adiuvat ratione quod praecipit, quae
adicit quare quidque sit faciendum
et quis facientem oboedientemque praeceptis
fructus expectet. Si imperio et admonitione
proficitur, atqui proficitur imperio, ergo etiam
admonitione. In duas partes virtus
dividitur: in contemplationem veri et actionem.
Contemplationem institutio tradit, actionem
admonitio. Virtutem et exercet et ostendit

recta actio. Precipiunt ante si prodest qui
suadet et qui monet proderit. Ergo si
recta actio virtuti necessaria est, rectas actiones
admonitio demonstrat et admonitio necessaria
est. Due res plurimum roboris animo
dant: fides veri et fiducia. Utramque ad
monitio facit. Nam et creditur illi et cum
creditum est magnos animus spiritus concipit
ac fiducia impletur. Ergo admonitio non
est supervacua. Marcus Agrippa vir ingentis
animi qui solus ex his quos civilia
bella claros potentesque fecerunt felix
in publicum fuit, dicere solebat multum se
huic debere sententie: Nam concordia parve res
crescunt, discordia maxime dilabuntur.
Hac se aiebat et fratrem et amicum factum.
Si eiusmodi sententie familiariter in animum
recepte formant eum, cur non hec pars
philosophie que talibus sententiis constat idem
possit? Pars virtutis disciplina constat, pars
exercitatione. Et discas oportet et quod didi
cisti agendo confirmes. Quod si est, non
tantum scita sapientie sed etiam precepta que
affectus nostros velud edicto coherceant
et ablegant. ¶ Philosophia, inquit, dividitur
in hec: scientiam et habitum animi. Nam qui
didicit et facienda ac vitanda percepit
nondum sapiens est nisi in ea que didicit
animus eius transfiguratus est. Tertia pars
ista precipiendi ex utraque est et ex decretis
et ex habitu. Itaque supervacua est et
ad implendam virtutem, cum duo illa suffi
ciant. Isto ergo modo et consolatio supervacua
est. Nam hec quoque ex utroque est, et adhortatio
et suasio et ipsa argumentatio. Nam et hec ab
habitu compositi validique proficiscitur.
Sed quamvis ista ex habitu animi veniant,
optimus animi habitus ex his est et
illis inde ipsum quod dico iam perfecti
viri esse ac summam consecuti felicitatis
humane. Ad hec autem tarde pervenitur.
Interim etiam in perfecto sed proficienti demonstranda
est etiam rebus agendis via. Hanc for
sitan sine admonitione dabit ipsa sibi
sapientia que iam eo perduxit animum ut mo
veri nequeat nisi in rectum. Imbecillioribus
quidem ingeniis necessarium est aliquem
preire: hoc vitabis, hoc facies. Preterea
si expectat tempus quo per se sciat quid
optimum factu sit, interim errabit et
errando impedietur quominus ad illud per
veniat quo possit se esse contentus. Regi
ergo debet dum incipit posse se regere. Pueri ad
prescriptum discunt: digiti illorum tenentur et
aliena manu per litterarum simulacra ducuntur,
deinde imitari iubentur proposita et ad
illa reformare chirographum. Sic animus
noster dum eruditur ad prescriptum iuvatur.
Hec sunt per que probatur hanc philosophie partem
supervacuam non esse. ¶ Queritur deinde
an ad faciendum sapientem sola sufficiat.
Huic questioni suum diem dabimus. Interim
omissis argumentis nonne apparet nobis
ad advocato qui contra populi precepta
precipiat? Nulla ad aures nostras vox
impune perfertur. Nocent qui optant nobis,
nocent qui execrantur. Nam et horum imprecatio falsos
nobis metus inserit et illorum amor male
docet bene optando. Mittit enim nos
ad longinqua bona et incerta et erratica
cum possimus felicitatem domo promere. Non
licet, inquam, ire recta via. Trahunt in pravum
parentes, trahunt servi. Nemo errat sibi
uni, sed dementiam spargit in proximos accipitque
in vicem. Et ideo in singulis vitia populorum
sunt, quia illa populus dedit. Dum
facit quisque peiorem, factus est. Didicit
deteriora, deinde docuit. Effecta que est
illa ingens nequitia congesto in unum
quod cuique pessimum scitur. Sit ergo aliquis
custos et aurem subinde pervellat abigatque
rumores et reclamet populis laudantibus.
Erras enim si existimas nobiscum vitia
nasci: supervenerunt, ingesta sunt. Itaque
monitionibus crebris opiniones que nos
circumsonant compescamus. Nulli nos vitio natura
conciliat; illa integros ac liberos ge
nuit. Nichil quod avaritiam nostram 21
irritaret posuit in aperto. Pedibus aurum
et argentum subiecit calcandumque ac premendum
dedit et quicquid est propter quod calcamur et
premimur. Illa vultus nostros erexit ad
celum et quicquid magnificum mirumque fe
cerat videri a suspicientibus voluit. Ortus
occasus et properantis mundi volubilem
cursum, interdiu terrena aperientem,
noctu celestia, tardos siderum incessus
si comparas toti, citatissimos. Et si cogites

cuncta spatia mundi intermissa velocitate
circulat defectus solis ac lune in vice
obstantium aliud deinceps digna miratu
sive per ordinem subeuntia sive subitis causis
mota prosiliunt ut nocturnos ignium tractus
sive ullo ictu sonitu fulgores celi pa-
tescentes columpnasque ac trabes et varia
simulacra flammarum. Hec supra nos
itura disposuit aurum quidem et argentum
et propter ista nunquam pacem agens ferrum
quasi male nobis committeretur abscondit.
Nos in lucem propter que pugnaremus extulimus
Nos et causas periculorum nostrorum et instrumenta
disiecto terre pondere eruimus. Nos for-
tune mala nostra tradidimus nec eru-
bescimus summa apud nos haberi que fuerant
yma terrarum. Vis scire quam falsus oculos
tuos deceperit fulgor? Nichil est istis
quamdiu mersa et involuta ceno suo
iacent fedius, nichil obscurius. Quidni?
quidem que per longissimorum cuniculorum
tenebras extrahuntur. Nichil est istis
dum fiunt et a fece sua separantur infor-
mius. Denique ipsos opifices intuere
per quorum manus sterile terre genus
et infernum perpurgatur videbis quanta
fuligine oblinantur. Atqui ista magis
inquinant animos quam corpora et in possessore
eorum quam in artifice plus sordium est.
Necessarium itaque admoneri et habere
aliquem advocatum bone mentis et in tanto
fremitu tumultuque falsorum unam de-
nique audire vocem. Que erit illa
vox? ea scilicet que tibi tantis cla-
moribus ambitionibus exsurdato
salubria insusurret verba. Que dicat
non est quod invideas istis quos magnos
felicesque populus vocat, non est quod
tibi composite mentis habitum et
sanitatem plausus excutiat, non
est quod tibi tranquillitatis tue fasti-
dium faciat ille sub illis fascibus pur-
pura cultus, non est quod feliciorem eum
iudices quam te quem lictor semita deicit.
Si vis exercere tibi utile nulli autem
grave imperium, summove vicia. Multi
inveniuntur qui ignem inferant urbibus
qui inexpugnabilia seculis et per aliquot

etates tuta prosternant qui equum
arcibus aggerem attollant et muros in
miram altitudinem adductos arietibus
ac machinis quassent. Multi sunt qui
ante se agant agmina et tergis hostium
et graves resistant et ad mare magnum
perfusi cede gentium veniant. Sed hii quoque
ut vincerent hostem cupiditate victi
sunt. Nemo illis venientibus restitit
sed nec ipsi ambitioni crudelitatique
restiterant tunc cum agere visi sunt alios
agebantur. Agebat infelicem Alexandrum
furor aliena vastandi et ad ignota
mittebat. An tu putas sanum qui a
Grecie primum cladibus in qua eru-
ditus est incipit, qui quod cuique
optimum est eripit? Lacedemonam
servire iubet, Athenas tacere. Non contentus
tot civitatum strage quas aut vicerat
aut emerat, alias alio loco proicit
et toto orbe arma circumfert nec sub-
sistit usquam lassa crudelitas immanium
ferarum modo que plus quam exigit fa-
mes mordent. Iam in unum regnum
multa regna coniecit, iam Greci Perseque
eundem timent, iam etiam a Dario libere
nationes iugum accipiunt. Hic tamen
ultra occeanum solemque indignatur
ab Herculis Liberique vestigiis victoriam
flectere ipsi nature vim parat. Non
ille ire vult sed non potest stare non aliter
quam in preceps deiecta pondera quibus eundi
finis est iacuisse. Nec Gneo quidem
Pompeyo externa bella ac domestica
virtus aut ratio suadebat sed insanus
amor magnitudinis false. Modo in Hispa-
niam et Sertoriana arma, modo ad colligan-
dos piratas ac maria pacanda va-
debat. Hee pretexebantur cause ad continuandam
potentiam. Quid illum in Affricam, quid in
septentrionem, quid in Mitridatem et Armeniam
et omnes Asie angulos traxit? Infinita
scilicet cupido crescendi cum sibi uni
parum magnus videretur. Quid Gaium Cesarem
in sua fata pariter ac publica immisit?
Gloria et ambitio et nullus supra ceteros
eminendi modus. Unum ante se ferre
non potuit cum res publica supra se duos ferret

Marius tunc quam semel consulem unum enim consulatum accepit ceteros rapuit. Cum Teutonos Cimbrosque concideret, cum Iugurtham per Africe deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marius exercitum, Marium ambitio ducebat. Ista cum omnia concuterent, concutiebantur turbinum more, qui rapta convolvunt, sed ipsi ante volvuntur et ob hoc maiore impetu incurrunt, quia nullum illis sui regimen est. Ideoque cum multis fuerunt malo, pestiferam illam vim qua plerisque nocuerunt ipsi quoque sentiunt. Non est quod credas quemquam fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla que oculis atque auribus nostris ingeruntur retexenda sunt et plenum malis sermonibus pectus exhauriendum. Inducenda in occupatum locum virtus, que mendacia et contra verum placentia extirpet, que nos a populo cui nimis credimus separet ac sinceris opinionibus reddat. Hoc est enim sapientia, in naturam converti et eo restitui unde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est hortatores insanie reliquisse et ex isto coitu invicem noxio procul abisse. Hoc ut esse verum scias, aspice quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi. Non est per se magistra innocentie solitudo nec frugalitatem docent rura, sed ubi testis ac spectator abscessit, vitia subsidunt, quorum monstrari et conspici fructus est. Quis eam quam nulli ostenderet induit purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub alicuius arboris rustice proiectus umbra luxurie sue pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, ne paucorum quidem aut familiarium, sed apparatum vitiorum suorum pro modo turbe spectantis expandit. Itaque irritamentum est omnium in que insanimus admirator et conscius. Ne concupiscamus efficies, si ne ostendamus effeceris. Ambitio et luxuria et impotentia scenam desiderant: sanabis ista si absconderis. Itaque si in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor et contra laudatores ingentium patrimoniorum laudet parvo divitem et usu opes metientem. Contra illos qui gratiam ac potentiam attollunt, otium ipse suspiciat traditum litteris et animum ab externis ad sua reversum. Ostendat ex constitutione vulgi beatos in illo invidioso fastigio suo trementes et attonitos longeque aliam de se opinionem habentes quam ab aliis habetur. Nam que aliis excelsa videntur, ipsis prerupta sunt. Itaque exanimantur et trepidant quotiens despexerunt in illud magnitudinis sue preceps. Cogitant enim varios casus et in sublimi maxime lubricos. Tunc appetita formidant, et que illos graves aliis reddit gravior ipsis felicitas incubat. Tunc laudant otium lene et sui iuris, odio est fulgor et fuga a rebus adhuc stantibus queritur. Tunc demum videas philosophantes metu et egre fortune sana consilia. Nam quasi ista contraria sint, bona fortuna et mens bona, ita melius in malis sapimus. Secunda rectum auferunt. Vale.

Non esse petendum quod impetrare nolueris. De differentia inter decreta et precepta et que ad consumandam sapientiam necnon valet sine altero et secundum Possidonium alia quedam ad id esse.

Petis a me ut id quod initia in diem suum dixeram debere differri representem et scribam tibi an hec pars philosophie quam Greci pareneticen vocant, nos preceptivam dicimus, satis sit ad consumandam sapientiam. Scio te in bonam partem accepturum si negavero. Eo magis promitto et verbum publicum perire non patior: postea noli rogare quod impetrare nolueris. Interdum enim obnixe petimus id quod recusaremus si quis offerret. Hec sive levitas est sive vernilitas, punienda est promittendi facilitate. Multa videri volumus velle sed nolumus. Recitator historiam ingentem attulit minutissime scriptam et magna parte perlecta: desinam, inquit, si vultis. Acclamatur: recita, recita, ab hiis qui illum obmutescere illic cupiunt. Sepe aliud volumus, aliud optamus, et verum ne diis quidem dicimus, sed dii aut non exaudiunt aut miserentur. Ego me omissa misericordia vindicabo et tibi ingentem epistolam impingam, quam tu si invitus leges, dicito: Ego mihi

hoc contrarium tecum ut illos invicta quos
uxor magistra ducta ambitu dilecta
torquet quos divitie possidendum acquisite
sudore malebant ut illos quos honores
nulla non arte atque opera petiti discru-
ciant et ceteros malorum suorum compotes
sed ut omissis principiis rem ipsam aggre-
diar. Beata inquit vita constat ex
actionibus rectis ad actiones rectas precepta
perducunt. Ergo ad beatam vitam precepta
sufficiunt. Non semper ad actiones rectas
precepta perducunt sed cum obsequens inge-
nium est. Aliquando frustra admonentur
sed animum opiniones obsident prave. Deinde
etiam si recte fecerunt nesciunt facere se recte.
Non potest enim quisquam nisi ab initio formatus
et tota ratione compositus omnes exequi numeros
ut sciat quando oporteat et in quantum et cum
quo et quemadmodum et quare. Non potest
toto animo honesta conari ne constanter
quidem aut libenter sed respiciet sed
hesitabit. Si honesta inquit actio ex precepto
venit ad beatam vitam precepta habunde sunt.
atque illud ergo hoc. His respondemus
actiones honestas et preceptis fieri non
tantum preceptis. Si alie inquit artes contente
sunt preceptis contenta erit et sapientia. Nam et hec
ars vite est. Atqui gubernatorem facit
ille qui precipit. Sic move gubernaculum
sic vela summitte sic secundo vento utere
sic adverso resiste sic dubium communemque
tibi vindica. Alios quoque artifices precepta
conformant ergo in hoc idem poterunt
artificem vivendi. Omnes iste artes
circa instrumenta vite occupate sunt non circa
totam vitam. Itaque multa illas inhibent
extrinsecus et impediunt, spes cupiditas
timor. At hec que artem vite professa
est nulla re quominus se exerceat vetari
potest. Discutit enim impedimenta et iactat
obstantia. Vis scire quam dissimilis sit aliarum
artium conditio et huius. In illis excusatius
est voluntate peccare quam casu. In hac maxima
culpa est sponte delinquere. Quod dico
tale est. Grammaticus non erubescet sole-
cismo si sciens fecit. Medicus si de-
ficere egrum non intelligit quantum ad
artem magis peccat quam si se intelligere
dissimulat. At in hac arte vivendi

turpior volentium culpa est. Adice nunc
quod artes quoque pleraeque immo ex omnibus
liberalissime habent decreta sua non tantum
precepta sicut medicina. Itaque alia est i-
pocratis secta alia asclepiadis alia
themisonis. Preterea nulla ars contemplativa
sine decretis suis est que greci vocant
dogmata nobis vel decreta licet appellare
vel scita vel placita. Que et in geometria
et in astronomia invenies. Philosophia autem
et contemplativa est et activa. Spectat simul atque
agit. Erras enim si tibi illam putas
tantum terrestres operas promittere. Altius
spirat. Totum inquit mundum scrutor (vel scrutor) nec
me intra contubernium mortale contineo
suadere vobis ac dissuadere contenta. Magna
me vocant supraque nos posita. Nam
tibi de summa celi ratione deumque disserere
incipiam et rerum primordia pandam. Unde
omnis natura creat res auget (vel auget) et alat
quove eadem rursus natura perempta
resolvat ut ait Lucretius. Sequitur
ergo ut cum contemplativa sit habeat decreta
sua. Quid quod facienda quoque nemo rite
obibit nisi is cui ratio erit tradita
qua in quaque re omnes officiorum numeros
exequi possit. Quos non servabit qui
in rem precepta accepit non in omnem.
Imbecilla sunt per se et ut ita dicam sine
radice que partibus dantur. Decreta sunt
que muniant que securitatem nostram
tranquillitatemque tueantur que totam
vitam totamque rerum naturam simul contineant.
Hoc interest inter decreta philosophie et precepta
quod inter elementa et membra. Hec ex
illis dependent illa et horum cause sunt
et omnium. Antiqua inquit sapientia nichil
aliud quam facienda ac vitanda precepit
et tunc longe meliores erant viri. Postquam
docti prodierunt boni desunt. Simplex
enim illa et aperta virtus in obscuram et sollertem
scientiam versa est docemurque disputare
non vivere. Fuit sine dubio ut dicitis
vetus illa sapientia cum maxime nascens
rudis non minus quam cetere artes quarum
in processu subtilitas crevit. Sed ne
opus quidem adhuc erat remediis
diligentibus. Nondum in tantum nequitia

surrexerat nec tam late se sparserat.
poterat vitiis simplicibus obstare et
media simplicia. Nunc vero quanto ope
rosiora esse munimenta quanto violentiora
sunt quibus premimur. Medicina quondam
paucarum fuit scientia herbarum quibus sisteretur
fluens sanguis vulnera coirent. pau
latim deinde in hanc pervenit tam multiplicem
varietatem. nec est mirum tunc illam
minus negotii habuisse firmis adhuc
validisque corporibus et facili cibo nec
per artem voluptatem corrupto. Quem postquam
cepit non ad tollendam sed ad irritandam
famem queri. et inventae sunt mille con
diture quibus aviditas excitaretur. que
desiderantibus alimenta erant honera sunt
plenis. Inde pallor et nervorum vino
madentium tremor et miserabilior ex
cruditatibus quam ex fame macies. Inde
incerti labentium pedes et semper qualis in ipsa
ebrietate titubatio. Inde in totam cutem
humor admissus distentusque venter dum
male assuescit plus capere quam poterat.
Inde suffusio luride bilis et decolor
vultus tabesque in se putrescentium et retorti
digiti articulis obrigescentibus nervorum
que sine sensu iacentium torpor aut
palpitatio corporis sine intermissione vi
brantium. Quid capitis vertigines dicam
quid oculorum auriumque tormenta et cerebri
exestuantis verminationes et omnia per que
exoneramur internis ulceribus affecta.
Innumerabilia febrium genera aliarum
impetu sevientium aliarum tenui peste
repentium. aliarum cum torpore et multa
membrorum quassatione venientium. Quid
alios referam innumerabiles morbos
supplicia luxurie. Immunes erant ab
istis malis qui nondum se deliciis sol
verant qui sibi imperabant sibi mi
nistrabant. Corpora opere ac vero labore
durabant aut cursu defatigati aut
venatu aut tellure versanda. Excipiebat
illos cibus quem nisi esurientibus placere
non posset. Itaque nihil opus erat
ferramentis atque pyxidibus. Simplex
erat et tam simplex valitudo. Multos
morbos multa fercula fecerunt. Vide
quantum rerum per unam gulam transiturarum
permisceat luxuria terrarum marisque vastatrix.
Necesse est itaque inter se tam diversa
dissideant et hausta male digerantur
aliis alio nitentibus nec mirum quod in
constans variusque ex discordi cibo morbus
est et illa ex contrariis nature partibus in
eundem compulsa redundant. Inde tam
nullo egrotamus genere quam vivimus. Maximus
ille medicorum et huius scientie conditor feminis
nec capillos defluere dixit nec pe
des ambulare laborare. At que capillis
destituuntur et pedibus egre sunt. non
mutata feminarum natura sed victa est.
Nam cum virorum licentiam equaverunt non
minus potant et oleo et mero viros pro
vocant. Eque invitis ingesta visceribus
per os reddunt et vinum omne vomitu reme
tiuntur. eque nivem rodunt solacium stomachi
estuantis. Libidine vero ne maribus
quidem cedunt pati nate di illas deique
male perdant. adeo perversum commente genus
impudicitie viros ineunt. Quid ergo
mirandum est maximum medicorum
ac nature peritissimum in mendacio
prendi. cum tot femine podagrice calve
que sint. Beneficium sexus sui vitiis
perdiderunt et quia feminam exuerunt
dampnate sunt morbis virilibus.
Antiqui medici nesciebant dare cibum
sepius et vino fulcire venas
cadentes nesciebant sanguinem emittere
et diutinam egrotationem balneo sudoribusque
laxare. nesciebant crurum vinculo
brachiorumque latentem vim et in medio
sedentem ad extrema revocare. Non erat neces
se circumspicere multa auxiliorum genera cum essent
periculorum paucissima.
Nunc vero quam longe processerunt mala
valitudinis. has usuras et voluptatum
pendimus ultra modum fasque concupitarum.
Innumerabiles esse morbos non miraberis
cocos numera. Cessat omne studium et
liberalia professi sine ulla frequentia
desertis angulis president. In rethorum
ac philozophorum scolis solitudo est.
At quam celebres culine sunt quanta circa
nepotum focos iuventus premitur. Transeo
puerorum infelicium greges quos post
transacta convivia alie cubiculi exspectant.
Transeo agmina exoletorum per nationes
colores que descripta ut eadem omnibus

levitatis sit, eadem prima mensura lavanti-
bus, eadem species capillorum. Nec quisquam cin-
natior est coma crispulus. Transeo
pistorum turbam, transeo ministrorum per quos
signo dato ad inferendam cenam discurritur.
Dii boni, quantum hominum unus venter exercet.
Quid tu illos boletos, voluptarium
venenum, nichil occulti operis iudicas
facere etiam si presentanei non fuerint? Quid
tu illam ~~[struck word]~~ in estiva nivem non
putas callum iecineribus obducere? Quid
illa ostrea, inertissimam carnem ceno sa-
ginatam, nichil existimas limose gravitatis
inferre? Quid illud sociorum garum, preciosam
malorum piscium saniem, non credis urere
salsa tabe precordia? Quid illa purulenta
et que tantum non ab ipso igne in os transferuntur
iudicas sine noxa in ipsis visceribus
extingui? Quam fedi itaque pestilentesque
ructus sunt, quantum fastidium sui ex-
halantibus crapulam veterem. Scias putresce-
re sumpta non concoqui. Memini fuisse quondam
in sermone nobile pulpamentum in quo quicquid
apud lautos solet diem ducere properans in dampnum
suum popina congesserat: venerie spondilique
et ostrea circumcisa qua eduntur int-
ercurrentibus distinguebantur echinis; totum
destructi et sine ullis ossibus mulli
constraverant. Piget esse iam singula; coguntur
in unum sapores. In cena fit quod fieri satis
in ventre debet. Expecto iam ut manducata
ponantur. Quanto autem hoc minus est
testas excerpere atque ossa dentiumque opera
cocum fungi. Grave est luxuriari per
singula: omnia semel et in eundem saporem
versa ponantur. Quare ego ad unam rem manum
porrigam? plura veniant simul, multorum
ferculorum ornamenta coeant et coherent.
Sciant protinus hii qui iactationem ex
istis peti et gloriam aiebant non ostendi
ista sed conscientie dari. Pariter sint
que disponi solent uno iure perfusa;
nichil intersit: ostrea echini spondili
et mulli perturbati concoctique ponantur.
Non esset confusior vomentium cibus.
Quomodo ista perplexa sunt, sic ex istis
non singulares morbi nascuntur sed in-
explicabiles, diversi, multiformes, adversus
quos et medicina armare se cepit multis
generibus, multis observationibus. Idem tibi
de philosophia dico. Fuit aliquando simplicior inter

minora peccantes et levi quoque cura re-
mediabiles. Adversus tantam morum
eversionem omnia conanda sunt. Et utinam
sic denique luem istam vinceremus. Non privatim
solum sed publice furimus. Homicidia
compescimus et singulas cedes; quid bella
et occisarum gentium gloriosum scelus? Non avaricia
non crudelitas modum novit. Et ista quamdiu
furtim et a singulis fiunt minus noxia
minusque monstruosa sunt; ex senatus
consultis plebisque scitis seva exercentur et
publice iubentur vetita privatim. Que clam
commissa capite luerent, tum quia paludati
fecere laudamus. Non pudet homines mitissimum
genus gaudere sanguine alterno et bella gere-
re gerendaque liberis tradere, cum inter se
etiam mutis ac feris pax sit. Adversus
tam potentem explicitumque late furorem
operosior philosophia facta est et tantum sibi
virium sumpsit quantum hiis adversus que parabatur
accesserat. Expeditum erat obiurgare indul-
gentes mero et petentes delicatiorem
cibum. Non erat animus ad frugalitatem
magna vi reducendus a qua paulu-
lum discesserat. Nunc manibus rapidis
opus est, nunc arte magistra. Voluptas
ex omni queritur. Nullum intra se manet
vicium; in avariciam luxuria preceps
est. Honestatis oblivio invasit; nichil
turpe est cuius placet precium. Nunc sacra
res. Homo iam per lusum ac iocum occiditur
et quem erudiri ad inferenda accipienda-
que vulnera nephas erat, is iam nudus
inermisque producitur; satisque spectaculi
ex homine mors est. In hac ergo morum
perversitate desideratur solito vehemencius
aliquid quod mala inveterata discuciat.
Decretis agendum est ut revellatur penitus
falsorum recepta persuasio. His si ad-
iunxerimus precepta, consolationes, ad-
hortationes, poterunt valere; per se in-
efficaces sunt. Si volumus habere ob-
ligatos et malis quibus iam tenentur
avellere, discant quid malum, quid bonum
sit. Sciant omnia preter virtutem mutare
nomen, nunc mala fieri nunc bona. Quem-
admodum primum milicie vinculum est
religio et signorum amor et deserendi
nephas, tunc deinde facile cetera exiguntur

mandatur et imperandum ad actiones. Ita
in his quos velis ad beatam perducere vitam
prima fundamenta iacienda sunt et in-
sinuanda virtus. Huius quadam superstitione
teneantur. Hanc ament cum hac vivere
velint sine hac nolint. Quid ergo non quidam
sine institutione subtili evaserunt probi magnos-
que profectus assecuti sunt, dum nudis
tantum preceptis obsequuntur. Fateor. Sed felix
illis ingenium fuit et salutaria in transitu
rapuit. Sicut dii immortales nullam
didicere virtutem cum omni editi et pars nature
eorum est. Ita quidam ex hominibus egregiam
sortiti indolem in ea que tradi solent
perveniunt sine longo magisterio et honesta
complexi sunt cum primum audiere. Unde
ista tam rapacia virtutis ingenia vel ex se
fertilia. At illis aut hebetibus et obtusis
aut mala consuetudine obsessis diu
rubigo animorum effricanda est. Ceterum
ut illos in bonum pronos citius educit
ad summa et hos imbecilliores adiuvat
malisque opinionibus extrahit qui illis
philosophie placita tradiderit. Que quam sint
necessaria sic licet videas. Quedam insident
nobis que nos ad alia pigros ad alia
temerarios faciunt. Nec hec audacia
reprimi potest nec illa inercia suscitari
nisi cause eorum eximantur. Falsa admiratio
falsa formido. Hec nos quamdiu possident
dicas licet hoc patri prestare debes hoc
liberis hoc amicis hoc hospitibus temptantem
avaricia retinebit. Sciet pro patria
pugnandum esse dissuadebit timor. Sciet
pro amicis desudandum esse ad extremum
usque sudorem sed delicie vetabunt. Sciet
in uxore gravissimum genus esse iniurie pelicem
sed illum libido in contraria impinget. Nichil
ergo proderit dare precepta nisi prius amo-
veris obstatura preceptis non magis quam
proderit arma in conspectu ~~posuisse~~ po-
suisse propiusque admovisse nisi usure
manus expediuntur. Ut ad precepta que
damus possit animus ire solvendus est. Puta
aliquem facere quod oportet non faciet
equaliter. Nesciet enim quare faciat.
Aliqua vel casu vel exercitatione exibunt
recta sed non erit in manu regula
ad quam exigantur cui credat recta
esse que fecit. Non promittet se talem
in perpetuum qui bonus casu est. Deinde
prestabunt tibi fortasse precepta ut quod
oportet faciat et si hoc non prestat ad vir-
tutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus
concedo sed id parum est quoniam quidem non
in facto laus est sed in eo quemadmodum fiat. Quid
est cena flagiciosius et equestrem censum
consumente. Quid tam dignum censoria nota
si quis ut isti ganeones loquuntur sibi
hoc et genio suo prestet. Et totiens tamen
sexagenis aditiales cene frugalissimis
viris constiterunt. Eadem res si gule datur
turpis est si honori reprehensionem effugit.
Non enim luxuria sed impensa sollempnis
est. Mullum ingentis forme quare autem
non pondus adicio et aliquorum gulam
irrito quattuor pondo et selibram fuisse
aiebant Tiberius cesar missum sibi
cum in macellum deferri et venire iussisset
Amici inquit omnia me fallunt nisi istum
mullum aut apicius emerit aut P.
Octavius. Ultra spem illi coniectura
processit. Liciti sunt vicit Octavius
et ingentem consecutus est inter suos gloriam
cum quinque sestertiis emisset piscem quem
cesar vendiderat non Apicius quidem
emerat. Numerare tantum Octavio fuit
turpe non illi qui emerat ut Tyberio
mitteret quamquam illum quoque reprehenderim. Admi-
ratus est rem qua putavit Cesare
dignum. Amico aliquis egro assidet
comprobamus. At hoc hereditatis causa
facit. Vultur est cadaver expectat.
Eadem aut turpia sunt aut honesta.
Refert quare aut quemadmodum fiant.
Omnia autem honeste fient si honesto
nos addixerimus idque unum in rebus
humanis bonum iudicaverimus quoque ex eo
sunt. Cetera in diem bona sunt. Ergo in-
figi debet persuasio ad omnia [illegible]
honestum in [illegible] casura est prudentia
Virtutum illo vigor ac [illegible] in
publica trepidatione fiducia est. Sciat
se unum esse de cuius statu non agatur.
Non enim queri an liber Cato sed an
inter liberos sit. Inde periculorum gladia-
torumque contemptus. Libet admirantem invictam
constantiam viri inter publicas rui-
nas non labentis dicere [illegible]
[illegible] proderit non tantum
quales esse soleant boni viri dicere
formamque eorum et liniamenta deducere

sed quales fuerint nature et dispositionis
illud ultimum ac fortissimum
volumus per quod libertas amissa est. Aliam
Lelii sapientiam et cum suo Scipione con-
cordiam, alterius Catonis domi forisque
egregia facta, Tuberonis ligneos lectos
cum in publicum sterneret, hedinasque pro
stragulis pelles et ante ipsius Iovis
cellam proposita conviviis vasa fictilia.
Quid aliud paupertatem in Capitolio conse-
crare? ut nullum aliud factum eius ha-
beam quo illum Catonibus inseram, hoc
parum credimus? censura fuit illa non
cena. O quam ignorant homines cupidi
glorie quid illa sit aut quemadmodum
petenda. Illo die populus romanus multorum
supellectilem spectavit, unius miratus
est. Omnium illorum aurum argentumque fractum
est et milies conflatum; at omnibus
seculis Tuberonis fictilia durabunt.

Liber xviii. Persecutionem de fatorum Decretis

c 96
c l

Tamen tu indignaris aliquid
aut quereris et non intellegis
nichil esse in istis mali nisi hoc
unum quod indignaris et quereris? Si me
interrogas, nichil puto viro miserum
nisi aliquid esse in rerum natura quod putet
miserum. Non feram me quo die aliquid
ferre non potero. Male valeo: pars fati est.
Familia decubuit, fenus offendit, domus
crepuit, dampna, vulnera, labores, metus
incurrerunt: solet fieri. Hoc parum est:
debuit fieri. Decernuntur ista, non accidunt.
Si quid credis michi, intimos affectus
meos tibi cum maxime detego: in
omnibus que adversa videntur et dura
sic formatus sum: non pareo deo, sed
assentior; ex animo illum, non quia
necesse est, sequor. Nichil umquam michi
incidet quod tristis excipiam, quod
malo vultu. Nullum tributum invitus
conferam. Omnia autem ad que gemimus,
que expavescimus, tributa vite sunt;
horum, mi Lucili, nec speraveris immunitatem
nec petieris. Vesice te dolor inquietavit,
epistole venerunt parum dulces, de-
trimenta continua; propius accedam:
de capite timuisti. Quid tu nesciebas
hoc te optare cum optares senectutem?

Omnia ista in longa vita sunt quomodo
in longa via et pulvis et lutum et plu-
via. Sed volebam vivere, carere tamen
incommodis omnibus. Tam effeminata non
virum decet. Videris quemadmodum
hoc votum meum excipias; Ego illud
magno animo, non tantum bono facio: neque
dii neque dee faciant ut te fortuna in
deliciis habeat. Ipse te interroga, si quis
potestatem tibi deus faciat, utrum velles
vivere in macello an in castris. Atqui
vivere, Lucili, militare est. Itaque hii
qui iactantur et per operosa atque ardua
sursum atque deorsum eunt et expeditiones
periculosissimas obeunt fortes viri
sunt primoresque castrorum; isti quos putrida
quies aliis laborantibus molliter
habet, turtures illi sunt tuti contumelie. Vale.

Vitia hominum esse non temporum et quod prava consuetudo secta in verecundia increscit omnibus tempore sui natura corrupta esse non prius. Rubrica

Erras, mi Lucili, si existimas no-
stri seculi esse vitium luxuriam
et neglegentiam boni moris
et alia que obiecit suis quisque tempo-
ribus; hominum sunt ista non temporum. Nulla etas
vacavit a culpa. Et si estimare licentiam
cuiusque seculi incipias, pudet dicere,
numquam apertius quam coram Catone peccatum
est. Credat aliquis pecuniam esse versatam
in eo iudicio in quo reus erat P. Clodius
ob id adulterium quod cum Cesaris uxore
in aperto commiserat, violatis religionibus
eius sacrificii quod pro populo fieri
dicitur, sic submotis extra conseptum omnibus
viris ut picture quoque masculorum animalium
contegantur? Atque dati iudicibus nummi sunt,
et quod hac etiam mercede turpius
est, stupra insuper matronarum et adolescen-
tulorum nobilium stillarii loco exacta
sunt. Minus crimen quam absolutio
peccatum est. Adulterii reus adulteria
divisit, nec ante fuit de salute securus
quam similes sui iudices suos reddidit.
Hec in eo iudicio facta sunt in quo, si
nichil aliud, Cato testimonium dixerat.
Ipsa ponam verba Ciceronis, quia res
fidem excedit. Accersivit ad se, promisit

intercessit dedit iam vero etiam noctes certarum
mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones
nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo
fuerunt. Non vacat de pretio queri
plus in accessionibus fuit. Vis severi
illius uxorem dabo illam. Vis divitis
huius quoque tibi prestabo cubitum. Adulterium
nisi faciat dampna. Illa formosa quam
desideras veniat. Illius tibi noctem
promitto nec differo. Intra comperendi-
nationem fides promissi mei stabit.
Plus est distribuere adulteria quam facere
hoc vero matribus familie denuntiare
est. Hii iudices Clodiani a senatu pe-
tierant presidium, quod non erat nisi
dampnaturis necessarium et impetraverant.
Ita quoque eleganter illis Catulus abso-
luto reo, quid vos inquit presidium a
nobis petebatis an ne nummi vobis
eriperentur. Inter hos tamen iocos impune
tulit ante iudicium adulter, in iudicio
leno, qui dampnationem peius effu-
git quam meruit. Ullos fuisse corruptos
illis moribus credis, quibus libido non
sacris inhiberi non iudiciis poterat, quibus
in ea ipsa questione que extra ordinem
senatus consulto exercebatur plus quam querebatur
admissum est. Querebatur an post adul-
terium aliquis posset tutus esse. Apparuit
sine adulterio tutum esse non posse. Hoc
inter Pompeium et Cesarem, inter Ciceronem et
commissum est Catonem, inter illum quo sedente
populus negatur permisisse sibi postulare
Floralibus iocos nudandarum meretricum.
Tunc credis spectasse tunc severius homines
quam iudicasse, et fient et facta ista sunt, et
licentia urbium aliquando disciplina metuque,
numquam sponte considerit. Non est itaque
quod credas nos plurimum libidini permisisse,
legibus minimum. Longe enim frugalior
hec iuventus est quam illa, cum reus adul-
terium apud iudices negaret, iudices
apud eum confiterentur, cum stuprum committeretur
rei iudicande causa ~~[illegible]~~ cum Clodius
hiis de viciis gratiosus quibus nocens
conciliaturas exerceret in ipsa causa dictione.
Credat hoc quisquam: qui dampnabat
uni adulterio absolutus est multis.

Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.
Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux
potest nec comes deesse, et res ipsa etiam sine
duce sine comite procedit. Non pronum est
tantum ad vicia sed preceps, et quod plerosque in-
emendabiles facit, omnium aliarum artium
peccata artificibus pudori sunt offenduntque
errantem, vite peccata delectant. Non gau-
det namque navigio gubernator everso,
non gaudet egro medicus elato, non
gaudet orator si patroni culpa reus
cecidit. At contra omnibus crimen suum vo-
luptati sunt. Letatur ille adulterio in quod
irritatus est ipsa difficultate. Letatur
ille circumscriptione furtoque, nec ante
illi culpa quam culpe fortuna displicuit.
Id prava consuetudine evenit. Alioquin
ut scias subesse animo etiam in pessima ab-
ducto boni sensum nec ignorari turpe
sed negligi, omnes peccata dissimulant,
et quamvis feliciter cesserint, fructu illorum
utuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia
prodire vult et conspici, ipsas nequitia
tenebras timet. Eleganter itaque ab
Epycuro dictum puto: potest nocenti contingere
ut lateat, latendi fides non potest. Aut
si hoc modo melius hunc explicari posse
iudicas sensum: ideo non prodest latere peccantibus,
quia latendi etiam si felicitatem habent,
fiduciam non habent. Ita est: tuta scelera
esse non possunt. Hoc ergo repugnare secte nostre
si sic expediatur non iudico. Quare?
Quia prima illa et maxima peccantium est pena
peccasse, nec ullum scelus, licet illud fortuna
exornet muneribus suis, licet tueatur
ac vindicet, impunitum est, quoniam sceleris
in scelere supplicium est. Sed nichilominus
hec et illa secunde pene premunt ac sequuntur,
timere semper et expavescere et securitati
diffidere. Quare ego supplicio nequitiam
liberem, quare non semper illam in suspenso
relinquam. Illic dissentiamus cum Epycuro
ubi dicit nichil iustum esse natura et crimina
vitanda esse quia vitari metus non
possit. Hic consentiamus mala facinora
conscientia flagellari et plurimum illi
tormentorum esse eo quod perpetua illam sollicitudo
urget ac verberat, quod sponsoribus se-
curitatis sue non potest credere. Hoc enim ipsum

nota

epi.

no

epi.

argumentum Epicure nata nobis a scelere ab
horrere · quod illi non eadem mens tuta tior est
Multos fortuna liberat pena metu ne
minem · Quare enim quod infixa nobis eius
rei aversacio est quam natura dampnavit ·
ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus
quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi osten
dit · Proprium autem est nocentium trepi
dare · male de nobis actum erat quod multa
scelera legem et vindicem effugiunt · et scripta
supplicia · nisi illa naturalia et gravia de
presentibus solverent et in locum pacientie timor
cederet · Vale · Qualiter adversus
fortune duricia componendus animus

&
ep 98
c 3

Nunquam credideris felicem quemquam ex
felicitate suspensum · Fragilibus
innititur qui adventicio
letus est · exibit gaudium quod intraverit
ad illa · quod vero ex se ortum fidele firmumque
et crescit et ad summum prosequitur · Cetera
quorum admiracio est vulgo in diem bona
sunt · Quid ergo non usui ac voluptati
esse possunt · quis negat et ita si illa
ex nobis pendent non ex illis nos · Omnia
que fortuna intuetur · ita fructifera ac
iocunda fiunt · si qui habet illa se quoque habet
nec in rerum suarum potestate est · Errant
enim mi Lucili · qui aut boni aliquid nobis
aut mali iudicant tribuere fortunam
materiam dat bonorum ac malorum et
initia rerum apud nos in malum bonumve
exiturarum · Valentior enim omni fortuna
animus est · et utramque partem ipse res suas
ducit · beateque ac misere vite sibi causa
est · Malus omnia in malum vertit · et que
cum specie optimi venerant · rectus atque
integer corrigit prava fortune · et dura
atque aspera ferendi scientia mollit · idemque
et secunda grate accipit modesteque et ad
versa constanter ac fortiter · qui licet pru
dens sit licet exacto faciat cuncta
iudicio · licet nichil supra vires suas
temptet non continget illi bonum illud
integrum et extra minas positum nisi certus
adversus incerta est · sive alios observare
volueris · liberius enim inter aliena
iudicium est · sive te ipsum favore seposito

et senties hoc et confiteberis · nichil
ex hiis optabilibus et caris utile · nisi
te contra levitatem casus rerumque casum
sequentium instruxeris · nisi illud fre
quenter et sine querela inter singula dampna
dixeris · Diis aliter visum est · ymo me
hercules · ut carmen fortius iustius petam
quo animum tuum magis fulcias · hoc
dicito quociens aliquid aliter quam cogita
bas evenerit · Dii melius · sic composito
nichil accidet · sic autem componetur ·
si quid humanarum rerum varietas possit
cogitaverit antequam senserit · et si liberos
et coniugem et patrimonium sic habuerit
tamquam non utique semper habiturus et tamquam
non futurus ob hoc miserior si habere
desierit · calamitosus est animus futuri
anxius · et ante miserias miser · qui
sollicitatus est · ut ea quibus delectatur
ad extremum usque permaneant · nullo enim
tempore conquiescet · et expectacione venturi
presentia quibus frui poterit amittet
In equo est autem amisse rei et timor
amittende · Nec ideo precipio tibi ne
gligenciam · tu vero metuenda declina
Quicquid consilio prospici potest · prospice
quodcumque lesurum est · multo ante quam
accidat speculare · et averte · In hoc ipsum
tibi plurimum conferet fiducia et ad tol
lerandum omne obfirmata mens · potest
fortunam cavere qui potest ferre · certe in tranquillo
non tumultuatur · Nichil est nec miserius
nec stultius quam pretimere · que ista
dementia est malum suum antecedere
Denique ut breviter includam quod sentio
et istos satagios ac sibi molestos
describam tibi tam intemperantes in ipsis
miseriis quam sunt ante illas · plus dolet
quam necesse est · eadem enim infirmitate
dolorem non estimat · qua non expectat
intemperancia fingit sibi perpetuam felicitatem
suam fingit crescere debere · quecumque
contigerunt non tantum durare · oblitus
huius petauri quo humana iactantur sibi
uni fortuitorum constanciam spondet
Egregie itaque videtur michi Metrodorus
dixisse in ea epistola qua sororem amisso
optime indolis filio alloquitur · mortale

est omnium mortalium bonorum. De hiis loquor
bonis ad que concurritur. Illa alia vera
bona non moriuntur; certa sunt sempiterna
que sapientia et virtus est. Hoc unum contingit
immortalibus ceteris tam inmobili sit tamquam
soliti que cavit quo illos singuli dies
turbet ut mirentur aliquos ipsos admittere
amissuri unus dies omnia quam continet est dabis
inscribes aput te est; tamen non est. Nichil
firmum infirmo, nichil fragili eternum
et invictum est. Tam necesse est perire quam per-
ire minus est. Remedium ergo adversus has
amissiones auxilii inveni: est ut memoria
teneamus amissa nec cum ipsis fructum
excidere patiamur quem ex illis percepimus. Habere
eripitur, habuisse numquam. Peringratus
est qui cum amisit pro accepto nichil
habet. Rem nobis eripit casus; usum
fructumque apud nos relinquit quem nos
iniquitate desiderii perdimus. Dic
tibi ex istis que terribilia videntur nichil
est invictum. Singula vicere iam multi:
ignem Mucius, crucem Regulus, venenum
Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro
adactam Cato; et nos vincamus aliquid.
Rursus ista que vulgus speciosa et felicitatis
specie inlecta a multis et sepe contempta sunt.
Fabricius divitias imperator reiecit,
censor notavit. Tubero paupertatem
et se dignam et capitolio iudicavit cum
fictilibus in publica cena usus ostendit
debere hiis hominem esse contentum quibus dii etiam
nunc uterentur. Honores reppulit pater Sextius
qui ita natus ut rem publicam deberet
capessere latum clavum divo Iulio dante
non recepit. Intelligebat enim quod dari
posset et eripi posse. Nos quoque aliquid et
ipsi faciamus animose; simus inter exempla.
Quare defecimus? Quare desperamus? Quicquid
fieri potuit potest. Nos modo purgemus animum
sequamurque naturam, a qua aberrati
cupiendum timendumque est et fortuitis
serviendum. Licet reverti in viam, licet in inte-
grum restitui. Restituamur ut possimus
dolores quocumque modo corpus invaserint
perferre et fortune dicere: cum viro tibi ne-
gotium est; quere quem vincas. Hiis sermo-
nibus et hiis similibus lenitur illa vis
ulceris, quam opto hercules mitigari
et aut sanari aut stare et cum ipso senescere.
Sed securus de illo sed de eius dampno agit
quibus senex egregius eripitur. Ita vite
vite plenus est cum dicit nichil desiderat
sua causa sed eorum quibus utilis est; liberaliter
facit quod vivit. Alius iam cum cruciatus
hiis finis esset, hic turpe putat mortem
fugere quam ad mortem confugere. Aliud ergo? Non
si suadebit ratio exhibit. Quid ni exeat si
nemo iam uti eo poterit, si nichil aliud
quam dolori operam dabit. Hoc est, mi Lucili,
philosophiam in opere discere et ad verum exerceri:
quid homo prudens animi habeat contra mortem,
contra dolorem, cum illa accedat, hic premat.
Quid faciendum sit a faciente discendum est.
Adhuc argumentis actum est an posset
aliquis dolori resistere, an mors magnos
quoque animos admota summittere. Quid
opus est verbis? de re presenti. Fiamus. Nec
mors illum contra dolorem facit fortiorem
nec dolor contra mortem; contra utrumque sibi fidit.
Nec spe mortis patienter dolet nec tedio
doloris libenter moritur. Hic fert illam, expectat. Va.

Consolacio amici pro filii mortui et quod luctus non voluptate sed ratione

Epistolam quam scripsi / Senece est
Metullo cum filium parvulum ami- c 99
sisset et diceretur molliter ferre c. 4
misi tibi in qua non solum solitum morem
secutus nec putavi leniter illum debere
tractari cum obiurgatione esset quam consolatione
dignior. Afflicto enim et magnum vulnus
male ferenti paulisper cedendum est; et
~~magnum vulnus male ferenti~~ expleat
se aut certe primum impetum effundat.
Hii qui sibi lugere susceperunt protinus casti-
gentur et discant quasdam etiam lacrimarum
ineptias esse. Solacia expectas? convicia
accipe. Molliter tu fers mortem filii; quid
faceres si amicum perdidisses? Decessit filius
incerte spei, parvulus; pusillum tempor-
is periit. Causas doloris conquirimus et de fortuna
etiam inique queri volumus quasi non sit iustas
querendi causas prebitura. At mehercules
satis mihi iam videbaris animi habere etiam
adversus solida mala, nedum adversus um-
bras malorum quibus ingemiscunt homines
amore tamen. Quod dampnorum omnium maximum
est, si amicum perdidisses danda opera
erat ut magis gauderes quod habueras
quam meres quod amiseras. Sed plerique

non computat quanta percepit quanta que
gavisus sit hoc habet inter reliqua mali
doloris si non supervacuus tamen sed ingratus
est. Ergo quod habuisti talem amicum perit
opera tot annis tanta coniunctione vite tam
familiari studiorum societate nichil
actum est cum amico effers amiciciam
et quid doles amisisse si habuisse non
prodest mihi crede magna pars eorum quos
amavimus licet ipsos casus abstulerit
apud nos manet. nostrum est quod preteriit
tempus nec quicquam est loco tuciore
quam quod fuit ingrati adversus percepta spe
futuri sumus tamquam non quod futurum est si modo
successerit nobis cito in preterita transiturum
sit. Anguste fructus rerum determinat
qui tantum presentibus letus est et futura et preterita
delectant. hec expectatione illa memoria
sed alterum pendet et non fieri potest alterum
non potest non fuisse. Quis ergo furor est certissimo
excidere. acquiescamus hiis que iam
hausimus si modo non perforato animo hau-
riebamus et transmittente quicquid acceperat
Innumerabilia sunt exempla eorum qui
liberos iuvenes sine lacrimis extulerunt
qui in senatum aut in aliquod publicum
officium a rogo redierint et statim aliud ege-
runt. nec immerito nam primum supervacuum
est dolere si nichil dolendo proficias
Deinde iniquum est queri de eo quod
uni accidit et omnibus restat. Deinde de-
siderii stulta conquestio est ubi minimum
interest inter amissum et desiderantem. Eo itaque
equiore animo esse debemus quod quos amisimus
sequimur. respice celeritatem rapidissimi temporis
cogita brevitatem huius spacii per quod
citatissimi currimus observa hunc comi-
tatum generis humani eodem tendentis minimis
intervallis distinctum. Etiam ubi maxima
videntur quem putas perisse premissus est
Quid autem dementius est cum idem tibi iter
emetiendum sit flere eum qui antecessit
Flet aliquis factum quod non ignoravit
futurum aut mortem in homine non cogitavit
sibi imposuit. Flet aliquis factum quod aie-
bat non posse non fieri quisquis aliquem
queritur hominem fuisse. Omnes eadem
condicio devinxit cui nasci contigit mori
restat intervallis distinguimur exitu equamur
hoc quod inter primum diem et ultimum iacet
varium incertumque si molestias extimes
etiam puero longum si velocitatem etiam
seni angustum nichil non lubricum et
fallax et omni tempestate mobilius
iactantur cuncta et in contrarium transeunt iu-
bente fortuna et in tanta volutatione
rerum humanarum nichil nisi mors
certum est. tamen de eo queruntur homines in
quo uno nemo decipitur. sed puer
decessit nondum dico melius agi cum
eo qui vita defungitur ad eum transeamus
qui consenuit quantulo vincit infantem
propone temporis profundi vastitatem et universum
complectere. Deinde hoc quod etatem vocamus
humanam compara immensa videbis quam exiguum
sit quod optamus quod extendimus. Ex
hoc quantum lacrime quantum sollicitudines
occupant. quantum mors antequam veniat
optata quantum valitudo quantum timor
quantum tenent aut rudes aut inutiles
anni dimidium ex hoc edormitur. Adice
labores luctus pericula et intelliges
etiam in longissima vita minimum esse
quod vivitur. sed quis tibi concedit non
melius se habere eum cui cito reverti
licet cui ante lassitudinem peractum est
iter. vita nec bonum nec malum est
~~bonum~~ boni ac mali locus est. ita nichil
perdidit ille nisi aleam in dampnum
certiorem potuit evadere modestus et
prudens potuit sub cura tua in
meliora formari sed quod iustius timetur
potuit fieri pluribus similis. Aspice
illos iuvenes quos ex nobilissimis
domibus in arenam luxuria proiecit
Aspice illos qui suam alienamque libidinem
exercent mutuo impudici quorum nullus
sine ebrietate nullus sine aliquo insigni
flagicio dies exit plus timeri quam
sperare potuisse manifestum erit. Non
debes itaque causas doloris accersere
nec levia incommoda indignando cu-
mulare. non hortor ut nitaris et sur-
gas non tam male de te iudico ut
tibi adversus hoc totam putem virtutem
advocandam. non est dolor iste sed morsus
tu illum dolorem facis sine dubio multum
philosophia profecit si puerum nutrici adhuc

ad L. XVIII

quam patri notiore animo facta desiderat.
Quid ergo? Duritiam suadeo et in funere
ipso rigere vultum volo et animum? Nec ad-
quidem patior? Minime. Inhumanitas est
ista, non virtus, funera suorum eisdem oculis
quibus ipsos videre, nec commoveri ad primam
familiarium divisionem. Puta autem
me vetare: quedam sunt sui iuris. Ex-
cidunt etiam retinentibus lacrime, et animum pro-
fuse levant. Quid ergo est? Permittamus illis
cadere, non imperemus; fluat quantum affectus
eiecerit, non quantum poscet imitatio.
Nichil vero merori adiciamus, nec illud
ad alienum augeamus exemplum. Plus
ostentatio doloris exigit quam dolor: quotus
quisque sibi tristis est? Clarius cum au-
diuntur gemunt, et taciti quietique dum se-
cretum est, cum aliquos videre, in fletus
novos excitantur; tunc capiti suo manus
ingerunt, quod potuerant facere
nullo prohibente liberius; tunc mortem
comprecantur sibi, tunc lectulo devolvuntur:
sine spectatore cessat dolor. Sequitur
nos, ut in aliis rebus, ita in hac quoque
hoc vicium: ad plurium exempla compo-
nere, non quid oporteat sed quid soleat
aspicere. A natura discedimus, populo nos
damus nullius rei bono auctori et in
hac re sicut in aliis omnibus inconstantissimo.
Videt aliquem fortem in luctu suo: impium
vocat et efferatum; videt aliquem colla-
bentem et corpori [struck] adfusum: effeminatum
ait et enervem. Omnia itaque ad rationem
revocanda sunt. Stultius vero nichil est
quam famam captare tristicie et lacrimas
approbare, quas iudico sapienti viro alias
permissas cadere, alias nisu elatas.
Dicam quid intersit: cum primus nos nuncius
acerbi funeris perculit, cum tenemus
corpus e complexu nostro in ignem transiturum,
lacrimas naturalis necessitas exprimit, et
spiritus ictu doloris impulsus quemadmodum
totum corpus quatit, ita oculos quibus
adiacentem humorem premit et expellit.
Hec lacrime per elisionem cadunt nolentibus
nobis. Alie sunt quibus exitum damus
cum memoria eorum quos amisimus re-
tractatur, et inest quiddam dulce tristicie,
cum occurrunt sermones eorum iocundi,
conversatio hylaris, officiosa pietas: tunc
oculi velut in gaudio relaxantur. Has

indulgemus, illis vincimur. Non est itaque
quod lacrimas propter circumstantem assidentemque
aut contineas aut exprimas: nec cessant nec
fluunt unquam tam turpiter quam finguntur.
Eant sua sponte. Ire autem possunt placide
atque composite. Sepe salva sapientis auctoritate
fluxerunt tanto temperamento ut illis
nec humanitas nec dignitas deesset.
Licet, inquam, nature obsequi gravitate
servata. Vidi ego in funere verendos
in quorum ore amor eminebat, remota
omni lugentium scena: nichil erat nisi
quod veris dabatur affectibus. Est aliquid
et dolendi decor; hic sapienti servandus
est, et quemadmodum in ceteris rebus ita
et in lacrimis aliquid sat est. Impru-
dentium ut gaudia sic dolores exunda-
vere. Equo animo excipe necessaria. Quid
incredibile, quid novum evenit? Quam
multis cum maxime funus locatur, quam
multis vitalia emuntur, quam multi post
luctum tuum lugent. Quociens cogitaveris
puerum fuisse, cogita et hominem, cui nil
certi promittitur, quem fortuna non utique
perducit ad senectutem: unde visum est
dimittit. Ceterum de illo frequenter
loquere et memoriam eius quantum potes
celebra; que ad te sepius revertetur
si erit in ea [struck] iocunditate +
ventura. Nemo enim libenter tristi conversatur,
nedum tristicie. Si quos sermones eius,
si quos quamvis parvuli iocos cum voluptate
audieras, sepius repete; potuisse illa
implere spes tuas quas paterna mente
conceperas audacter affirma. Oblivisci
quidem suorum ac memoriam cum corporibus
efferre, et effusissime flere, meminisse parcissime,
inhumani animi est. Sic aves, sic fere
suos diligunt, quarum concitata
actus est amor et pene rabidus, sed
cum amissis totus extinguitur. Hoc pru-
dentem virum non decet: meminisse perseveret,
lugere desinat. Illud nullo modo probo
quod ait Metrodorus esse aliquam axt°
cognatam tristicie voluptatem, hanc esse
captandam in eiusmodi tempore. Ipsa Metrodori
verba subscripsi. Metrodoru epistolon pe tu
toaa ϣHt poit tt tt aa de tt tte
c t i u faptis c Has tt tt kyet
n katatoyton kat poit. De quibus non
dubito quid sis sensurus. Quid enim

est turpius quam captare in ipso luctu vo-
luptatem immo per luctum et inter lacrimas
etiam quod iuvet querere. Hii sunt qui nobis
obiciunt nimium rigorem et infamant
precepta nostra duricia quod dicamus dolorem
aut admittendum in animum non esse aut cito
expellendum. Utrum tandem est incredi-
bilius aut inhumanius non sentire a-
missi amici dolorem an aucupari. Nos
quod precipimus honestum est cum aliquid
lacrimarum affectus effuderit et ut ita
dicam despumaverit non esse tradendum
animum dolori. Quid tu dicis miscendam
ipsi dolori voluptatem. Sic consolamur
crustulis pueros sic infantium fletum in-
fuso lacte compescimus. Ne illo quidem tempore
quo filius ardet aut amicus expirat
cessare pateris voluptatem sed ipsum vis
titillare merorem. Utrum honestius
dolor ab animo submovetur an voluptas
ad dolorem quoque admittitur. Dico
captatur et quidem ex ipso est. Aliqua inquit
voluptas cognata tristicie est. Istud nobis
licet dicere vobis quidem non licet. Unum
bonum nostis voluptatem unum malum
dolorem. Que potest inter bonum et malum esse
cognatio. Sed puta esse nunc potissimum
eruitur et ipsum dolorem scrutamur ad
quid iocundum circa se et voluptarium.
Quedam remedia aliis partibus corporis
salutaria velud feda et indecora ad-
hiberi aliis nequeunt et quod aliubi prodesset
sine dampno verecundie id fit in honesto
loco. Inhiciet non deputat luctum voluptate
sanie fuerint ista plaga curanda est.
Illud potius admone nullum mali
sensum ad eum qui perierit pervenire. Nam
si pervenit non perit. Nulla inquam res eum
ledit qui nullus est vivit si leditur.
Utrum putas illi male esse quod nullus est
an quod est adhuc aliquis. Atqui nec ex
eo potest ei tormentum esse quod non est. Nec
eum ullus sensus est. Nec ex eo quod
est effugit enim maximum mortis in-
commodum non esse. Illud quoque dicas ei qui
deflectat desideratque etatem primam apud
eos raptum. Ad brevitatem cum si
unusquisque comparatur et minimus et summus
equo sumus. Minus enim ad nos expectate ce-

venit quam quod minimum esse quod diu vivens
quidquid quidem minima aliqua pars est. Hoc
quod minimum proximum nichil est
et tamen hoc dementia nostra late disponitur.
Hec tibi scripsi non tamquam expectaturus
esses remedium tam serum. Liquet enim michi
te locutum tecum quicquid lecturus es. Sed
ut castigarem exiguam illam moram qua
te recessisti a te et in reliquum adhortarer
contra fortunam tollere animos et omnia eius non
tamquam posset venire sed tamquam utique esset
ventura prospicere. Vale. Epistola C.

Oratio magis debet esse simplex
et plana quam sollicita vel composita

Fabianum Papirium libros qui
inscribuntur Civilium legisse
te cupidissime scribis et respon-
disse expectationi tue. Deinde oblitus
de philosopho agi compositionem accusas. Puto esse
quod dicis effundi verba non figi. Primum
habet ista res suam gratiam et est decor pro-
prius leniter labentis. Multum enim inter-
esse existimo utrum exciderit an fluxerit.
Adice nunc quod in hoc quoque quod dicturus sum
ingens differentia est. Fabianus mi-
chi non effundere videtur orationem sed fundere
adeo larga est et sine perturbatione non
sine cursu tamen veniens. Illud plane
fatetur et prefert non esse tractatam nec
diu tortam sed illa ut vis esse credamus
mores ille non verba composuit et animis
scripsit ista non auribus. Preterea ipso
dicente non vacasset tibi partes intueri
adeo te summa rapuisset et fere que impetu
placent minus prestant ad manum relata.
Sed illud quoque multum est primo aspectu oculos
occupasse etiam si contemplatio diligens
inventura est quod arguat. Si me interro-
gas maior ille est qui iudicium
abstulit quam qui meruit et scio hunc
tutiorem esse scio audacius sibi de futuro
promittere. Oratio sollicita philosophum
non decet. Ubi tandem erit fortis et con-
stans ubi periculum sui faciet qui timet
verbis. Fabianus non erat negligens
in oratione sed securus. Itaque nichil invenies
sordidum. Electa verba sunt non captata
nec huius seculi more contra naturam suam
posita et inversa splendida tamen quamvis
sumantur a medio. Sensus honestos et magnificos

sit non coactos in sententiam sed tamen dictos
videbimus quid parum recisum sit, quid
parum structum, quid huius recentis poli-
ture; cum circumspexeris omnia, nullas videbis
angustias inanes. Desit sane varietas
marmorum et concisura aquarum cubiculis
interfluentium et pauperis cella et quicquid aliud
luxuria non contenta decore simplici mi-
scet: quod dici solet, domus recta est. Adice
nunc quod de compositione non constat: quidam
illam volunt esse ex horrido comptam, quidam
usque eo aspera gaudent ut etiam que mollius
casus explicuit ex industria dissipent
et clausulas abrumpant ne ad spectatum
respondeant. Lege Ciceronem: compositio eius
una est, pedem curvat lenta et sine
infamia mollis. At contra Pollionis
Asinii salebrosa et exiliens et ubi
minime expectes relictura. Denique
omnia apud Ciceronem desinunt, apud
Pollionem cadunt, exceptis paucissimis
que ad certum modum et ad unum exemplar
adstricta sunt. Humilia tibi preterea videri
dicis omnia et parum erecta; quo vitio
carere eum iudico. Non sunt animi tenore
quietum compositumque formata, nec
depressa sed plana. Deest illis oratorius
vigor stimulique quos queris et
subiti ictus sententiarum; sed totum corpus
videris quam sit comptum: honestum est. Non
habet oratio eius sed dabit dignitatem. Af-
fer quem Fabiano possis preponere. Dic Ci-
ceronem, cuius libri ad philosophiam pertinentes
pene totidem sunt quot Fabiani: cedam,
sed non statim pusillum est si quid maximo
minus est. Dic Asinium Pollionem: cedam, et respondeamus:
in re tanta eminere est post duos esse.
Nomina adhuc T. Livium; scripsit enim et
dyalogos, quos non magis philosophie annumerare
possis quam historie, et ex professo philosophiam continentes
libros: huic quoque dabo locum. Vide tamen
quam multos antecedat qui a tribus vincitur
et tribus eloquentissimis. Sed non prestat
omnia: non est fortis oratio eius, quamvis elata
sit; non est violenta nec torrens, quamvis
effusa sit; non est perspicua sed pura.
Desideres, inquis, contra vitia aliquid
aspere dici, contra pericula animose, contra fortunam
superbe, contra ambitionem contumeliose. Volo
luxuriam obiurgari, libidinem tra-
duci, impotentiam frangi. Sit aliquid oratorie
acre, tragice grande, comice exile. Vis
illum assidere pusille rei verbis: ille rerum
se magnitudini addixit, eloquentiam velut
umbram non hoc agens trahit. Non
erunt sine dubio singula circumspecta
nec in se collecta, nec omne verbum excitabit
ac punget, fateor; exibunt multa nec
ferient, et interdum otiosa preterlabetur
oratio, sed multum erit in omnibus lucis,
sed ingens sine tedio spatium. Denique
illud prestabit, ut liqueat tibi illum
sensisse que scripsit. Intelliges hoc actum
ut tu scires quid illi placeret tibi. Ad
profectum omnia tendunt, ad bonam mentem; non
queritur plausus. Talia esse scripta eius
non dubito, etiam si magis reminiscor quam
teneo, heretque mihi color eorum non ex
recenti conversatione familiariter sed summatim,
ut solet ex vetere notitia; cum audirem certe
illum talia mihi videbantur, non solida sed
plena, que adolescentem indolis bone
attollerent et ad imitationem sui vocarent
sine desperatione vincendi, que mihi
adhortatio videtur efficacissima. Deterret
enim qui imitandi cupiditatem fecit,
spem abstulit. Ceterum verbis habun-
dabat, sine commendatione partium singularum
in universum magnificus. Vale.

Liber xiiii. De inopinato fati termino, ubi notat eos qui longiorem vitam supplicio vel turpitudine paciscuntur

Omnis dies, omnis hora quam e 101.
nichil simus ostendit et aliquo c 1
argumento recenti admonet fra-
gilitatis oblitos; tum eterna meditatos
respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud
principium velit queris? Senecionem Cor-
nelium, equitem Romanum splendidum et offi-
ciosum, noveras: ex tenui principio se ipse
promoverat, et iam illi declivis erat
cursus ad cetera; facilius enim crescit dig-
nitas quam incipit. Pecunia quoque circa paupertatem
plurimum more habet; dum ex illa erepat,
heret. Iam Senecio divitiis imminebat, ad
illud due res ducebant efficacissime,
et querendi et custodiendi scientia, quarum
vel altera locupletem facere potuisset.
Hic homo summe frugalitatis, non minus
patrimonii quam corporis diligens, cum
me ex consuetudine mane vidisset,
cum per totum diem amico graviter affecto et sine

iacenti usque a nocte assedisset cum
hylaris conasset genere valitudinis
precipiti abreptus angustia vix constri-
ctatis faucibus spiritum traxit in
luce. Intra paucissimas ergo horas postquam
omnibus erat sani ac valentis officiis
functus decessit. Ille qui et mari et
terra pecunias agitabat, qui ad publica
quoque nullum relinquens inexpertum genus
questus accesserat in ipso actu bene ce-
dentium rerum in ipso procurrentis pecunie
impetu raptus est. Insere nunc Me-
libee piros, pone ordine vites. Quam
stultum est etatem disponere nec crastini
quidem dominum. O quanta dementia est
spes longas inchoantium: emam, edificabo,
credam, exigam, honores geram, tum deinde
lassam et plenam senectutem in otium
referam. Omnia mihi crede etiam felicibus
dubia sunt. Nichil sibi quisquam de fu-
turo debet promittere. Id quoque quod
tenetur per manus exit, et ipsam quam
premimus horam casus incidit. Volvitur
tempus rata quidem lege sed per obscurum.
Quid autem ad me an nature certum sit
quod mihi incertum est. Navigationes
longas et pererratis litoribus alienis
seros in patriam reditus proponimus, militiam
et castrensium laborum tarda manu precia,
procurationes officiorum et per officia pro-
cessus, cum interim ad latus mors est,
que quoniam numquam cogitatur nisi aliena
subinde nobis ingeruntur mortalitatis
exempla non diutius quam dum miramur
hesura. Quid autem stultius quam mirari
id ullo die factum quod omni die non potest
fieri. Stat quidem terminus nobis ubi illum
inexorabilis fatorum necessitas fixit,
sed nemo scit nostrum quam prope versetur
termino. Sic itaque formemus animum tamquam
ad extrema ventum sit. Nichil differamus,
quottidie cum vita paria faciamus.
Maximum vite vicium est quod imperfecta
semper est, quod aliquid ex illa differtur.
Qui cottidie vite sue summam manum
imposuit non indiget tempore. Ex hac autem
indigentia timor nascitur et cupiditas futuri
exedens animum. Nichil est miserius du-
bitatione venientium quorsus evadant.

Quantum sit illud quod restat aut quale,
collecta mens inexplicabili formidine
agitatur. Quo effugiemus hanc volutatio-
nem? Uno: si vita nostra non prominebit, si
in se colligitur. Ille enim ex futuro suspen-
ditur cui irritum est presens. Ubi vero quicquid mihi
debui redditum, ubi stabilita mens
scit nichil interesse inter diem et seculum, quicquid
deinceps dierum rerumque venturum ex
alto prospicit et cum multo risu seriem
temporum cogitat. Quid enim varietas mo-
bilitasque casuum perturbabit si certus
sis adversus incerta? Ideo Lucili mi
propera vivere et singulos dies sin-
gulas vitas puta. Qui hoc modo
se aptabit, cui vita sua quottidie
fuit tota, securus est. In spe viventibus
proximum quodque tempus elabitur subitque
aviditas et miserrimus ac miserrima
efficiat metus mortis. Inde illud Me-
cenatis turpissimum votum quo et de-
bilitatem non recusat et deformitatem
et novissime acutam crucem dummodo
inter hec mala spiritus prorogetur: Debi-
lem facito manu, debilem pede coxo,
tuber adstrue gibberum, lubricos
quate dentes; vita dum superest bene
est; hanc mihi vel acuta si sedeam cruce
sustine. Quod miserrimum erat si in-
cidisset optatur et tamquam vita petitur
supplicii mora. Contemptissimum putarem
si vivere vellet usque ad crucem. Tu
vero inquit me debilites licet dum spiritus
in corpore fracto et inutili maneat, de-
praves licet dum monstroso et distorto temporis
aliquid accedat, suffigas licet et acutam
sessuro crucem subdas. Est tanti vulnus
suum premere et patibulo pendere districtum,
dum differat id quod est in malis optimum,
supplicii finem? Est tanti habere animam
ut agam? Quid huic optes nisi deos fa-
ciles? Quid sibi vult ista carminis effemi-
nati turpitudo? Quid timoris dementissimi
pactio? Quid tam feda vite mendicatio? Huic
putes umquam recitasse Virgilium: Usque
adeo ne mori miserum est? Optat ultima
malorum et que pati gravissimum est
extendi ac sustineri cupit. Qua mercede

se vita cong…

servitute longior est, ante hunc diem moriendum est
dum morior. Invenitur aliquis qui velit
inter supplicia tabescere et perire membratim
et totiens per stillicidia emittere animam quam semel
exhalare? invenitur qui velit adactus ad
illud infelix lignum iam debilis iam pravus
et in foedum scapularum ac pectoris tubere
elisus, cui multae moriendi causae etiam
citra crucem fuerant, trahere animam tot tor-
menta tracturam? Nega nunc magnum be-
neficium esse naturae quod necesse est mori. Multa
peiora adhuc parati pati sunt: etiam ami-
cum prodere ut diutius vivant, et liberos
ad stuprum manu sua tradere ut contingat
lucem videre tot conscia scelerum. Excutienda
vitae cupido est discendumque nihil interesse
quando patiaris quod quandoque patiendum est.
Quam bene vivas refert, non quam diu; saepe
autem hoc est bene, non diu. Cancella-
toriam ponit de claritate post mortem
disputationem prius. Deinde philoso-
phice de eadem disserit claritate. Centesima

Quomodo molestus est iucundum somnium
videnti qui excitat (aufert enim vo-
luptatem etiam si falsam, effectum tamen verae
habentem), sic epistula tua mihi fecit iniuriam;
revocavit enim me cogitationi aptae tra-
ditum et iturum, si licuisset, ulterius. Iuva-
bat de aeternitate animarum quaerere, immo meher-
cules credere; credebam enim me facile opinionibus
magnorum virorum rem gratissimam promittentium quam
probantium. Dabam me spei tantae; iam enim
fastidio mihi eram, iam reliquias aetatis infractae
contemnebam, in immensum illud tempus et in
possessionem omnis aevi transiturus, cum subito
experrectus sum epistula tua accepta et tam bellum
somnium perdidi. Quod repetam, si te dimisero,
et redimam. Negat me epistula prima totam
quaestionem explicuisse in qua probare conabar
quod nostris placet, claritatem quae post mortem
contingit bonum esse; id enim me non solvisse
quod opponitur nobis: nullum inquiunt bonum
ex distantibus constat. Quod interrogas, mi
Lucili, eiusdem quaestionis est loci alterius,
et ideo non hoc tantum sed alia quoque eodem
pertinentia distuleram; quaedam enim, ut scis,
moralibus rationalia immixta sunt. Itaque
illam partem rectam et ad mores pertinentem
tractavi, numquid stultum sit ac supervacuum
ultra extremum diem curas transmittere, an
cadant bona nostra nobiscum nihilque sit eius
qui nullus est, an ex eo quod, cum erit, sensuri
sumus, antequam sit aliquis fructus percipi aut peti
possit. Haec omnia ad mores spectant; itaque
suo loco posita sunt. At quae a dialecticis contra
hanc opinionem dicuntur segreganda fuerunt
et ideo seposita sunt. Nunc, quia omnia exigis,
omnia quae dicunt persequar, deinde singulis
occurram. Nisi aliquid praedixero intellegi non
poterunt quae refellentur. Quid est quod
praedicere velim? Quaedam continua corpora esse,
ut hominem; quaedam esse composita, ut navem,
domum, omnia denique quorum diversae partes
iunctura in unum coactae sunt; quaedam ex
distantibus, quorum adhuc membra separata
sunt, tamquam exercitus, populus, senatus;
illa enim per quos ista corpora efficiuntur iure
aut officio cohaerent, natura diducta et singula
sunt. Quid est quod etiamnunc praedicere velim?
nullum bonum putamus esse quod ex distantibus
constat; uno enim spiritu unum bonum contineri
principale. Hoc si quando desideraveris per se
probatur; interim ponendum fuit, quia in nostra
tela mittuntur. Dicitis inquiunt nullum bonum
ex distantibus esse; claritas autem ista bonorum
virorum secunda opinio est. Nam quomodo fama
non est unius sermo nec infamia unius
mala existimatio, sic nec claritas uni
bono placuisse. Consentire in hoc plures
insignes et spectabiles viri debent ut claritas
sit. Haec autem ex iudiciis plurimorum efficitur,
id est distantium; ergo non est bonum. Claritas
inquit laus est a bonis bono reddita; laus
oratio, vox est aliquid significans. Vox est autem licet
virorum sit bonum? nec enim quidquid vir
bonus facit bonum est. Nam et plaudit
et sibilat; sed nec plausum quisquam nec
sibilum, licet omnia eius admiretur et lau-
det, bonum dicit non magis quam sternumentum
aut tussim. Ergo claritas bonum non est.
Ad summam dicite nobis utrum laudantis
an laudati bonum sit. Si laudati bonum
esse dicitis, tam ridiculam rem facitis quam si
affirmetis meum esse quod alius bene valeat.
Sed laudare dignos honesta actio est; ita laudantis
bonum est cuius actio est, non nostrum qui lau-
damur. Atqui hoc quaerebatur. Respondebo

ne singulis cur sit omnium an sit aliquod credi sed
tibus bonum et tamen ut queant et pares aliquid
suas habet. Deinde claritas desiderat
multa suffragia. post et unius boni viri in
dicio esse contenta nescit bonis bonos iudicabit
Amen ergo inquit et fama erit ipsius ma
lignus sermo. gloria quam nichil aliud fama
intelligo. consensum enim multorum exigit.
demum si horum dictio est et illius quadere quod
si de me vir bonus sentit eodem loco sum
quo si omnes boni idem sentirent. Omnes
enim si me cognoverint idem sentient. par illis
idem quod iudicium. eque vero inficiatur difficilem
non possit. ita prorsus est ac si omnes idem
sentiant. quod aliud sentire non possunt. ad gloriam
et famam non est satis unius opinio. illic
idem potest unius sententia quod omnium. quod omnium si
perfecta una erit. hic diversa similium
iudicia sunt difficiles affectus. dubia omnia
invenies levia suspecta. putas tu posse
unam omnium esse sententiam. non est unius una
sententia. illi placet intus veritas una fa
ciles est apud hos falsa sunt quibus
assentiunt. Rudes autem falso consentiunt
est. variatur et dissidet. Sed laus nichil
nichil aliud quam vox est. vox autem bo
num non est. tamen dicis claritatem ex laude
honorem a bonis redditam non ad vocem re
fert sed ad sententiam. licet enim vir bonus
taceat. sed aliquem iudicet dignum laude
ex laudatus est. Preterea aliud est laus
et aliud laudatio. hec et vocem exigit. itaque
nemo dicit laudem funebrem sed laudationem
cum officium oratione constat. tamen dicimus
aliquid laude non verba illa benigna.
bonorum sed iudicia promittimus. ergo laus
etiam tacita est bene sentientis. ac bonum apud
se laudat. Deinde ut dicam ad animum re
fert laus non ad verba. que concepta lau
de egerit et dissonantia plurium emittit
laudat quem laudandum esse iudicat. sic
tragicus ille apud nos ait. magnificum
esse laudari a laudato viro laude digno
ait. et tamen eque antiquus poeta ait. laus
a litteris non laudatio dicitur. que corrumpit
artes nichil enim eque et eloquentiam et
omne aliud studium auribus deditum ni
ciavit quam popularis assensio. fama nocet
utique desiderat claritas. post eundem nocet

contingere contenta iudicio plena est. non tamen
inclamaverit sed etiam intus reclamaverit. Aliud
interest inter claritatem et gloriam dicam. gloria
multorum iudiciis constat. claritas bonorum
enim interest bonum est claritas id est a bono
a bonis reddita utrum laudari an laudare
vero interest meum quem laudet. quam nam mea
amator omnium genuit et bene fecisse gaudeo
cogitatis invenisse. virtutum in pretio lector
hoc plurium bonum est quam grati sunt si
et meum. ita enim animo compositus sum
ut aliorum bonum meum iudicem. utique
eorum quibus esse sum bonum tamen est ipsum
laudatum bonum. virtute enim gerit. omnis
virtutis actio bona est. inito laudari
tamen ut Hercules qui bonus iudicasset inde
tantis bonum est et eius solum quod iudicatum
Rudes dubitas quin iusticia et habet bonum
est sit et ait bonum sit eius cui debitum
solvit merenti laudare iusticia est
ergo utique iusticia est. cavillatoribus istis
habunde respondimus. sed non debuit
hoc nullus esse propositum arguta disserere
et philosophiam in has angustias ex sua ma
iestate detrahere. Multo satius est ut
aperta via et recta quam sibi ipsi flexus
disponere quos tamen magna molestia de
bebis relegere. neque enim quicquam aliud iste
disputationes sunt quam inter se parte captata
cum lusus. Dic poeta quam natale est
immenso mente sua extendere magna
et quidem res est Tyrianus aut illos ob
porum in quem. et tamen deos sanctos patitur
domum humilem non accipit patria Ephesum
aut Alexandriam. aut si quod est etiam
ut frequentius sedibus locis numeris solum
patria est illi quodcunque supinum et immensum
circuitu suo cingit. hoc esse tempore
intra quod iacet maria. tamen terris intra
quod aer humidus divina secernens. iam
coniungit in quod disposita tot numina
in actus suos excubant. deinde artam etatem
sibi dari non sinit. omnes inquit ante me
sunt. nullum seculum magnis ingeniis clau
sum est. nullum non cogitationi pervium tempus.
tum venerit dies ille. qui mixtum hoc
divini humanique secernat corpus hic ubi
inveni linquam. ipse me diis reddam nichil

sine ullius fide. sed quoniam venter quod detinemur
prohibet mortalis eum moratur. illi meliori
vite longiori que proludit. quemadmodum
novem mensibus tenet nos maternus
uterus et preparat non sibi sed illi loco
in quem videmur emitti iam idonei spiritum
trahere et in aperto durare. sic per hoc spatium
quod ab infantia patet in senectutem. in
alium maturescimus partum. alia origo nos
expectat. alius rerum status. nondum celum nisi
ex intervallo pati possumus. Proinde in-
trepidus horam illam decretoriam prospice
non est animo suprema sed corpori. quicquid
circa te iacet rerum tamquam hospitalis
loci sarcinas specta. transeundum est. ex-
cutit redeuntem natura sicut intrantem. non
licet plus efferre quam intuleris. ymmo
etiam ex eo quod ad vitam attulisti pars
magna ponenda est. detrahetur tibi hec cir-
cumiecta novissimum velamentum tui cutis.
detrahetur caro et suffusus sanguis discurrens
que per totum detrahentur. ossa nervique fir-
mamenta fluidorum ac labentium. dies
iste quem tamquam extremum reformidas
eterni natalis est. Depone honus quid cunctaris
tamquam non prius quoque relicto in quo latebas
corpore exieris expulsus es. gemis
ploras. et hoc ipsum flere nascentis
est. sed tunc debebat ignosci. rudis et
imperitus omnium veneras. ex maternorum
viscerum calido molli que fomento emissum
afflavit aura liberior. deinde offendit
dure manus tactus tenerque adhuc et
nullius rei gnarus obstupuisti inter
ignota. Nunc tibi non est novum separari
ab eo cuius ante pars fueris. Equo animo
membra iam supervacua dimitte. et istud
corpus inhabitatum diu pone. scindetur
obruetur abolebitur. quid contristaris
ita solet fieri. pereunt semper velamenta nascen-
tium. Quid ista sic diligis quasi tua
istis opertus es. veniet qui te revellat dies
et ex contubernio fedi atque olidi ventris
educat. hinc nunc quoque tu quantum potes sub-
voluptati que nisi quam necesse est coherebit
alienus iam. hinc altius ad sublimius que
meditare. aliquando nature tibi archana
retegentur. discutietur ista caligo et lux
undique clara percuciet. ymaginare tecum
quantus ille sit fulgor tot siderum inter se
lumina miscentibus. nulla serenum umbra turbabit
equaliter splendebit omne latus celi. dies et nox
aeris infimi vices sunt. tunc in tenebris
vixisse te dices cum totam lucem totus aspexeris
quam nunc per angustissimas oculorum vias obscure
intueris et tamen admiraris illam iam procul.
Quid tibi videtur divina lux cum illam suo
loco videris. hec cogitatio nichil sordidum
animo subsidere sinit. nichil humile nichil
crudele. deos rerum omnium esse testes ait
illis nos approbari illis in futurum parari iubet
et eternitatem proponit. quam qui mente concepit
nullos horret exercitus. non terretur tuba. nullis
ad timorem minis agitur. Quidni non
timeat qui mori sperat. is etiam qui animum tam-
diu iudicat manere quamdiu retinetur
corporis vinculo solutum statim spargi.
id agit ut etiam post mortem utilis esse
possit. Quamvis enim ipse (al. ereptus) elatus sit oculis
tamen multa viri virtus animi est. multaque
refusat. gentis hominis cogita quantum nobis
exempla bona prosint. scies magnorum
virorum non minus presentiam esse utilem quam memoriam. Vale.

De pernicie insidiarum que sunt ab homine
de omnis officio. Et quomodo philosophia utendum.

Quid ista circumspicis que tibi sunt
possunt fortasse evenire. sed possunt e 103
et non evenire. incendium dico c 3
ruinam. aliqua nobis incidunt non insi-
diantur. illa potius vide. illa vita que
nos observant. que captant. Rarus est
casus etiam si gravis naufragium facere
vehiculo everti. ab homine homini cottidianum
periculum. adversus hoc te expedi. hoc intentis
oculis intuere. nullum est malum frequencius
nullum pertinacius. nullum blandius. ac
tempestas minatur antequam surgat. crepant
edificia antequam corruant. prenunciat fumus
incendium. subita est ab homine pernicies et eo
diligencius tegitur quo propius accedit.
Erras si istorum tibi qui occurrunt vultibus
credis. hominum effigies habent animos ferarum
nisi quod illarum perniciosior est primus incursus
quos transiere non querunt. Numquam enim
illas ad nocendum nisi necessitas incitat.
hec aut fame aut timore coguntur ad
pugnam. homini perdere hominem libet. tu tamen
ita cogita quod ab homine periculum sit ut
cogites quod sit hominis officium. alterum intuere

ne ledaris · alterum ne ledas · commodis
omnium leteris · moveare incommodis et me-
mineris que prestare debeas que cavere
sic vivendo quod consequaris non tene vocare
sed ne fallant. Interim poteris autem a philosophia
perfecte illa te sinu suo proteget et huius
sacrario eris · aut tutus aut tutior non
arietant inter se nisi in eodem ambulantes
Ipsam autem ipsam philosophiam non debebis iac-
tare · multis fuit periculis tamen non solet
tractata et contumaciter · tibi vitia detrahat
non aliis exprobret non abhorreat a pub-
licis moribus · nec hoc agat · ut quicquid
non facit damnare videatur · licet sapere
sine pompa sine invidia · Vale ·

Generaliter secessio in otium vel peregrinatio
non prosit sed noceat sine emendatione
animi · De magnitudine et excellentia
humani spiritus · Quod non debere laborem
vel mortem timere exemplo Socratis et Ka-

e sa · c · x · In Nomentanum meum fugi tho · infirmat
quid putas urbem immo febrem · et quidem
subrepentem iam manum michi iniecerat
protinus itaque parari vehiculum iussi Pau-
lina mea retinente medicus initia
esse dicebat motis venis et incertis
et naturale turbantibus modum exire perse-
veravi · Illud michi in ore erat domini mei
Gallionis · qui cum in Achaia febrem habere
cepisset protinus navem ascendit clami-
tans non corporis sed loci morbum · Hoc
ego Pauline mee dixi · que michi
valitudinem meam commendat · Nam cum sciam
spiritum illius in meo verti incipio ut illi
consulam michi consulere · et cum me fortiorem
senectus ad multa reddiderit · hoc bene-
ficium etatis amitto · venit enim michi in
mentem in hoc sene et adolescentem esse cui
parcitur · itaque quod ego ab illa non impetro
ut me fortius amet impetrat illa a me
ut me diligentius amem · Indulgendum enim
honestis affectibus · et interdum etiam si
premunt cause spiritus in honorem suorum vel
cum tormento revocandus et in ipso ore
retinendus est · Cum bono viro vivendum
sit · non quamdiu iuvat · sed quamdiu oportet
ut diucius in vita commoretur · qui perse-
verabat mori delicatus est · hoc quoque imperet
sibi animus · ubi utilitas suorum exigit ·
nec tantum · si vult mori sed si cepit intermittat

et suis commodet · Ingentis animi est aliena
causa ad vitam redire quod magni viri sepe
fecerunt · Sed hoc quoque summe humanitatis
existimo senectutem suam cuius maximus fructus
est securior sui tutela et vite usus animosior
attentius si scias alicui tuorum esse dulce
utile optabile · habet preterea in se non mediocre
ista res gaudium et mercedem · Quid enim iu-
cundius quam uxori tam carum esse ut propter hoc
tibi carior fias · Potest itaque Paulina mea
non tantum suum michi timorem imputare sed etiam
meum · Queris ergo quomodo michi consilium profec-
tionis cesserit · ut primum gravitatem urbis excessi
et illum odorem culinarum fumantium que
mote quicquid pestiferi vaporis obruerunt
cum pulvere effundunt · protinus mutatam
valitudinem sensi · Quantum deinde adiectum
putas viribus postquam vineas attigi ·
in pascuum emissus cibum meum invasi
repetivi ergo iam me non permansit marcor
ille corporis dubii et male cogitantis
incipio toto animo studere · non multum ad
hoc locus confert nisi se sibi prestat animus
qui secretum in occupationibus mediis si
volet habebit · At ille qui regiones
eligit et otium captat · ubique quod distrahat
inveniet · Nam Socratem querenti cuidam
quod nichil sibi peregrinationes profuissent
respondisse ferunt · Non immerito tibi hoc
accidit · tecum enim peregrinabaris · O quam bene
cum quibusdam ageretur si a se aberrarent
Nunc primum se ipsos sollicitant corrum-
punt territant · Quid prodest mare
traicere et urbes mutare · si vis ista effu-
gere quibus urgeris · non alibi sis oportet
sed alius · Putas venisse te Athenas
puta Rodum · elige arbitrio tuo civitatem
Quid ad rem pertinet quos illa mores habeat
tuos afferes · Divicias iudicabis bonum
torquebit te paupertas idque est miserrimum
falsa · Quamvis enim possideas multum · tamen quia alii
sunt hic tanto tibi videris defici quanto
minus vinceris · Honores iudicabis bonum · ma-
le te habebit ille consul factus ille et re-
factus invidebis quotiens aliquem in fastis
sepius legeris · tantus erit ambitionis
furor ut nemo tibi post te videatur
si aliquis ante te fuerit · Pessimum malum

ad LXIX

meditabis mortem cum michi sit male nisi
quod ante ipsam est timendum. Conterebunt te
non tua pericula sed suspiciones namque semper
agitaberis. Quid enim proderat evasisse
tot urbes Argolicas medios per hostes
tenuisse fugam. ipsa pax timorem submi-
nistrabit ne tutis quidem habebitur fides
consternata semel mente que ubi consuetu-
dinem pavoris improvidi fecit etiam ad
tutelam salutis sue inhabilis est. Non
enim vitat sed fugit magis autem periculis
patemus aversi. gravissimum iudicabis malum
aliquem ex hiis quos amabis amittere
cum interim hoc tam ineptum erit quam flere
quod arboribus amenis et domum tuam or-
nantibus decidant folia. Quicquid te de-
lectat eque vide ut videris dum vi-
ret: iterum aliud alio die casus excutiet
sed quemadmodum frondium iactura facilis
est quia renascuntur, sic istorum quos amas
quosque oblectamenta vite putas esse dampnum
quia reparantur etiam si non renascuntur. sed
non erunt idem. nec tu quidem idem eris.
Omnis dies omnis hora te mutat sed
in aliis rapina facilius apparet. hic
latet quia non ex aperto fit. alios auferunt
at ipsi nos furto subducimur. Horum
nichil cogitabis ab hiis, nec remedia
vulneribus oppones, sed ipse tibi seres
sollicitudinum causas alia sperando
alia desperando. Si sapis alterum alteri
misce. nec speraveris sine spe. Quid
per se peregrinatio prodesse cuiquam potuit?
non voluptates illa temperavit non cupi-
ditates refrenavit non iras repressit.
non indomitos amoris impetus fregit
nulla denique animo mala eduxit. non
iudicium dedit non discussit errorem sed
ut puerum ignota mirantem ad breve
tempus rerum aliqua novitate detinuit.
Ceterum inconstanciam mentis que maxime
egra est lacessit mobiliorem leviorem que
reddit ipsa iactacio. Itaque que petierant
cupidissime loca cupidius deserunt
et avium modo transvolant citiusque quam
venerant abeunt. Peregrinacio noticiam
dabit gentium novas tibi montium formas
ostendet invisitata spacia camporum
et inriguas perhennibus aquis valles

alicuius fluminis sub observatione naturam sive ut Ni-
lus estivo incremento tumet sive ut
Tigris eripitur ex oculis et acto per occulta
cursu integre magnitudini redditur.
sive ut Meander poetarum omnium exercitatio
et ludus implicatur crebris anfractibus
et sepe in vicinum alveo suo admotus antequam
sibi influat flectitur. Ceterum neque meliorem
faciet neque saniorem. Inter studia versandum
est et inter auctores sapientie ut quesita
discamus nondum inventa queramus. sic exi-
mendus animus ex miserrima servitute in
libertatem asseritur. Quamdiu quidem nescieris
quid fugiendum quid petendum quid necessarium
quid supervacuum quid iniustum quid inhonestum sit
non erit peregrinari sed errare. Nullam tibi
opem feret iste discursus; peregrinaris enim cum tuis
affectibus omnibus et mala tua te sequuntur
ne quidem sequerentur longius abessent. nunc
fers illa non ducis. itaque ubique te premunt
et paribus incommodis urunt. Medicina
ergo non regio querenda est. Fregit aliquis
crus aut extorsit articulum non vehiculum
navemque conscendit sed advocat medicum ut
fracta pars iungatur ut luxata in locum reponantur.
Quid ergo animum tot locis fractum et extortum
credis locorum mutatione posse sanari? Maius
est istud malum quam ut gestatione curetur.
Peregrinatio non facit medicum non oratorem
nulla ars loco discitur. Quid ergo sapiencia
ars omnium maxima in itinere colligitur?
Nullum michi crede iter quod te extra cu-
piditates extra iras extra metus sistat. aut
si quod esset agmine facto genus illuc humana
pergeret. tamdiu ista urgebunt mala ma-
cerabuntque per terras ac ~~[illegible]~~ maria vagum
quamdiu malorum gestaveris causas. Fugam
tibi non prodesse miraris? tecum sunt que fugis.
Te igitur emenda, onera tibi detrahe et
emendanda desideria intra salutarem modum contine
omnemque ex animo erade nequiciam. si vis pe-
regrinationes habere iocundas tuum comitem sana.
Herebit tibi avaricia quamdiu avaro sor-
didoque convixeris. Herebit tumor quamdiu
superbo conversaberis. numquam ~~seviciam~~ seviciam
tortoris contubernio pones. incendent libidines
tuas adulterorum sodalicia. Si velis viciis
exui longe a viciorum exemplis recedendum est

Avarus corruptor saevus fraudulentus
multum nociturus si prope a te fuissent
intra te sunt. Ad meliores transi: cum Cato
nibus vive, cum Lelio, cum Tuberone. Quod
si convivere etiam Grecis iuvat, cum Socrate
cum Zenone versare. Alter te docebit mori
si necesse erit, alter antequam necesse erit. Vive
cum Crisippo, cum Possidonio. Hii tibi tradent
humanorum divinorumque notitiam. Hii iubebunt
in opere esse nec tantum scite loqui et in
oblectationem audientium verba iactare, sed
animum indurare et adversus minas erigere.
Unus est enim huius vite fluctuantis et turbide
portus eventura contempnere, stare fidenter
ad portum tela fortune adverso pectore
excipere non latitantem nec tergiversantem.
Magnanimos nos natura produxit et ut
quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam
subdolum, quibusdam pavidum, ita nobis
gloriosum et excelsum spiritum querentem ubi
honestissime, non ubi tutissime vivat,
simillimum mundo quem quantum mortalium passibus
licet sequitur et emulatur, que profert
se laudari et aspici credit. Dominus est,
supra omnia est; itaque nulli se rei sub
mittat, nichil illi videatur grave quod
virum incurvet. Terribiles visu for
me letumque laborque: minime quidem, si
quis rectis oculis intueri illa possit
et tenebras perrumpere. Multa per noctem habita
terrori dies vertit ad risum. Terribiles
visu forme letumque labor: egregie
Virgilius noster non re dixit terribiles
esse sed visu, id est videri non esse. Quid
inquam in istis tam formidabile quam fama
vulgavit? Quid est, obsecro te, Lucili,
cur timeat laborem vir, mortem homo?
Totiens mihi occurrunt isti qui non putant
fieri posse quicquid facere non possunt, et aiunt
nos loqui maiora quam que humana natura
sustineat. At quanto ego melius de illis
existimo: ipsi quoque hec possunt facere, sed nolunt.
Denique quem umquam ista destituere temptantem?
cui non faciliora apparuere in actu? Non
quia difficilia sunt... Si tamen exemplum desideratis,
accipe Socratem, perpessicium senem, per omnia
aspera iactatum, invictum tamen et paupertate
quam graviorem illi domestica onera
faciebant, et laboribus quos militares quoque

virg
Socrat

pertulit. Quibus ille domi exercitus
sive uxore eius moribus fera, lingua
petulante, sive liberos indociles et matri
quam patri similiores. Sive aut in bello
fuit aut in tyrannide aut in libertate
bellis ac tyrannis seviore. Viginti et septem
annis pugnatum est; post finita arma
xxx annis Noxe dedita est civitas
ex quibus plerique inimici erant. No
vissima dampnatio est sub gravissimis
nominibus impleta: obiecta et religionum
violatio et iuventutis corruptela, quam
immittere in deos, in patres, in rem publicam
dictus est. Post hec carcer et venenum.
Hec usque eo animum Socratis non moverant
ut ne vultum quidem moverint. O illam
mirabilem laudem et singularem! Usque ad
extremum nec hilariorem quisquam nec tristiorem
Socratem vidit; equalis in tanta inequalitate
fortune. Vis alterum exemplum? Accipe hunc
M. Cathonem recentiorem, cum quo et infestius
fortuna egit et pertinacius. Cui cum omnibus
locis obstitisset, novissime et in morte
ostendit tamen virum fortem posse invita fortuna
vivere, invita mori. Tota illa etas aut
in armis est exacta civilibus aut intacta
concipiente iam civile bellum. Et hunc licet
dicas non minus quam Socratem in servitute fuisse,
nisi forte Cn. Pompeium et Cesarem et
Crassum putas libertatis socios fuisse.
Nemo mutatum Cathonem totiens mu
tata re publica vidit: eundem se in omni statu
prestitit, in pretura, in repulsa, in accusatione,
in provincia, in contione, in exercitu, in morte.
Denique in illa rei publice trepidatione cum
illinc Cesar esset decem legionibus pug
nacissimis subnixus, totis exterarum
gentium presidiis, hinc Pompeius satis
unus adversus omnia, cum alii ad Cesarem
inclinarent, alii ad Pompeium, solus
Catho fecit aliquas et rei publice partes. Si
animo complecti volueris illius imaginem
temporis, videbis illinc plebem et omnem erectum
ad res novas vulgum, hinc optimates
et equestrem ordinem, quicquid erat in civitate
sancti et electi, duos in medio relictos, rem
publicam et Cathonem. Miraberis, inquam, cum anim
adverteris Atriden Priamumque et sevum am
bobus Achillem: utrumque enim improbat,
utrumque exarmat. Hanc fert de utroque sen

sunt se si Cesar vicerit moriturum si Pompeius exulaturum. Quid habebat quod timeret qui sibi et victo et victori constituerat que constituta esse ab hostibus iratissimis poterant. Periit itaque ex decreto suo. Vides posse homines laborem pati: medias Affrice solitudines pedes exercitum. Vides posse tollerari sitim: et collibus arentibus sine ullis impedimentis victi exercitus reliquias trahens inopia humoris loricatus tulit et quotiens aque fuerat occasio novissimus bibit. Vides honorem et notam posse contempni: eodem quo repulsus est die in comitio pila lusit. Vides posse non timeri potentiam superiorum: et Pompeium et Cesarem quorum nemo alterum offendere audebat nisi ut alterum demereretur simul provocavit. Vides tam mortem posse contempni quam exilium: et exilium sibi indixit et mortem et interim bellum. Possumus itaque adversus ista tantum habere animi libeat modo subducere iugo collum. In primis autem respuende voluptates: enervant et effeminant et multum petunt, multum autem a fortuna petendum est. Deinde spernende opes: auctoramenta sunt servitutum. Aurum et argentum et quicquid aliud felices domos honerat relinquatur: non potest gratis constare libertas. Hanc si magno estimas omnia parvo estimanda sunt. Vale.

Quatuor esse que homines in perniciem hominis instigant, et quo modo singulorum vitari commodum est, et quod magna pars securitatis est nichil inique facere.

Que dissuadenda tibi sunt ut tutior vivas dicam. Tu tamen sic audias censeo ista precepta quomodo si tibi preciperem qua ratione bona valitudo in Ardeat. Intuens erroris considerans que sunt que homines in perniciem hominis instigant invenies spem, invidiam, odium, metum, contemptum. Omnibus istis adeo levissimum est contemptus ut multi eo remedii causa delituerint. Quem qui contempnit calcat sine dubio sed transit. Nemo homini contempto pertinaciter, nemo diligenter nocet; etiam in acie iacens preteritur, cum stante pugnatur. Spem improborum vitabis si nichil habueris quod cupiditatem alienam et improbam irritet, si nichil insigne possederis: concupiscuntur enim etiam si parva, si rara sunt. Sic invidiam effugies si te non ingesseris oculis, si bona tua non iactaveris, si scieris in sinu gaudere. Odium autem ex offensa hoc vitabis: neminem lacessendo aut gratuitum a quo te sensus communis tuebitur. Fuit hoc multis periculosum: quidam odium habuerunt nec inimicum. Illud ne timearis prestabit tibi et fortune mediocritas et ingenii lenitas: eum esse te homines sciant quem offendere sine periculo possint; reconciliatio tua et facilis et certa. Timeri autem tam domi molestum est quam foris, tam a servis quam a liberis. Nulli non ad nocendum satis virium est. Adice nunc quod qui timetur timet: nemo potuit terribilis esse secure. Contemptus superest, cuius modum in sua potestate habet qui illum sibi adiunxit, qui contempnitur quia voluit non quia debuit. Huius incommodum et artes bone discutiunt et amicicie eorum qui apud aliquem potentem potentes sunt, quibus applicari expediet non implicari, ne pluris remedium quam periculum constet. Nichil tamen eque proderit quam quiescere et minimum cum aliis loqui, plurimum secum. Est quedam dulcedo sermonis que irrepit et blanditur et non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Nemo quod audierit tacebit. Nemo quantum audierit loquetur. Qui rem non tacuerit non tacebit auctorem. Habet unusquisque aliquem cui tantum credit quantum ipsi creditum est; ut garrulitatem suam custodiat et contentus sit unius auribus, populum faciet. Sic quod modo secretum erat rumor est. Securitatis magna portio est nichil inique facere. Confusam vitam et perturbatam impotentes agunt: tantum metuunt quantum nocent, nec ullo tempore vacant. Trepidant enim cum fecerunt herent; conscientia aliud agere non patitur ac subinde respondere ad se cogit. Dat penas quisquis expectat; quisquis autem meruit expectat. Tutum aliqua res in mala conscientia prestat, nulla securitatem. Putat enim se etiam si non deprehenditur posse deprehendi

int sompnos monent. et quomodo alius
scelus loquitur de suo cogitat. non satis
illi obliteratio mala non satis tectum
notitia habuerit. aliquam latendi fortuna
nunquam fiduciam. Vale. Quod affectus
animi sunt corpora capciose disspu-
tat qua disputatorum curiositate dampnat
e 106 c 6
Tardius rescribo ad epistolas tuas
non quia districtus occupationibus
sum. hanc excusationem cave audias
vaco et omnes vacant qui volunt. Neminem
res sequuntur. ipsi illas amplexantur et ar-
gumentum esse felicitatis occupationem
putant. Quid ergo fuit quare non protinus
rescriberem tibi de quo querebas? tenebat
in contextum operis mei. scis enim me
moralem philosophiam velle complecti et omnes
ad eam pertinentes questiones explicare.
Itaque dubitavi utrum differrem an
donec suus isti veniret locus. an
tibi extra ordinem dicerem. humanius visum
est tam longe venientem non detinere.
Itaque et hoc ex illa serie rerum coherentium
excerpam. et si qua erunt huius generis non querenti
tibi ultro mittam. Que sint hec interrogas
que scire magis iuvat quam prodesse.
sicut hoc de quo queris bonum an corpus
sit. bonum prodest. facile enim quod facit
corpus est. bonum agitat animum et quodammodo
format et continet. Que ergo propria
sunt corporis. Que corporis bona sunt
corpora sunt et que animi sunt. Nam
et hoc corpus est. bonum hominis necesse est
corpus sit cum ipse sit corporalis. mentior
nisi et que alunt illum et que valitu-
dinem eius vel custodiunt vel restituunt
corpora sunt ergo et corpus est bonum eius.
Non puto te dubitaturum an affectus
corpora sint. ut aliud quod de quo non
queris infulciam. tanquam ira amor tristitia
si dubitas an vultum nobis mutent an frontem
astringant an faciem diffundant an ru-
borem evocent an fugent sanguinem.
Quid ergo tam manifestas notas corporis
credis imprimi nisi a corpore. si affectus
corpora sunt et morbi animorum et avaritia
crudelitas indurata vitia et statum

inemendabilem adducta ergo et malitia et species
eius omnes malignitas invidia superbia.
Ergo et bona primum quia contraria istis sunt
deinde quia eadem tibi indicia prestabunt.
An non vides quantum oculis det vigoris
fortitudo. quantam intentionem prudentia
quantam modestiam et quietem reverentia
quantam serenitatem letitia. quantum rigorem
severitas. quantam remissionem veritas. Corpora
ergo sunt que colorem habitumque corporum
mutant que in illis regnum suum exercent.
Omnes autem quas rettuli virtutes bona
sunt. et quicquid ex illis. Numquid
est dubium an id quo quid tangi potest
corpus sit. Tangere enim et tangi nisi corpus
nulla nulla potest res. ut ait Lucretius.
Omnia autem ista que dixi non muta-
rent corpus nisi tangerent. ergo corpora sunt.
Etiam nunc cui tanta vis est ut impel-
lat et cogat et retineat et iubeat corpus
est. Quid ergo non timor retinet. non
audacia impellit. non fortitudo immittit
et impetum dat. non moderatio refrenat
ac revocat. non gaudium extollit. non
tristitia adducit. Denique quicquid facimus
aut malitie aut virtutis gerimus imperio.
quod imperat corpori corpus est. quod
vim corpori affert corpus. bonum corporis
corporale bonum hominis et corporis bonum est.
itaque corporale est. Quoniam ut voluisti
morem gessi tibi nunc ipse dicam michi
quod dicturum esse te video. latrunculis
ludimus. in supervacuis subtilitas teritur.
non faciunt bonos ista sed doctos. apertior
res est sapere immo simplicior. paucis
est ad mentem bonam uti litteris. sed nos
et cetera in supervacuum diffundimus. ita
philosophiam quemadmodum omnium rerum. sic lit-
terarum quoque intemperantia. non vite sed scole
discimus. Vale. Que patienda sunt
ambulanti per hanc vitam viam. et
quod premeditatio levissima facit eius
gravamina. Et qualiter arnetas
mortalitatis a fato sequitur sequenda sit.
Ubi illa prudentia Liber xvi
tua. ubi in dispiciendis rebus
subtilitas. ubi magnitudo ia

Pusilla te res tangit · servi occupationes tuas occasionem fuge putaverint · si amici deciperent habeant enim sane nomen quod illis noster Epicurus imposuit et vocentur quo turpius non sint omnibus rebus tuis desunt illi qui et opera tua conterebant et te aliis molestum esse credebant · Nichil horum insolitum nichil inexpectatum est. Offendi rebus istis tam ridiculum est quam queri quod spargaris in publico aut inquineris in luto. Eadem vite condicio est que balnei turbe itineris quedam in te mittentur quedam incident. Non est delicata res vivere longam viam ingressus es et labaris oportet et arietes et cadas et lasseris et exclames o mors id est mentiaris. Alio loco comitem relinques alio efferes alio timebis per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter · Mori vult · preparetur animus contra omnia · sciat se venisse ubi tonat fulmen sciat se venisse ubi ponat luctus et ultrices posuere cubilia cure pallentes habitant morbi tristisque senectus. In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes · contempnere potes · contempnes autem si sepe cogitaveris et futura presumpseris. Nemo non fortius ad id cui se diu composuerat accessit et duris quoque si premeditata erant obstitit at contra imparatus etiam levissima expavit. Id agendum est ne quid nobis inopinatum sit. Et quia omnia novitate graviora sunt · hec cogitatio assidua prestabit ut nulli sis malo tiro. Servi me reliquerunt. Alium compilaverunt alium accusaverunt alium occiderunt alium prodiderunt alium calcaverunt alium veneno alium ~~criminatione~~ criminatione petierunt. Quicquid dixeris multis accidit. Deinceps que multa et varia sunt in nos diriguntur. Quedam in nos fixa sunt quedam vibrant et cum maxime veniunt · quedam in alios perventura nos stringunt. Nichil miremur eorum ad que nati sumus · que ideo nulli querenda quia paria sunt omnibus. Ita dico paria sunt non enim quod effugit aliquis pati potuit. Equum autem ius est non quo omnes usi sunt sed quod omnibus latum est. Imperetur equitas animo et sine querela mortalitati tributa pendamus. Hiems frigora adducit · algendum est. Estas calores refert · estuandum est. Intemperies celi valitudinem temptat · egrotandum est. Et fera nobis aliquo loco occurret et homo perniciosior feris omnibus. Aliud aqua aliud ignis eripiet. Hanc rerum condicionem mutare non possumus · id possumus magnum sumere animum et ut bonis dignum quo fortiter fortuita patiamur et nature consentiamus. Natura autem hoc quod vides regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt · turbantur maria cum quieverunt · flant invicem venti · noctem dies sequitur · pars celi consurgit · pars mergitur. Contrariis rerum eternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est · hanc sequatur · huic pareat · et quecumque fiunt debuisse fieri putet nec velit obiurgare naturam. Optimum est pati quod emendare non possis et deum quo auctore cuncta proveniunt sine murmuratione comitari. Malus miles est qui imperatorem gemens sequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus imperia nec deseramus hunc operis pulcherrimi cursum cui quicquid patimur intextum est et sic alloquamur Iovem cuius gubernaculo moles ista dirigitur quemadmodum Cleantes noster versibus disertissimis alloquitur quos michi in nostrum sermonem mutare permittitur Ciceronis disertissimi viri exemplo. Si placuerint boni consules si displicuerint scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum. Duc o parens celsique dominator poli quocumque placuit nulla parendi mora est. Adsum impiger. Fac nolle comitabor gemens malusque patiar quod licuit bono. Ducunt volentem fata nolentem trahunt. Sic vivamus sic loquamur paratos nos inveniat atque impigros fatum. Hic est magnus animus qui se ei tradidit. At contra ille pusillus et degener qui obluctatur et de ordine mundi male existimat et emendare mavult deos quam se. Vale.

De moderata cupiditate discendi et quanti profectus sit sapientem adire et quam maiori impetu ad philosophiam iuvenes quam senes accedimus, ubi notat eos qui philosophie docent disputare non vivere. Rta

ℓ ius

LX

e 108 c 2

Id de quo queris ex hijs est que scire tan-
tum eo ut scias pertinet. sed nichilominus quia pertinet
properas nec vis expectare libros quos
cum maxime ordino continentes totam moralem
philosophie partem. statim expediam. illud tamen prius
scribam quemadmodum tibi ista cupiditas discendi
qua flagrare te video digerenda sit. ne
ipsa se impediat. nec passim carpenda sunt
nec avide invadenda universa. per partes
pervenietur ad totum. aptari honus viribus
debet nec plus occupari quam cui sufficere
possimus. non quantum vis sed quantum capis
hauriendum est. bonum tantum habe animum.
capies quantum voles. Quod plus recipit
animus hoc se magis laxat. Hec nobis
precipere Attalum memini. cum scolam eius
obsideremus et primi veniremus et novissimi
exiremus. ambulantem quoque illum ad aliquas
disputationes evocaremus non tantum paratum
discentibus sed obvium. Idem inquit et docenti
et discenti debet esse propositum ut ille
prodesse velit. hic proficere. Qui ad
philosophum cotidie venit secum aliquid boni
ferat. aut sanior domum redeat. aut
sanabilior redibit. Ea autem philosophie vis
est ut non studentes. sed etiam conversantes
iuvet. Qui in solem venit. licet non in
hoc venerit colorabitur. qui in unguentaria
taberna resederit et paulo diutius commo-
rati sunt odorem secum loci ferunt. Et qui
ad philosophum fuerunt traxerunt aliquid. necesse
est quod prodesset et neglegentibus. Attende
quid dicam neglegentibus non repugnantibus.
Quid ergo non novimus quosdam qui multis
apud philosophum annis persederint et ne colorem
quidem duxerunt. Quid non noverim pertina-
cissimos quidem et assiduos quos ego non
discipulos philosophorum sed inquilinos voco.
Quidam veniunt ut audiant non ut discant
sicut ad theatrum voluptatis causa ad de-
lectandas aures oratione vel voce vel fa-
bulis ducimur. Magnam hanc auditorum
partem videbis cui philosophi scola diversorium ocii
sit. Non id agunt ut aliqua illo vicia
deponant ut aliquam legem vite accipiant
qua mores suos exigant. sed ut oblecta-
mento aurium perfruantur. Aliqui tamen et cum
pugillaribus veniunt non ut res excipiant
sed ut verba que tam sine profectu alieno dicant
quam sine suo audiant. Quidam ad magnificas
voces excitantur et transeunt in affectum dicentium
alacres vultu et animo. nec aliter concitantur
quam solent Phrigii tibicinis sono semiviri
et ex imperio furentes. Rapit illos insti-
gatque rerum pulchritudo non verborum inanium
sonitus. Si quid acriter contra mortem dictum
est. si quid contra fortunam contumaciter. iuvat
protinus que audias facere. afficiuntur illis
et sunt quales iubentur. si illa animo forma per-
maneat. si non impetum insignem protinus
populus honesti dissuasor excipiat. pauci
illam quam conceperant mentem domum perferre
potuerunt. Facile est auditorem concitare
ad cupiditatem recti. omnibus enim natura fun-
damenta dedit semenque virtutum. Omnes
ad omnia ista nati sumus. cum irritator ac-
cessit tunc illa animi bona veluti sopita
excitantur. Non vides quemadmodum theatra
consonent quotiens aliqua dicta sunt que publice
agnoscimus et consensu vera esse testamur. Desunt
inopie multa avaricie omnia. In nullum ava-
rus bonus est in se pessimus. Ad hos versus
ille sordidissimus plaudit et viciis suis
fieri convicium gaudet. Quanto magis hoc in-
dicas evenire cum a philosopho ista dicuntur. cum
salutaribus preceptis versus inseruntur
efficacius eadem illa demissuri in animum im-
peritorum. Nam ut dicebat Cleantes. quem-
admodum spiritus noster clariorem sonum reddit
cum illum tuba per longi canalis angustias
tractum patentiore novissime exitu effudit.
sic sensus nostros clariores carminis arta
necessitas efficit. Eadem neglegentius au-
diuntur minusque percutiunt quamdiu soluta
oratione dicuntur. ubi accessere numeri et egre-
gium sensum astrinxere certi pedes. eadem
illa sententia velut lacerto excussiore torquetur.
De contemptu pecunie multa dicuntur et lon-
gissimis orationibus hoc precipitur ut homines
in animo non in patrimonio putent esse di-
vitias. eum esse locupletem qui paupertati
sue aptatus est et parvo se divitem fecit.
magis tamen feriuntur animi cum carmina eius-
modi dicta sunt. Is minimum eget mortalis qui
minimum cupit. Quod vult habet qui velle

quod satis esse potest. Ita hec atque eiusmodi
audimus ad confessionem veritatis adducimur.
Illi enim quibus nil satis est admirantur
ac clamant. Hodie pecunie indicunt. Hunc
illorum affectum videris urge. Hoc preme
hoc honera relictis ambiguitatibus et
sylogismis et cavillationibus et ceteris acu-
minis irriti ludicris. Dic in avaricia
dic in luxuria. Cum profecisse te videris
et animos audiencium afficeris insta vehe-
mencius. Verisimile non est quantum proficiat
talis oratio remedio intenta et tota in bonum
audiencium versa. Facillime enim tenera con-
ciliantur ingenia ad honesti rectique
amorem. Adhuc docilibus leviterque corruptis
inicit manum veritas si advocatum idoneum
nacta est. Ego certe cum Attalum audirem
in vicia, in errores, in mala vite perorantem
sepe misertus sum generis humani et illum sub-
limem altioremque humano fastigio credidi.
Ipse regem se esse dicebat, sed plus quam regnare
mihi videbatur cui liceret censuram agere
regnancium. Cum vero commendare paupertatem
cepat et ostendere quam quicquid usum excederet
pondus esset supervacuum et grave ferenti
sepe exire ex scola pauperi libuit. Cum
cepat voluptates nostras traducere, laudare
castum corpus, sobriam mensam, puram mentem
non tantum ab illicitis voluptatibus sed etiam
supervacuis, libebat circumscribere gulam ac
ventrem. Inde mihi quedam permansere Lucili.
Magno enim in omnia inceptu veneram.
Deinde ad civitatis vitam reductus ex bene
ceptis pauca servavi. Inde ostreis bo-
letisque in vita renunciatum est. Non enim cibi
sed oblectamenta sunt ad edendum saturos
cogentia, quod gratissimum est edacibus
et se ultra quam capiunt farcientibus, facile de-
scensura, facile reditura. Inde in omnem
vitam unguento abstinemus, quoniam optimus
odor in corpore est nullus. Inde vino ca-
rens stomachus. Inde in omnem vitam
balneum fugimus. Decoquere corpus atque exinanire
sudoribus inutile simul delicatumque cre-
didimus. Cetera proiecta redierunt, ita tamen
ut quorum abstinenciam interrupi modum
servem et quidem abstinentie proximiorem
nescio an difficiliorem. Quedam enim ab-
sciduntur facilius animo quam temperantur.

Quoniam cepi tibi exponere quanto maiore
impetu ad philosophiam iuvenis accesserim quam
senex pergam, non pudebit fateri quem mihi
amorem Pythagoras iniecerit. Sotion — Sot.
dicebat quare ille animalibus abstinuisset
quare postea Sextius. Dissimilis utrique causa erat
sed utrique magnifica. Hic homini satis
alimentorum citra sanguinem esse credebat et
crudelitatis consuetudinem fieri ubi in vo-
luptatem esset adducta laceratio. Adicie-
bat contrahendam materiam esse luxurie. Colli-
gebat bone valitudini contraria esse alimenta
varia et nostris aliena corporibus. At Pytha- — Pyta
goras omnium inter omnia cognacionem esse dice-
bat et animorum commercium in alias atque alias
formas transeuncium. Nulla, si illi credas, anima
interit, nec cessat quidem nisi tempore exiguo
dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus
per quas temporum vices et quando pererratis pluribus — Sot.
domiciliis in hominem revertatur. Interim sce-
leris hominibus ac parricidii metum
fecit, cum possent in parentis animam inscii incurrere
et ferro morsuve violare, si in quo cognatus
aliquis spiritus hospites pareret. Hec cum expo-
suisset Sotion et implesset argumentis
suis, Non credis inquit animas in alia corpora
atque alia describi et migracionem esse quam
dicimus mortem? Non credis in his pecu-
dibus feris ne aqua mersis illum
quondam hominis animum morari? Non credis
nihil perire in hoc mundo sed mutare re-
gionem? nec tantum celestia per certos circuitus
verti, sed animalia quoque per vices ire et animos
per orbem agi? Magni ista crediderunt viri. Itaque
iudicium quidem tuum sustine, ceterum omnia
tibi in integro serva. Si vera sunt ista,
abstinuisse animalibus innocentia est,
si falsa, frugalitas. Quod iste credu-
litatis tue dampnum est? Alimenta tibi
leonum et vulturum eripio. His ego instinctus
abstinere animalibus cepi, et anno peracto non
tantum facilis erat mihi consuetudo sed dulcis.
Agitatiorem mihi animum esse credebam, nec
tibi hodie affirmaverim an fuerit.
Queris quomodo desierim? In Tyberii Cesaris
principatum iuventute tempus inciderat. Alienigena
tum sacra movebantur, sed inter argumenta
superstitionis ponebatur quorundam animalium
abstinencia. Patre itaque meo rogante

qui non calumpniam timebat sed philosophiam docebat
ad pristinam consuetudinem nec redii diffi-
culter sed ut inceperam melius tenere
persuasit laudare solebat Attalus cul-
citam que resisteret corpori tali utor
etiam senex in qua vestigium apparere non
possit. Hec retuli ut probarem tibi quam
vehementes haberent tyrunculi impetus
primos ad optima quoque si quis exhor-
taretur illos si quis impelleret. Sed aliquid
precipientium vitio peccatur qui nos docent
disputare. ad discentium qui propositum
afferunt ad preceptores suos non animum ex-
colendi sed ingenium. Itaque que philosophia fuit
facta philologia est. Multum autem ad
rem pertinet quo proposito ad quam rem
accedas. Qui grammaticus futurus Virgilium
scrutatur non hoc animo legit. Illud egre-
gium fuit irreparabile tempus. Vigilandum
est non properantibus relinquimur. Agit
nos agiturque velox dies. Inscii rapimur.
Omnia in futurum disponimus et inter
precipitia lenti sumus. Sed ut observet
quociens Virgilius de celeritate temporis dicit
hoc uti verbo illud fugit. Optima quoque
dies miseris mortalibus evi prima
fugiunt subeuntque morbi tristisque se-
nectus et labor et dure rapit incle-
mentia mortis. Ille qui ad philosophiam spectat
hec eadem quo debet adducit. Numquam Vir-
gilius inquit dies dicit ire sed fugere.
Quod currendi genus concitatissimum
est et optimos quosque primos rapit.
Quid ergo cessamus nos ipsi accelerare ut
velocitate rapidissime rei possimus equare
meliora pretervolant deteriora succedunt.
Quemadmodum ex amphora primum quod
est sincerissimum effluit gravissimum
quodque turbidumque subsidit. Sic in etate
nostra quod est optimum in primo est. id ex-
hauriri in aliis potius patimur ut nobis
fecem reservemus. Inhereat istud animo
tamquam missum oraculo placeat. Optima
quoque dies miseris mortalibus evi
prima fugit. Quare optima quia quod restat
incertum est. Quare optima quia iuvenes
possumus discere possumus facilem animum et
adhuc tractabilem ad meliora convertere
quia hoc tempus ydoneum est laboribus ydoneum

u. est virg. / cy de morte

agitandis per studia ingeniis est exercendis
per opera corporibus. Quod superest segnius
et languidius et propius a fine. Itaque
toto hoc agamus animo et omissis aliisque de-
[illegible] in rem unam laboremus nec hanc temporis
pernicissimi celeritatem quam retinere non
possumus relicti demum intelligamus
primus quisque optimus dies placeat et redigatur
in nostrum. Quod fugit occupandum est. Hec non
cogitat ille qui grammatici oculis car-
men istud legit. ideo optimum quemque
primum esse diem quia subeunt morbi quia
senectus premit et adhuc adolescentiam
cogitantibus supra caput est. Sed ait Vir-
gilius semper una ponit morbos senectute.
Non me hercules immerito. Senectus enim
insanabilis morbus est. Preterea inquit
hoc senectuti cognomen imposuit
triste illam vocat. Subeunt morbi tris-
tisque senectus. Non est quod mireris ex eadem
materia suis quemque studiis apta colligere.
In eodem prato bos herbam querit canis
leporem ciconia lacertam. Cum Ciceronis
librum de republica prendit hinc philologus aliquis
hinc grammaticus hinc philosophie deditus alius
alio curam suam mittit. Philosophus admiratur
contra iusticiam dici tam multa potuisse. Cum
ad hanc eandem lectionem philologus accessit
hoc subnotat duos romanos reges esse
quorum alter patrem non habet alter matrem.
Nam de Servii matre dubitatur. Anci pater
nullus Nume nepos dicitur. Propterea
notat eum quem nos dictatorem dicimus et
in hystoriis legimus ita nominari apud
antiquos magistrum populi vocatum. Hodie
id extat in auguralibus libris et
testimonium est quod qui ab illo nominatur magistri
equitum est. Eque notat Romulum perisse
solis defectione provocationem ad populum
etiam a regibus fuisse. Id ita in pontifi-
calibus libris aliqui qui putant
et Fenestella. Eosdem libros cum grammaticus
explicuit primum verba expressa a se
dici a Cicerone idest ipsa re in commentarium
refert nec minus sepse idest seipse. Deinde
transit ad ea que consuetudo seculi mutavit
tamquam ait Cicero quoniam sumus ab ipsa calce
eius interpellacione revocati. Hanc quam nunc

iterum Ciceronem notat antiquis talem dici
Deinde manus colligit versus ennii et in primis
illos de Affricano scriptos cui nemo
civis neque hostis quivit pro factis reddere
opere pretium. Ex hoc se ait intelligere apud
antiquos non tantum auxilium significasse
sed operam ait. Operam enim eum in neminem
potuisse Scipioni neque civem neque hostem
reddere opere pretium. Felicem deinde se putat
quod invenerit unde visum sit Virgilio dicere
quem super ingentes porta tonat celi. Ennium
hoc ait Homero se subripuisse, Ennius
Virgilium. Esse enim apud Ciceronem in hiis
ipsis de re publica hoc epygrama ennii
si fas endo plagas celestium ascendere cuiquam est
mihi soli celi maxima porta patet. Sed ne
et ipse dum aliud ago in philologum aut
grammaticum delabar. Illud admoneo au-
ditionem philosophorum lectionemque ad propositum beate
vite trahendam, non ut verba prisca aut
ficta captemus et translationes improbas
figurasque dicendi, sed ut profutura
precepta et magnificas voces et animosas
que mox in rem transferantur. Sic ista discamus
ut que fuerint verba sint opera. Nullos
autem peius mereri de omnibus mortalibus
iudico quam qui philosophiam velut aliquod
artificium venale didicerunt, qui aliter
vivunt quam vivendum esse precipiunt. Exempla
enim se ipsos inutilis discipline circumferunt
nulli non vitio quod insequuntur obnoxii.
Non magis mihi potest quisquam talis prodesse
preceptor quam gubernator in tempestate nau-
seabundus. Tenendum rapiente fluctu
gubernaculum, luctandum cum ipso mari,
eripienda sunt vento vela. Quid me
potest adiuvare rector navigii attonitus
et vomitans? Quanto maiore putas vita
tempestate iactari quam ullam ratem? Non
est loquendum sed gubernandum. Omnia que
dicunt, que turba audiente iactant, aliena
sunt. Dixit illa Plato, dixit Zenon,
dixit Crisippus et Possidonius et ingens
agmen. Non tantum ac talium quomodo probare
possint sua esse monstrabo. Faciant que
dixerint. Quia que volueram ad te perferre
iam dixi, nunc desiderio tuo satisfaciam
et in alteram epistulam integrum quod ex-
egeras transferam, ne ad rem spinosam
et auribus erectis curiosisque audiendam
lassus accedas. Vale. Multis argumentis

ostendit sapientem sapienti prodesse

An sapiens sapienti prosit scire c 109
desideras. Dicimus plenum omni bono c 3
esse sapientem et summa adeptum. Quomodo
prodesse aliquis possit summum bonum habenti
queritur. Prosunt inter se boni. Exercent enim virtutes
et sapientiam in suo statu continent. Desiderat
uterque aliquem cum quo conferat, cum quo querat.
Peritos luctandi usus exercet; musicum
qui paria didicit movet. Opus est et
sapienti agitatione virtutum. Ita quemadmodum
ipse se movet, sic movetur ab alio sapiente.
Quid sapiens sapienti proderit? Impetum
illi dabit, occasiones actionum honestarum
commonstrabit. Preter hec aliquas cogitationes
suas exprimet, docebit que invenerit. Semper
enim etiam sapienti restabit quod inveniat
et quo animus eius excurrat. Malus malo
nocet facitque peiorem iram eius in-
citando, tristitie assentiendo, voluptates
laudando. Et tunc maxime laborant mali
ubi plurimum vitia miscuere et in unum
collecta nequitia est. Ergo ex contrario
bonus bono proderit. Quomodo inquis? Gaudium
illi afferet, fiduciam confirmabit. Ex conspectu
mutue tranquillitatis crescet utriusque
leticia. Preterea quarundam illi rerum scientiam
tradet. Non enim omnia sapiens scit. Etiam si
sciret, breviores vias rerum aliquis excogitare
posset et has indicare per quas facilius
totum opus circumfertur. Proderit sapienti
sapiens, non solum suis viribus sed
ipsius quem adiuvat. Potest quidem ille etiam
relictus sibi explicare partes suas; utetur
propria velocitate; sed nichilominus adiuvat
etiam currentem hortator. Non prodest sapienti
sapiens sed sibi ipsi. Hoc scias. Detrahe
illi vim propriam et ille nichil aget. Isto modo
dicas licet non esse in melle dulcedinem.
Nam ipse ille qui esse debebit ita aptatus
lingua palatoque est ad huiusmodi gustum ut eum
talis sapor capiat, offendent. Sunt enim
quidam quibus morbi vitio mel amarum
videatur. Oportet utrumque talem esse ut et ille
prodesse possit et hic profuturo materia
sit idonea. In summum inquit perductum
calorem calefieri supervacuum est et in
summum perducto bonum supervacuum est
qui prosit. Numquid instructus omnibus rebus
agricola ab alio instrui querit? Numquid

armatus miles quia ad aciem contentus
satis est ut amplius arma desiderat
Ergo nec sapiens satis enim vite instructus
satis artius est. Ad hec respondeo quod
summa motus est calore adiecto ut summum
teneat sed ipse se iniuste calor tolluit quod
intus inest ut ista que toparis. Calor
enim nunquam est prodesse uarium est. Deinde
calor non admittit adiectum calorem ut
taleat sapiens non pro habitu mentis
sue stare vi amicos diversos habet sine
admisit cum quibus virtutes suas exerceat
Adice nunc quod inter se virtutes amicitia est
Itaque prodest qui virtutes aliquid pares suas
amat. Amicitia sic impertit perficit similia
delectat utique ins honesta sunt et probat
ac probari sciunt. Etiam ut sapientem anim
pitti monere nemo alius potest nisi sapiens
Ideo ergo ad bene monendum bene oportet
esse sit ut moveat ratio perfecta opus est
bene perfecta prodesse dicitur. Et quia media
nobis surgit ut pertinent ego ratiocinatione
Alia ad usus vite tantum aut sua alienis
hic dicet etiam stultus sapienti posse
prodesse autem non tamen sunt nam moveri
virtute sua ut suis quoniam movebit hic
non sine usus est quoniam proderit bono fiet
Necesse est enim aliena virtute potendo
exerceat et suam. Sed ut removeas ista que
ad summa bona sunt aut summo efficientia
nihilominus prodesse inter se sapientes possunt
Invenire enim sapientem sapienti per se
res potenda est quoniam natura bono omne
tantum est bono et sic quisque conciliat
bono quemadmodum sibi ipse est. Necessarium
questione arguitur ad alteram transeo
Querit enim an deliberaturus sit sapiens
an de consilio alicuius aduocaturus. Quod
facere illi necesse est cum ad hec ciuilia
et domestica venit et ut ita dicam mor
talia. In hiis sic illi opus est consilio
alieno quomodo medico quomodo gubernatori
quomodo aduocato et litis ordinatori.
Proderit ergo sapiens aliquando sapienti. Sua
debet ei. Sed illud quoque magnum ac diuin
um ut diximus communiter honesta tractando
et animos cogitationes miscendo utile
erit. Praeterea secundum naturam est et amicos am
plecti et amicorum actu suo gaudere. Et
tractando illam ipse hoc faciunt ut uiuus

quod nobis permanebit quod potendo sibi
valet. Virtus autem suadet praesentia bene collo
care de futuro consulere deliberare et intendere
animum facilius intendet explicabitque qui
aliquem sibi assumpserit. Querit itaque aut
perfectum virum aut proficientem vicinumque
perfecto. Proderit autem ille perfectus
si consilium communi prudentia iuuerit
Aiunt homines plus in alieno negotio vide
re. Hoc illis euenit quos amor
sui excecat quibusque adspectum utilitatis
timor in periculis excutit. Incipiet sapere
securior et extra metum positus. Sed nihilominus
quedam sunt que etiam sapientes in aliis
quam in se diligentius uident. Preterea illud dul
cissimum est honestissimum idem uelle atque
idem nolle. Sapiens sapienti prestabit.
Exegi opus pariter iugo ducet. Persolui
quod exegeras quamquam in ordine rerum erat.
quas moralis philosophie voluminibus complectimur.
Cogita quod soleo frequenter tibi dicere. Nihil
nos in ista aliud quam acumen exercere. Totiens
enim illo redeo. Quid ista me iuvat. Fortiorem fac me, iustiorem
temperatiorem. Non dum potest uacat. Adhuc
medico mihi opus est. Quid me poscis
scientiam inutilem magno promisisset.
Exige intrepidum me, intrepidum facere contra
et tanta me gladii minarentur et gladius
mucro tangeret iugulum. Quod poscas secum
fore etiam si contra me fragaret mugiret
etiam si subitus turbo totam nauem meam
mari raperet. Hoc in perturbatione volup
tate ut flamma tollis. Postea docebis
implicata solvere, ambigua distinguere
obscura perspicere. Nunc doce quod necesse est. Vale.

Sequitur liber xxij. Non oportet
deos infestos esse et etiam malis
Et quod pertractatur saepius philosophia
notitia boni et mali utique et superba
tu paene habentur. Et quod turpe etiam
in aqua et polenta reponere bitur. Vale

Ex Nomentano meo te salu
to et iubeo habere mentem bonam
hoc est propitios deos omnes
quos habet placatos et fauentes
quisquis sibi se propitiavit. Sepone in presentia
que quibusdam placent unicuique nostrum
pedagogum dari deum non quidem ordi
narium sed hunc inferioris note ex eo

ad L. XXI

quos Ovidius de plebe deos dicit. Ita tu haec seponas volo ut memineris maiores nostros qui crediderunt Stoicos fuisse; singulis enim et genium et Iunonem dederunt. Postea videbimus an tantum diis vacet ut privatorum negotia procurent. Interim illud scito, sive assignati sumus sive neglecti et fortunae dati, nulli te posse imprecari quicquam gravius quam si imprecatus fueris ut se habeat iratum. Sed non est quare cuiquam quem poena putaveris dignum optes ut infestos deos habeat: habet inquam etiam si videtur eorum favore produci. Adhibe diligentiam tuam et intuere quid sint res nostrae, non quid vocentur, et scies plura mala contingere nobis quam accidere. Quotiens enim felicitatis et causa et initium fuit quod calamitas vocabatur. Quotiens magna gratulatione excepta res gradum sibi struxit in praeceps et aliquem iam eminentem allevavit etiam nunc, tamquam adhuc staret unde tuto caditur. Sed ipsum illud cadere non habet in se mali, si exitum spectes, ultra quem natura neminem deiecit. Prope est rerum omnium terminus, prope est inquam et illud unde felix eicitur et illud unde infelix emittitur. Nos utraque extendimus et longa spe ac metu facimus. Sed si sapis, omnia humana condicione metire; simul et quod gaudes et quod times contrahe. Est autem tanti nihil diu gaudere ne quid diu timeas. Sed quare istud malum astringo? Non est quod quicquam timendum putes. Vana sunt ista quae nos movent, quae attonitos habent. Nemo nostrum quid veri esset excussit, sed metum alter alteri tradidit. Nemo ausus est ad id quo perturbabatur accedere et naturam ac bonum sui noscere. Itaque res falsa et inanis habet adhuc fidem quia non coarguitur. Tanti putemus oculos intendere: iam apparebit quam brevia, quam incerta, quam tuta timeantur. Talis animorum nostrorum est confusio qualis Lucretio visa est: Nam veluti pueri trepidant atque omnia caecis in tenebris metuunt, ita nos in luce timemus. Sed falsum est, Lucreti, non timemus in luce: omnia nobis fecimus tenebras. Nihil videmus, nec quid noceat nec quid expediat. Tota vita incursitamus nec ob hoc resistimus aut cautius pedem ponimus. Vides autem quam sit furiosa res in tenebris impetus. At mehercules id agimus ut longius revocandi simus, et cum ignoremus quo feramur, velociter tamen illo quo tendimus perseveramus. Sed lucescere si velimus potest. Uno autem modo potest, si quis hanc humanorum divinorumque notitiam scientia acceperit, si illa se non perfuderit sed infecerit, si eadem quamvis sciat retractaverit et ad se saepe rettulerit, si quaesierit quae sint bona, quae mala, quibus hoc falso sit nomen ascriptum, si quaesierit de honestis et turpibus, de providentia. Nec intra haec humani ingenii sagacitas sistitur: prospicere et ultra mundum libet, quo feratur, unde surrexerit, in quem exitum tanta rerum velocitas properet. Ab hac divina contemplatione abductum animum in sordida et humilia pertraximus, ut avaritiae serviret, ut relicto mundo terminisque eius et dominis cuncta circumeuntibus terram rimaretur et quaereret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblatis. Quicquid nobis bono futurum erat deus et parens noster in proximo posuit; non expectavit inquisitionem nostram, et ultro dedit: nocitura altissime pressit. Nihil nisi de nobis queri possumus: ea quibus periremus nolente rerum natura et abscondente protulimus. Addiximus animum voluptati, cui indulgere initium omnium malorum est; tradidimus ambitioni et famae, ceteris aeque vanis et inanibus. Quid ergo nunc te hortor ut facias? Nihil novi, nec enim novis malis remedia quaeruntur, sed hoc primum ut tecum ipse dispicias quid sit necessarium, quid supervacuum. Necessaria tibi occurrent; supervacua et semper et toto animo quaerenda sunt. Non est autem quod te nimis laudes si contempseris aureos lectos et gemmeam supellectilem. Quae est enim virtus supervacua contemnere? Tunc te admirare cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis quod vivere sine regio apparatu potes, quod non desideras miliarios apros nec linguas phenicopterorum et alia portenta luxuriae iam tota animalia fastidientis et certa membra ex singulis eligentis. Tunc te admirabor si contempseris etiam sordidum panem, si tibi persuaseris herbam, ubi necesse est, non pecori tantum sed homini nasci, si scieris cacumina arborum explementum esse ventris, in quem sic pretiosa congerimus tamquam recepta servantem. Sine fastidio implendus est. Quid enim ad rem pertinet quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? Delectant te disposita quae terra marique capiuntur. Alia eo gratiora si recentia

inferunt ad mensam. Alia si dominum pasta re co-
acta pinguescere flumine ut nunc saginam
contineat sua. delectat te nitor horum arte
quesitus. At me hercules ista sollicite
scrutata varieque condita cum subierunt
ventrem una atque eadem feditas occupabit.
Vis ciborum voluptatem contempnere ex-
itum specta. Attalum memini cum magna
admiratione omnium hec dicere. Diu inquit
mihi imposuere divitie. stupebam ubi
aliquid ex illis alio atque alio loco fulserat
existimabam similia esse que laterent
hiis que ostenderentur. sed in quodam appa-
ratu vidi totas opes urbis celatas
et auro et argento et hiis que pretium auri
argentique vicerunt. exquisitos colo-
res et vestes ultra non tantum nostrum sed
ultra finem hostium advectas. hinc puerorum
perspicuos cultu atque forma greges
hinc feminarum et alia que res suas re-
cognoscens summi imperii fortuna protulerat.
Quid hoc est inquam aliud quam irritare
cupiditates hominum per se incitatas. Quid
sibi vult ista pecunie pompa. Ad discen-
dam avariciam convenimus. At me hercules
minus cupiditatis istinc effero quam attuleram.
Contempsi divitias non quia supervacue sed
quia pusille sunt. Vidistine quam intra pau-
cas horas ille ordo quamvis lentus dispo-
situs que transierit. Hoc totam nostram vitam
occupabit quod totum diem occupare
non potuit. Accessit illud quoque tam super-
vacue mihi vise sunt habentibus quam fuerunt
spectantibus. Hoc itaque ipse mihi dico
quociens tale aliquid prestrinxerit oculos
meos quociens occurrit domus splendida
cohors culta servorum lectica formosis
imposita calonibus. quid miraris
quid stupes pompa est. ostenduntur iste
res non possidentur et dum placent
transeunt. Ad veras potius te converte
divitias. Disce parvo esse contentus
et illam vocem magnus atque animosus excla-
ma. Habeamus aquam habeamus polentam
Iovi ipsi controversiam de felicitate faciamus.
Faciamus oro te etiam si ista defuerint.
turpe est beatam vitam in auro et argento
reponere. eque turpe est in aqua et po-
lenta. Quid ergo faciam si ista non fuerint.
Queris quod sit remedium inopie famem fames
finit. Alioquin quid interest magna sint
an exigua que servire te cogunt. Quid
refert quantulum sit quod tibi possit negare
fortuna. Hec ipsa aqua et polenta in alie-
num arbitrium cadit. liber est autem
non in quem parum licet fortune. sed in quem
nichil. Ita est. nichil desideres oportet
si vis Iovem provocare nichil desiderantem.
Hec nobis Attalus dixit. que si
si voles frequenter cogitare id ages ut sis
felix. non ut videaris et ut tibi videaris
non aliis. Vale.

De vera philosophie magnitudine quam zophismata id est cavillationes prestare non possunt.

Quid vocentur latine zophisma-
ta quesisti a me. Multi tempta-
verunt illis nomen imponere nullum
hesit videlicet quia res ipsa non recipie-
batur a nobis nec in usu erat. Nomini
quoque repugnatum est. Aptissimum tamen vi-
detur michi quo Tullius usus est. Cavilla-
tiones vocat. quibus quisquis se tradidit
questiunculas quidem vafras nectit. ceterum ad
vitam nichil proficit. neque fortior fit neque
temperantior neque elatior. At ille qui philosophiam
in remedium suum exercuit ingens fit
animo plenus fiducie inexsuperabilis
et maior adeunti. Quod in magnis
evenit montibus quorum proceritas minus
apparet longe intuentibus. Cum ac-
cesseris tunc manifestum fit quam in arduo
summa sint. Talis est mi Lucili verus
et rebus non artificiis philosophus.
In edito stat admirabilis celsus magni-
tudinis vere. Non exsurgit in plantas
nec summis ambulat digitis eorum
more qui mendacio staturam adiuvant
longioresque quam sunt videri volunt.
Contentus est magnitudine sua. Quidni
contentus sit eo usque crevisse quo ma-
num fortuna non porrigit. Ergo et supra
humana est et par sibi in omni statu rerum
sive secundo cursu vita procedit sive
fluctuatur et it per adversa ac difficilia. Hanc
constantiam cavillationes iste de quibus
paulo ante loquebar prestare non possunt. Lu-
dit istis animus non proficit et philosophiam
a fastigio deducit in planum. Nec te
prohibuerim aliquando ista agere sed tunc cum voles

nichil agere hoc tamen dicit odisse pessimum dulce damne quaedam sua fatuit et animi spetie subtilitatis inducta temptat moueatque tanta rerum moles uocet. tamen iuxta tota uita suffitiat. ut hoc nunc dixeris uitam contempsisse. Deinde regere inquies sed aeque opus est. Ita nec illa bene rexit nisi qui contempsit. Vale. Vtcum et animis exemplo ostendit inueterati ingenii prauitatem fore non emendabilem

Cupio me hercules amicum tuum formari ut desideras et institui. sed ualde durus capitur immo potius quod est molestius ualde mollis capitur et consuetudine mala ac diutina fractus. uolo tibi ex nostro artificio exemplum referre. non qualibet insitionem uitis patitur si uetus et exesa est. si infirma gracilisque aut non recipiet surculum. aut non alet nec applicabit sibi nec in qualitatem eius naturamque transibit. Itaque solemus supra terram precidere ut si non responderit temptari possit secunda fortuna. et iterum repetita infra terram inseratur. Hic de quo scribis et mandas non habet uires indulsit uiciis simul et emarcuit et induruit. non potest recipere rationem non potest nutrire. ac cupit ipse. Noli credere. Non dico illum mentiri tibi putat se cupere stomachum illi fecit luxuria cito cum illa redibit in gratiam. sed dicit se offendi uita sua non negauerim quis enim non offenditur. homines uitia sua et amant simul et oderunt. Tunc itaque de illo feramus sententiam cum fidem nobis fecerit inuisam iam sibi esse luxuriam nunc illis male conuenit. Vale. Dialetice disputat per multa inconuenientia uirtutes non esse animalia. Moralem de fortitudine et iustitia doctrinam subinferens

Desideras tibi scribi a me quid sententiam de hac questione iactata aput nostros. an iustitia prudentia ceteraeque uirtutes animalia sint. hac subtilitate effecimus Lucili karissime ut exercere ingenium inter irrita uideremur et disputationibus nichil profuturis otium terere. faciam quod desideras et quid nostris uideatur exponam. sed me in alia sententia profiteor. puto quaedam esse que deceant phecasiatum palliatumque. Que sint ergo que antiquos mouerint dicam. Animum constat animal esse cum ipse efficiat ut simus animalia. et cum ab illo animalia nomen hoc traxerint. Virtus autem nichil aliud est quam animus quodammodo se habens ergo animal est. Deinde uirtus agit aliquid. agi autem nichil sine impetu potest. si impetum habet qui nulli est nisi animali animal est. si animal est inquit uirtus habet ipsa uirtutem. quidni habeat se ipsam. quomodo sapiens omnia per uirtutem gerit sic uirtus per se. Ergo inquit et omnes artes animalia sunt. et omnia que cogitamus quaeque mente complectimur. Sequitur ut multa animalium milia habitent in his angustiis pectoris. et singuli multa simus animalia aut multa habeamus animalia. Queris quid aduersus istud respondeatur. unaquaeque ex istis res animal erit multa animalia non erunt. Quare dicam si mihi accommodaueris subtilitatem et intentionem tuam. singula animalia singulas debent habere substantias. Ista omnia unum animum habent. Itaque singula esse possunt multa esse non possunt. Ergo et animal sum et homo non tamen duos esse dices nos. Quare quia separati esse debent. Ita dico alter ab altero debet esse diductus ut duo sint. quicquid in uno multiplex est sub unam naturam cadit. itaque unum est. Et animus meus animal est et ego animal sum duo tamen non sumus. Quare quia animus mei pars est. Tunc aliquid per se numerabitur cum per se stabit. Vbi uero alterius membrum erit non poterit uideri aliud. Quare dicam. Quia quod aliud est suum oportet esse et proprium et totum et intra se absolutum. Ego in alia esse me sententia professus sum. Non enim tantum uirtutes animalia erunt. si hoc recipitur. sed opposita quoque illis uitia et affectus tamquam ira timor luctus suspicio. Vltra res ista procedet. omnes sententie omnes cogitationes animalia erunt. quod nullo modo recipiendum est. Non enim quicquid ab homine fit homo est. Iustitia quid est inquit. animus quodammodo se habens. Itaque si animus animal est et iustitia. minime. hec enim habitus animi est et quedam uis. Idem animus in uarias figuras conuertitur et non totiens animal aliud est quotiens aliud facit. nec illud quod fit ab animo animal est. Si iustitia animal est si fortitudo. si cetere uirtutes. utrum desinunt esse animalia

subinde aut rursus incipiunt an semper
sunt. Desinunt virtutes non esse? Ergo ista
animalia uno innumerabilia in hoc animo ipse.
Non sunt, inquit, multa quia ex uno religata
sunt et partes unius ac membra sunt.
Talem ergo faciem animi nobis proponimus
qualis est idre multa habentis capita
quorum unumquodque per se pugnat, per se
nocet. Atqui nullum ex illis capitibus
animal est, sed animalis caput; ceterum ipsa unum
animal est. Nemo in chimera leonem animal esse
dixit aut draconem; hec partes erant eius;
partes autem non sunt animalia. Quid est
quo colligas iustitiam animal esse? Agit, inquit,
aliquid et prodest. Impetum esse et animi. Omne
animal donec moriatur id est quod cepit.
Homo donec moriatur homo est, equus equus;
transire in aliud non potest. Iustitia id est
animus quodammodo se habens animal est. Credamus.
Deinde animal est fortitudo, id est animus quodammodo
se habens. Quis animus? Ille qui modo in
iustitia erat. Tenetur in priore animali, et
in aliud ei transire non licet. In eo
illi in quo primum esse cepit perseverandum
est. Preterea unus animus duorum animal
esse non potest, multo minus plurium. Si iustitia,
fortitudo, temperantia ceteraque virtutes
animalia sunt, quomodo unum animum habebunt?
Singulos habeant oportet aut non sunt
animalia. Non potest unum corpus plurium
animalium esse. Hoc et ipsi fatentur. Iustitie
quod est corpus? Animus. Quid fortitudinis
quod est? Idem animus. Atqui unum corpus
esse duorum animalium non potest. Sed idem animus,
inquiunt, iustitie habitum induit et for-
titudinis et temperantie. Hoc fieri posset
si quo tempore iustitia esset fortitudo non
esset; nunc vero omnes virtutes simul sunt.
Ita quomodo singula erunt animalia cum unus
animus sit, qui plus quam unum animal non
potest facere? Denique nullum animal pars est alterius
animalis. Iustitia autem pars est animi; non
est ergo animal. Videor mihi in re confessa perdere
operam; magis enim indignandum de isto
quam disputandum est. Nullum animal alterius
pars est. Circumspice omnium corpora: nulli
non et color proprius est et figura sua
et magnitudo. Inter cetera propter que mirabile

divini artificis ingenium est, hoc quoque existimo
esse quod in tanta copia rerum numquam in idem
incidit. Etiam que similia videntur, cum contu-
leris, diversa sunt. Tot fecit genera foliorum:
nullum non sua proprietate signatum; tot
animalia: nullius magnitudo cum altero convenit;
utique aliquid interest. Exegit a se et dissimilia
essent et imparia. Virtutes, ut dicitis,
omnes pares sunt; ergo non sunt animalia.
Nullum non animal per se aliquid agit; virtus
autem per se nichil agit, sed cum homine. Omnia
animalia aut rationalia sunt, ut homines,
ut dii, aut irrationalia, ut pecora. Vir-
tutes utique rationales sunt; atqui nec
homines sunt nec dii; ergo non sunt animalia.
Omne rationale animal nichil agit nisi
primum specie alicuius irritatum est; deinde
impetum cepit; deinde assensio confir-
mavit hunc impetum. Quid sit assen-
sio dicam. Oportet me ambulare: tunc demum
ambulo, cum hoc mihi dixi et approbavi hanc
opinionem meam. Oportet me sedere: tunc
demum sedeo. Hec assensio in virtute non est.
Puta enim prudentiam esse: quomodo assentietur
Oportet me ambulare? Hoc natura non patitur;
prudentia enim ei cuius est prospicit, non
sibi; nam nec ambulare potest nec sedere.
Ergo assensionem non habet; quod assensionem
non habet rationale animal non est. Virtus si
animal est, rationale est; rationale autem non
est; ergo nec animal. Si virtus animal est, virtus autem
bonum est, omne bonum animal est. Hoc nostri
fatentur. Patrem servare bonum est, et sententiam
prudenter in senatu dicere bonum est, et
iuste decernere bonum est; ergo et patrem servare
animal est et prudenter dicere animal est. Eo usque
res exiit ut risum tenere non possis. Pru-
denter tacere bonum est; ita et tacere et cenare
animal est. Ergo me hercules titillare
non desinam et ludos mihi ex istis subtilibus
ineptiis facere. Iustitia et fortitudo si
animalia sunt, certe terrestria sunt. Omne
animal terrestre alget, esurit, sitit; ergo iustitia
alget, fortitudo esurit, clementia sitit.
Quid porro? Non interrogabo illos quam
figuram habeant ista animalia? hominis an equi
an fere? Si rotundam illis, qualem
deo dederint, formam, queram an et avaritia
et luxuria et clementia eque rotunde sint

sint enim et ipse animalia si habes quem rotundarent
et iam non interrogabis an prudens ambulatio
animal sit. nec esse consentiant. Deinde dicant
ambulationes esse animal et quidem totidem
ne putes ad primum consensus ex prescripto
loqui. sed inter Cleantem et
discipulum eius Crisippum non convenit. quid
sit ambulatio. Cleantes ait spiritum esse a
principali usque in pedes permissum. Crisippus ipsum
principale. quid est ergo cur non ipsius Cri-
sippi exemplo sibi quisque se vindicet. et
ista tot animalia et tamen alia sunt. Nam quemad-
modum aliquis et poeta est et orator et tamen
unus. sic virtutes multa animalia sunt. sed
multa non sunt. Idem est animus et animus
et iustus et prudens et fortis. ad singulas
virtutes quodammodo se habens. sublata convicio
nobis ista et ego interim fateor animum
animal esse postea visurus quid de ista re sententiam
feram. actiones eius animalia esse nego.
Alioquin et omnia verba erunt animalia et omnes
versus. Nam si sermo prudens bonum est. bonum
autem omne animal est. prudens versus bonum est.
bonum autem omne animal est. versus ergo animal est.
Itaque arma virumque cano animal est. quod
non possunt rotundum dicere cum sex pedes habeat.
Textorium inquis totum me hercules istud
quod cum maxime agitur. dissilio risu
cum mihi propono solocismum animal esse et bar-
barismum et sylogismum. et aptas illis fa-
cies tamquam pictor assignavit. hec disputamus
attractis supercilijs fronte rugosa. non
possum hoc loco dicere illud Cecilianum o
tristes ineptias ridicule sunt. Quin itaque
potius aliquid utile nobis ac salutare
tractamus. et querimus quomodo ad virtutes venire
possimus. que nos ad illas via ducat.
Doce me non an fortitudo animal sit. sed
nullum animal felix esse sine fortitudine. nisi
contra fortuita convaluit et omnes casus antequam
exciperet meditando predomuit. Quid est
fortitudo munimentum humane imbecillitatis
inexpugnabile. quod qui circumdedit sibi
securus in hac vite obsidione perdurat.
utitur enim suis viribus suis telis. Hoc
loco tibi Posidonij nostri sententiam referre
volo. Non est quod umquam fortune armis
putes esse te tutum. tuis pugna. contra
ipsam fortuna non armat. itaque contra
hostes instructi. contra ipsam inermes sunt.

Alexander Persas quidem et Hircanos et Indos
et quicquid gentium usque in occeanum exten-
dit oriens vastabat. fugabatque. sed ipse
modo occiso amico. modo amisso iacebat
in tenebris. alias scelus. alias desiderium
suum merens. victor tot regum atque
populorum ire tristicie succumbens. Id enim
egerat ut omnia potius haberet in potestate quam
affectus. O quam magnis homines erroribus
tenentur. qui ius dominandi transmaria cupiunt
permittere. felicissimosque se iudicant si
multas per milites provincias obtinent
et novas veteribus adiungunt ignari quod
sit illud ingens par quod est regnum imperare
sibi maximum imperium est. Doceat me
quam sacra res sit iusticia alienum bonum
spectans nichil ex se petens nisi usum sui.
Nichil sit illi cum ambitione fama.
que sibi placeat. Hoc ante omnia sibi quisque
persuadeat me iustum esse gratis oportet.
parum est. adhuc illud persuadeat me
iustum esse gratis oportet. parum est. ad
hunc illud persuadeat sibi me in hanc pulche-
rimam virtutem ultro et impendere iuvet.
tota cogitatio a privatis commodis quam longissime
aversa sit. non est quod spectes quod sit iuste
rei premium in animis iusta est. Illud ad-
huc tibi affige quod paulo ante dicebam.
Nichil ad rem pertinere quam multa equitatem
tuam noverint. Qui enim virtutem suam pub-
licari vult. non virtuti laborat sed glorie.
Non vis esse iustus sine gloria. At me her-
cules sepe iustus esse debebis cum infa-
mia. et tunc si sapis mala opinio bene
parta delectat. Vale.

De multiplici varietate viciose orationis et quod pro qualitate animi datur. Cuius informatur oratio ubi contra luxuriam in sanctitate declamat. Rubrica.

Quare a quibusdam temporibus pro-
venerit corrupti generis oratio
queris. et quomodo in quedam vi-
cia inclinatio ingeniorum facta sit ut aliquando
inflata explicatio vigeret. aliquando infracta
et in morem cantici ducta. quare alias
sensus audaces et fidem egressi placuerint.
alias abrupte sententie et suspiciose in quibus
plus intelligendum esset quam audiendum.
quare aliqua etas fuerit que translatione

nite vertitur inventudo · Hoc quod audire
vulgo soles · quod apud grecos in proverbium
cessit · talis hominibus fuit oratio qualis
vita · quemadmodum autem uniuscuiusque actio
dicendi similis est · sic genus dicendi aliquando
imitatur publicos mores · si disciplina
civitatis laboravit et se in delicias
dedit · Argumentum est luxurie publice
orationis lascivia · si modo non in uno
aut in altero fuit sed approbata est et
recepta · non potest alius esse ingenio alius
animo color · si ille sanus est · si compositus
gravis temperans · ingenium est siccum
ac sobrium est · Illo viciato hoc quoque
afficitur · Non vides si animus elanguit
trahi membra et pigre moveri pedes
si ille effeminatus est in ipso apparere
mollitiem · si ille acer est et ferox con-
citari gradum · si furit aut quod furori simile
est · irascitur · turbatum esse corporis motum
nec ire sed ferri · Quanto hoc magis
accidere ingenio putas quod totum animo
permixtum est · ab illo fingitur illi paret
inde legem petit · Quomodo Mecenas vixe-
rit notius est quam ut narrari nunc de-
beat · quo ambulaverit · quam delicatus
fuit · quam cupit videri quam vicia sua
latere noluit · Quid ergo · non oratio eius
eque soluta est quam ipse discinctus · non
tam insignita illius verba sunt quam
cultus quam comitatus quam domus quam uxor
magni ingenii vir fuerat · si illud
egisset via rectiore · si non vitasset
intelligi · si non etiam in oratione deflueret
Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis
involutam et errantem et licentie plenam
Mecenas de cultu suo · quid turpius
amne silvisque ripa comantibus vide
ut alveum lintribus arent versoque
vado remittant ortos · Quid si quis
femine cirro crispat et labris columbat
incipitque suspirans ut cervice lassa
fanatur · ne more tyrannum irremedia
bilis factio vivat epulis lagona
que temptat domos et spe mortem exigunt
genium festo vix suo teste tenuis
ut cerei filum et crepatem molam · focum
mater aut ~~soror~~ uxor investiunt · Non
statim cum hec legeris hoc tibi occurret
hunc esse qui solutis tunicis in urbe semper
incesserit · Nam etiam cum absentis Cesaris
fungeretur · signum a discincto petebatur
hunc esse qui in tribunali in rostris in omni
publico cetu sic apparuerit ut pallio
velaretur caput exclusis utrimque auribus
non aliter quam in mimo divitis fugitivi so-
let · Hunc esse cui tunc maxime civilibus
bellis strepentibus et sollicita urbe et armis
comitatus · hunc fuisse in publico spadones
duo magis tamen viri quam ipse · hunc esse
qui uxorem milies duxit cum unam
habuerit · Hec verba tam inprobe structa
tam neglegenter abiecta tam contra
consuetudinem omnium posita ostendunt
mores quoque non minus novos et pravos et
singulares fuisse · Maxima laus illi
tribuitur mansuetudinis pepercit gladio
sanguine abstinuit nec ulla alia re
quid posset quam licentia ostendit · Hanc
ipsam laudem suam corrupit istis orationis
portentosissime deliciis · Apparet enim
mollem fuisse non mitem · Hoc iste ambi-
gues compositionis · hec verba transversa · hic sensus
magni quidem sepe sed enervati dum
exeunt · cuivis manifestum faciet · mo-
tum illi felicitate nimia caput quod vicium
hominis esse interdum temporis solet · Ubi luxu-
riam late felicitas fudit · luxus primum
corporum esse diligentior incipit · Deinde
supellectili laborat · Deinde in
ipsas domos impenditur · curat ut in
latitudinem ruris excurrant ut parietes
advectis trans maria marmoribus ful-
geant ut tecta varientur auro ut la-
quearibus pavimentorum respondeat
nitor · Deinde ad cenas lautitia trans-
fertur et illic commendatio ex novitate
et soliti ordinis commutatione captatur
ut ea que includere solet cena prodea-
nt · ut que advenientibus dabantur
exeuntibus dentur · Cum assuevit animus
fastidire que ex more sunt et illi pro
sordidis solita sunt etiam in oratione quod
novum est querit et modo antiqua verba
atque obsoleta revocat ac profert · modo
fingit et ignota deflectit · modo id quod
nuper increbruit pro cultu habetur
audax translatio ac frequens · Sunt
qui sensus precidunt et hoc gratiam sperent

si fuit splenduerit et audientis suspensione
sui fecerit sunt qui illo detineantur et
convertantur · sunt qui non usque admittunt aure
dat. Rara est enim hoc sine ad grande
temptatum · sed quia vitium amant. Itaque
ubicumque videris orationem corruptam placere
ibi mores quoque a recto descivisse non
erit dubium. Quomodo conviviorum luxuria
quomodo vestium egre civitatis indicia sunt
sic orationis licentia si modo frequens est ostendit
animos quoque a quibus verba exeunt pro
cidisse. Mirari quidem non debes corrupta
excipi a toto sordidiore sed ab hac ipsa
turba quoque cultiore. Togis enim inter se
isti non iudiciis distant · hoc magis mirari
potes · quod non tantum vitiosa sed vitia laudentur.
Nam illud semper factum est · nullum sine
venia placuit ingenium. Da mihi quemcumque
vis magni nominis virum dicam quid illi etas
sua ignoraverit · quid ille sciens dissi
mulaverit. Multos tibi dabo quibus
vitia non nocuerint quosdam quibus pro
fuerint. Dabo inquam maxime fame et
inter admiranda propositos · quos si quis
corrigit delet · sic enim vitia virtutibus
inmixta sunt ut secum illas tractura
sint. Adice nunc quod oratio certam regulam
non habet · consuetudo illam civitatis que
numquam in eodem diu stetit versat. Multi ex
alieno seculo petunt verba duodecim ta
bulas loquuntur. Gracchus illis et Crassus
et Curio nimis et recentes sunt · ad Appium
usque et Coruncanium redeunt. Quidam contra
dum nichil · nisi tritum et usitatum volunt
in sordes incidunt. Utrumque diverso genere
corruptum est · tam mehercules quam
nolle se splendidis uti ac sonantibus
et poeticis necessaria atque in usu posita vi
tare. Tam hunc dicam peccare quam illum. Alter
se plus iusto colit alter se iusto plus
negligit · ille et crura hic et alas
quod vellit. Ad compositionem transeamus
quot genera tibi dabo in hac quibus
peccetur. Quidam prefractam et asperam
probant · disturbant de industria si quid
placidius effluxit · nolunt sine salebra
esse iuncturam virilem putant et forte que
aurem in equalitate percutiat. Quorun
dam non est compositio modulatio est · adeo

blanditur quid de illa loquar in qua verba
differuntur et diu expectata vix ad clausulas
redeunt. Quid illa in exitu lenta qualis
Ciceronis est devexa et molliter detinens
nec aliter quam solent ad morem suum pedemque
respondens. Non tantum in genere sententiarum vitium
est si aut pusille sunt et pueriles aut
improbe et plus ause quam pudore salvo
licet si floride sunt et nimis dulces
si in vanum exeunt et sine effectu nichil
amplius quam sonant. Hec vitia unus
aliquis inducit sub quo tunc eloquentia
est ceteri imitantur et alter alteri tradunt.
Sic Salustio vigente amputate sententie Sal
et verba ante expectatum cadentia et obscura
brevitas fuere pro cultu. Arruncius Ar
vir rare frugalitatis qui hystorias
belli punici scripsit fuit Salustianus
et in illud genus nitens. Est apud Salustium
exercitum argento fecit id est pecunia paravit.
Hoc Arruncius amare cepit posuit
illud omnibus paginis. Dicit quodam
loco fugam nostris fecere. Alio loco Hiero rex
Syracusanorum bellum fecit. Et alio loco
que audita Phanormitanos dedere
Romanis fecere. Gustum tibi dare volui
totus hiis contexitur liber. Que apud
Salustium rare fuerunt apud hunc cre
bra sunt et pene continua nec sine
causa. Ille enim in hec incidebat at
hic querebat. Vides autem quid sequatur
ubi alicui vitium pro exemplo est. Dixit Sal
Salustius aquis hiemantibus. Arruncius Ar
in primo libro belli punici ait Repente
hiemavit tempestas. Et alio loco cum
dicere vellet frigidum annum fuisse ait Totus
hiemavit annus. Et alio loco Inde sexa
ginta onerarias leves preter militem
et necessarios nautarum hiemante aquilone
misit. Non desinit omnibus locis hoc
verbum infulcire. Quodam loco dicit Sa
lustius Dum inter arma civilia equi boni
famas petit. Arruncius non temperavit
quominus primo statim libro poneret ingentes
esse famas de Regulo. Hec ergo et huiusmodi
vitia que alicui impressit imitatio non
sunt indicia luxurie nec animi corrupti
propria enim esse debent et ex ipso nata ex
quibus tu estimes alicuius affectus

Iracundi hominis iracunda oratio est, commoti nimis incitata, delicati tenera et fluxa. Quod vides istos sequi qui aut vellunt barbam aut intervellunt, qui labra pressius tondent et abradunt servata et summissa cetera parte, qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam, qui nolunt facere quicquam quod hominum oculis transire liceat: irritant illos et in se avertunt; volunt vel reprehendi dum conspici. Talis est oratio Maecenatis omniumque aliorum qui non casu errant, sed scientes volentesque. Hoc a magno animi malo oritur: quomodo in vino non ante lingua titubat quam mens cessit oppressa vel inclinata vel prodita, ita ista oratio quid aliud quam ebrietas nulli molesta est nisi animus labatur. Ideo ille curetur; ab illo sensus, ab illo verba exeunt, ab illo nobis est habitus, vultus, incessus. Illo sano ac valente oratio quoque robusta, fortis, virilis est; si ille procubuit, et cetera sequuntur ruinam. Rege incolumi mens omnibus una est; amisso rupere fidem. Rex noster est animus; hoc incolumi cetera manent in officio, parent, obtemperant; cum ille paulum vacillavit, simul dubitant. Cum vero cessit voluptati, artes quoque eius actusque marcent et omnis ab languido fluidoque conatus est. Quando hac similitudine usus est, perseverabo. Animus noster modo rex est, modo tyrannus. Rex cum honesta intuetur, salutem commissi sibi corporis curat et illi nihil imperat turpe, nihil sordidum; ubi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum et fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes et instant; qui initio quidem gaudet, ut solet populus largitione nocitura frustra plenus, et quae non potest haurire contrectat; cum vero magis ac magis vires morbus exedit et in medullas nervosque descendere deliciae, conspectu eorum quibus se nimia aviditate inutilem reddidit laetus, pro suis voluptatibus habet alienarum spectaculum, subministrator libidinum testisque, quarum usum sibi ingerendo abstulit. Nec illi tam gratum est abundare iucundis quam acerbum quod non omnem illum apparatum per gulam ventremque transmittit, quod non cum omni exoletorum feminarumque turba convolutatur, maeret quod magna pars suae felicitatis exclusa cor-

angustiis corporis cessat. Numquid enim, mi Lucili, in furio est quod nemo nostrum mortalem se cogitat, quod nemo imbecillum? immo quod nemo nostrum unum esse se cogitat. Aspice culinas nostras et concursantes inter tot ignes cocos: unum videri putas ventrem cui tanto tumultu comparatur cibus? Aspice veteraria nostra et plena multorum saeculorum vindemiis horrea: unum putas videri ventrem cui tot consulum regionumque vina cluduntur? Aspice quot locis terra vertatur, quot millia colonorum arent, fodiant: unum videri putas ventrem cui et in Sicilia et in Africa seritur? Sani erimus et modica concupiscemus si unusquisque se numeret, metiatur simul corpus, sciat quam nec multum capere nec diu possit. Nihil tamen aeque tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum quam frequens cogitatio brevis aevi et huius incerti: quidquid facies, respice ad mortem. Vale.

Quod sapienti non decet orationis polliciata comitas et de pulchritudine animi quomodo hic eminentiam non polita sed virtute felicitatis

Nimis anxium esse te circa verba et compositionem, mi Lucili, nolo: habeo maiora quae cures. Quaere quid scribas, non quemadmodum; et hoc ipsum non ut scribas sed ut sentias, ut illa quae senseris magis applices tibi et velut signes. Cuiuscumque orationem videris sollicitam et politam, scito animum quoque non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille remissius loquitur et securius; quaecumque dicit plus habent fiduciae quam curae. Nosti complures iuvenes barba et coma nitidos, de capsula totos: nihil ab illis speraveris forte, nihil solidum. Oratio cultus animi est: si circumtonsa est et fucata et manu facta, ostendit illum quoque non esse sincerum et habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinnitas. Si nobis animum boni viri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam sanctam, quam ex magnifico placidoque fulgentem videremus, hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus. Praeter has frugalitas et continentia et tolerantia et liberalitas comitasque et, quis credat, in homine rarum humanitas bonum splendorem illi suum affunderent.

Aut providencia cum elegancia et consilii magna-
nimitas eminentissima. Quantum boni
decoris illi quantum ponderis gravitatisque
adicerent. quanta esset cum gratia auctoritas
Nemo illam amabilem qui non simul ve-
nerabilem diceret. Si quis viderit hanc faciem
altiorem fulgentioremque quam cerni inter
humana consuevit. Nonne velut numinis
occursu obstupefactus resistat. Et ut fas
sit vidisse tacitus precetur. tum evocante ipsa
vultus benignitate productus adoret ac
supplicet et diu contemplatus multum extantem
supraque mensuram solitorum inter nos aspici
elatam oculis mite quiddam sed nichilominus
vivido igne flagrantibus. Tunc deinde
illam Virgilii nostri vocem verens atque atto-
nitus emittat. O quam te memorem virgo nam-
que haut tibi vultus mortalis nec vox
hominem sonat. Sis felix nostrumque leves quecumque
laborem. Aderit levabitque si colere eam
voluerimus. Colitur autem non taurorum opi-
mis corporibus contrucidatis nec auro
argentoque suspenso nec in thesauros stipe
infusa. sed pia et recta voluntate. Nemo
inquam non amore eius arderet. si nobis illam
videre contingeret. Nunc enim multa obstrigillant
et aciem nostram aut splendore nimio reper-
cutiunt aut obscuro retinent. Sed si
quemadmodum visus oculorum quibusdam
medicamentis acui solet et repurgari
sic et nos si aciem animi liberare impedimentis
voluerimus poterimus perspicere virtutem etiam ob-
rutam corpore et paupertate opposita et humilitate
et infamia obiacentibus. Cernemus inquam
pulcritudinem illam quamvis sordido obtectam
Rursus eque maliciam et erumpnosi ani-
mi veternum perspiciemus. quamvis multus circa
divitiarum radiancium splendor impediat
et intuentem. hinc honorum illinc magnarum
potestatum falsa lux verberat. Tunc intelligere
nobis licebit quam contempnenda miremur
simillimi pueris quibus omne ludicrum
in precio est. Parentibus quippe nec minus
fratribus preferunt parvo ere empta monilia.
Quid ergo inter nos et illos interest ut Ariston
ait nisi quod nos circa tabulas et sta-
tuas insanimus carius inepti. Illos
reperti in litore calculi leves et aliquid
habentes varietatis delectant. nos ingentium
macule columpnarum sive ex egipciis are-
nis sive ex affrice solitudinibus advecte
porticum aliquam vel capacem populi cenationem
ferunt. Miramur parietes tenui marmore
inductos cum sciamus quale sit quod ab-
sconditur. Oculis nostris imponimus. Et cum auro
tecta perfudimus quid aliud quam mendacio
gaudemus. Scimus enim sub illo auro
feda ligna latitare. Nec tantum parietibus
aut lacunaribus ornamentum tenue
pretenditur. Omnium istorum quos incedere altos
vides bratteata felicitas est. Inspice
et scies sub ista tenui membrana dignitatis
quantum mali iaceat. Hec ipsa res que tot
magistratus tot iudices detinet que
magistratus et iudices facit. pecunia ex quo
in honore esse cepit verus rerum honor
cecidit. mercatoresque et venales invicem
facti querimus non quale sit quidque
sed quanti. Ad mercedem pii sumus ad mercedem
impii et honesta quamdiu aliqua spes inest sequimur
in contrarium transituri si plus scelerata
promitterent. Admiracionem nobis parentes
auri argentique fecerunt et teneris infusa
cupiditas altius sedit crevitque nobiscum.
Deinde totus populus in alia discors
in hoc convenit. hoc suspiciunt hoc suis
optant. hoc diis velut rerum humanarum
cum grati videri volunt consecrant. De-
nique eo mores redacti sunt ut paupertas
maledicto probroque sit contempta divitibus
invisa pauperibus. Accedunt deinde car-
mina poetarum que affectibus nostris facem
subdant. quibus divicie velut unicum
vite decus ornamentumque laudantur.
Nichil illis melius nec dare videntur
dii immortales posse nec habere. Regia
solis erat sublimibus alta columpnis
clara micante auro. Eiusdem currum
aspice. Aureus axis erat themo au-
reus aurea summe. Denique quod optimum
videri volunt seculum aureum appellant
Nec apud grecos tragicos desunt qui lucro
innocenciam salutem opinionem bonam mutent
Sine me vocari pessimum ut dives
vocer. An dives an bonus. Nemo omnes
querimus. non quare et unde quid habeas
tantum rogat. Ubique tanti quisque quantum
habuit fuit. Quid habere nobis turpe
sit queris nichil. Aut dives opto vivere
aut pauper mori. Bene moritur quisquis
moritur dum lucrum facit. Pecunia
ingens generis humani bonum cui non
voluptas matris aut blande potest par
esse prolis. non sacer meritis parens
tam dulce si quid veneris in vultu

imitatur. Merito illa mores celicum atque hominum movet. Sed cum hii novissimi versus in tragedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eiciendum et actorem et carmen consurrexit uno impetu, donec eum ipse Euripides in medium ipse prosiliret et peteret ut spectarent viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula penas Bellerophontes quas in sua quisque dat. Nulla enim avaricia sine pena est, quamvis satis sit ipsa penarum. O quantum lacrimarum, quantum laborum exigit, quam misera desideratis est, quam misera partis est! Adice cottidianas sollicitudines que pro modo habendi quemque discruciant. Maiore tormento pecunia possidetur quam queritur. Dampnis ingemiscunt, que et magna incidunt et maiora videntur. Denique ut illis fortuna detrahat nichil, quidquid non adquiritur dampnum est. At felicem illum homines et divitem vocant, et consequi optant quantum ille possidet. Fateor. Quid ergo? tu ullos esse condicionis peioris existimas quam qui habent et miseriam et invidiam? Utinam qui divitias optaturi essent cum divitibus deliberarent; utinam honores petituri cum ambitiosis et summum adeptis dignitatis statum. Profecto vota mutassent, cum interim illi nova suscipiunt cum priora damnaverint. Nemo enim est cui felicitas sua, etiam si cursu venit, satisfaciat. Queruntur et de consiliis et de processibus suis, maluntque semper que reliquerunt. Itaque hoc tibi philosophia prestabit, quo equidem nichil maius existimo: numquam te penitebit tui. Ad hanc tam solidam felicitatem, quam tempestas nulla concutiat, non perducent te apta verba contexta et oratio fluens leniter: eant ut volent, dum animo compositio sua constet, dum sit magnus et opinionum securus et ob ipsa que aliis displicent sibi placens, qui profectum suum vita estimet et tantum scire se iudicet quantum non cupit, quantum non timet. Vale.

116 Potius esse nullos quam moderatos hic affectus contra peripateticos tractat

Utrum satius sit modicos habere affectus an nullos sepe quesitum est. Nostri illos expellunt, peripatetici temperant. Ego non video quomodo salubris esse aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Noli timere, nichil eorum que tibi non vis negari. Ego facilem me indulgentemque prebeo rebus ad quas tendis et quas aut interesse vite aut utiles aut iocundas putas; detraham vicium. Nam cum tibi cupere interdixero, velle permittam, ut eadem illa intrepidus facias, ut certiore consilio, ut voluptates ipsas magis sencias. Quidni ad te magis perveniant, si illis imperabis quam si servies? Sed naturale est ut desiderio amici torquear: da ius lacrimis tam iuste cadentibus. Naturale est opinionibus hominum tangi et adversis contristari: quare non permittas mihi hunc tam honestum male opinionis metum? Nullum est vicium sine patrocinio; nulli non initium verecundum est et exorabile, sed ab hoc latius funditur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris. Imbecillus est primo omnis affectus; deinde ipse se concitat et vires dum procedit parat: excluditur facilius quam expellitur. Quis negat omnes affectus a quodam quasi naturali fluere principio? Curam nobis nostri natura mandavit, sed huic ubi nimium indulseris, vicium est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, non ut illam peteremus, sed ut ea sine quibus non possumus vivere gratiora nobis illius faceret accessio: suo veniat iure, luxuria est. Ergo intrantibus resistamus, quia facilius, ut dixi, non recipiuntur quam exeunt. Aliquatenus, inquis, dolere, aliquatenus timere permitte. Sed illud aliquatenus longe producitur nec ubi vis accipit finem. Sapienti non sollicite custodire se tutum est, et lacrimas suas et voluptates ubi volet sistet; nobis, quia non est regredi facile, optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi videtur Panetius respondisse adolescentulo cuidam querenti an sapiens amaturus esset: De sapiente, inquit, videbimus: mihi et tibi, qui adhuc a sapiente longe absumus, non est committendum ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. Sive enim nos respicit, humanitate eius irritamur, sive contempsit, superbia accendimur. Eque facilitas amoris quam difficultas nocet: facilitate capimur, cum difficultate certamus. Itaque conscii nobis imbecillitatis nostre quiescamus. Nec vino infirm

aut committam nec forme nec adulescentie nec ullis rebus blande trahentibus. Quod Panetius de amore querenti respondit, hoc ego de omnibus dico: quantum possumus nos a lubrico recedamus, in sicco quoque parum fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illud publicum contra Stoycos vocem: nimis magna promittitis, nimis dura precipitis, nos homunciones sumus, omnia nobis negare non possumus. Dolebimus sed parum, concupiscemus sed temperate, irascemur sed placabimur. Scis quare non possumus ista? quia nos posse non credimus. Ymmo mehercules aliud est in re: vitia nostra quia amamus defendimus et malumus excusare illa quam excutere. Satis natura homini dedit roboris si illo utamur, si vires nostras colligamus ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in causa est, non posse pretenditur. Vale.

Argumentatur contra quosdam professores suos sapere bonum esse. Deinde huiusmodi disputatores velut perditos docet instrumenta virtutum non talia argumenta tractanda.

Multum tibi negotii concinnabis et dum nescis in magnam me litem ac molestiam impinges, qui mihi tales questiunculas ponis in quibus ego nec dissentire a nostris salva gratia nec consentire salva conscientia possum. Queris an verum sit quod Stoycis placet, sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse. Primum exponam quid Stoycis videatur, deinde tunc dicere sententiam audebo. Placet nostris quod bonum est esse corpus, quia quod bonum est facit; quicquid facit corpus est. Quod bonum est prodest; faciat autem aliquid oportet ut prosit; si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt; sequitur ut necesse sit illam corporalem dicere. At sapere non putant eiusdem conditionis esse. Incorporale est et accidens alteri, id est sapientie; itaque nec facit quicquam nec prodest. Quid ergo, inquit, non dicimus bonum est sapere? Dicimus referentes ad id ex quo pendet, id est ad ipsam sapientiam. Adversus hos quid ab aliis respondeatur audi, antequam ego incipio secedere et in alia parte considere.

Istos inquiunt nec beate vivere bonum est. Velint nolint respondendum est beatam vitam bonum esse, beate vivere bonum non esse. Etiam nunc quoque nostris illud opponitur: vultis sapere, ergo expetenda res est sapere; si expetenda res est, bona est. Coguntur nostri verba torquere et unam sillabam expetendo interponere, quam sermo noster inseri non sinit. Ego illam, si pateris, adiungam. Expetendum est, inquit, quod bonum est; expetibile quod nobis contingit cum bonum consecuti sumus. Non petitur tamquam bonum, sed petito bono accedit. Ego non idem sentio et nostros iudico in hoc descendere quia iam primo vinculo tenentur et mutare illis formulam non licet. Multum dare solemus presumptioni omnium hominum, et apud nos veritatis argumentum est aliquid omnibus videri; tamquam deos esse inter alia hec colligimus, quod omnibus de diis opinio insita est, nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque proiecta ut non aliquos deos credat. Cum de animarum eternitate disserimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum aut timentium inferos aut colentium. Utor hac publica persuasione: neminem invenies qui non putet et sapientiam bonum esse et sapere bonum. Non faciam quod victi solent, ut provocent ad populum: nostris incipiamus armis confligere. Quod accidit alicui, utrum extra id cui accidit est an in eo cui accidit? Si in eo est cui accidit, tam corpus est quam illud cui accidit. Nichil enim accidere sine tactu potest. Quod agit corpus est; si quod est, postea accesserit. Recessit quod et recessit motum habet; quod motum habet corpus est. Speres me dicturum non esse aliud cursum, aliud currere, nec aliud calorem, nec aliud calere, nec aliud lucem, aliud lucere. Concedo ista alia esse, sed non sortis alterius. Si valitudo indifferens est, et bene valere indifferens est; si forma indifferens est, et formosum esse indifferens est. Si iustitia bonum est, et iustum esse bonum est. Si turpitudo malum est, et turpe esse malum est, tam mehercules quam si lippitudo malum est, lippire malum est. Hoc ut scias, neutrum esse sine altero potest. Qui sapit sapiens est; qui sapiens est sapit. Adeo non potest dubitari an quale illud sit tale hoc sit, ut utrumque videatur quibusdam atque idem. Sed illud libenter

quesierit cum omnia aut mala sint aut
bona aut indifferentia sapere in quo nume-
ro sit bonum negauit esse malum utique non
est. Sequitur medium sit. Id autem medium
atque indifferens uocamus quod tam malo
contingere quam bono potest tamquam pecunia forma
nobilitas. Ergo hoc ut sapiat contingere
nisi bono non potest. Ergo indifferens non est
atque malum quidem est quod contingere malo
non potest. Ergo bonum est. Quod nisi bonus
non habet bonum est. Sapere non nisi bonus
habet. Ergo bonum est. Accidens est inquit
sapientie. Hoc ergo quod uocatis sapere utrum
facit sapientiam an patitur. Siue facit illud
siue patitur utroque modo corpus est. Nam
et quod fit et quod facit corpus est. Si corpus
est bonum est. Unum enim deerat illi quo
minus bonum esset quod incorporale erat.
Perypateticis placet nichil interesse inter
sapientiam et sapere cum in utrolibet
eorum et alterum sit. Numquid enim quemquam
existimas sapere nisi qui sapientiam habet.
Numquid quemquam qui sapit non putas habere
sapientiam. Dyalectici ueteres ista distinguunt
ab illis diuisio usque ad stoycos uenit.
Qualis sit hec dicam. Aliud est ager
aliud agrum. Quidni? cum habere agrum
ad habentem non ad agrum pertineat. Sic aliud
est sapientia aliud sapere. Puto concedas duo
esse hec id quod habetur et eum qui habet.
Habitum sapientiam habet qui sapit. Sa-
pientia est mens perfecta uel ad summum
optimumque perducta. Ars enim
uite est. Sapere quid est? Non possum
dicere mens perfecta sed id quod contingit
perfectam mentem habenti. Ita alterum
est mens bona alterum quasi habere
mentem bonam. Sunt inquit nature corporum
tamquam hic homo est hic equus. Has deinde
sequuntur motus animorum enunciatiui
corporum. Hii habent proprium quiddam et a corporibus
seductum tamquam uideo catthonem am-
bulantem. Hoc ostendit sensus animus
credidit. Corpus est quod uideo cum
et oculos intendi et animum. Dico deinde
catho ambulat. Non corpus inquit
est quod nunc loquor sed enunciatiuum
quiddam de corpore quod alii effatum uo-
cant alii enunciatiuum alii edictum. Sic cum

dicimus sapientiam corporale quiddam intelligimus
cum dicimus sapit de corpore loquimur. Plurimum
autem interest utrum illud dicas an de illo.
Putemus ista duo esse nondum enim
quid michi uideatur pronuntio. Quid prohibet
quominus aliud quidem sit sed in idem incidat
bonum. Dicebam paulo ante
aliud esse agrum aliud habere agrum.
Quidni? in alia enim natura est qui habet
in alia quod habetur. Illa terra est hic homo
est. At in hoc de quo agitur eiusdem
nature sunt utraque et qui habet
sapientiam et ipsa. Preterea illic
aliud est quod habetur aliud qui habet. Hic
est quod habetur alius qui habet. Hic idem
est et quod habetur et qui habet. Ager iure possidetur
sapientia natura. Ille abalienari potest et alii
tradi. Hec non discedit
a domino. Non est itaque quod comparetis inter se
dissimilia. Ceperam dicere posse ista duo esse
et tamen utraque bona esse tamquam sapientia et sapiens
duo sunt et utrumque bonum esse concedis.
Quomodo nichil obstat quominus et sapientia
bonum sit et habens sapientiam nichil obstat
quominus et sapientia bonum sit et habere
sapientiam id est sapere. Ego in hoc uolo sa-
piens esse ut sapiam. Quid ergo est
non est id bonum sine quo nec illud
bonum est. Vos certe dicitis sapientiam
si sine usu detur accipiendam non esse.
Quid est usus sapientie? Sapere. Hoc non est
in illa preciosissimum quo detracto super-
uacua fit. Si tormenta mala sunt torqueri
malum est adeo quidem ut illa non sint
mala si quod sequitur detraxeris. Sapientia
habitus perfecte mentis est sapere usus
perfecte mentis. Quomodo potest usus eius bonum
non esse que sine usu bonum est. Interro-
gate an sapientia sit appetenda. Fateris.
Interrogo an usus sapientie appetendus
sit. Fateris. Negas enim te recepturum
si uti ea prohibearis. Quod appetendum
est bonum est. Sapere sapientie usus est quo-
modo eloquentie loqui quomodo oculorum uidere.
Ergo sapere sapientie usus est. Usus autem sapientie
appetendus est. Sapere ergo appetendum
est. Si appetendum est bonum est. Olim
me ipse damno qui illos imitor dum
accuso et uerba aperte rei impendo. Cui
enim dubium potest esse quin si estus malum
est estuare malum sit. Si algor malum est

malum sit algere. Si vita bonum est et vivere
bonum est. Talia sunt ita sapientia sine non
in ipsa sunt. At de ipsa nobis commorandum
est. Et iam si quid evagari libet, amplos
habet illa spatiososque secessus. De deorum
natura quaeramus, de siderum alimento, de his
tam variis stellarum decursibus, an ad
illorum motus nostra moveantur, an corporibus
animisque nostris illinc impetus veniat, an
et haec quae fortuita dicuntur certa lege
constricta sint, nihilque in hoc mundo
repentinum aut expers ordinis volutetur.
Ista iam a formatione morum recesserunt,
sed levant animum et ad ipsarum quas tractat
rerum magnitudinem attollunt. Haec vero
de quibus paulo ante dicebam minuunt
et deprimunt, nec ut putas exacuunt sed
extenuant. Obsecro vos, tam necessariam curam
maioribus melioribusque debitam in re
nescio an falsa, certe inutili, terimus? Quid
mihi profuturum est scire quid bonum esse? Temere
me geram, subito huius voti alea
contingat sapere, contingat tibi sapientia, pares
erimus. Potius id age ut mihi viam monstres
qua ad ista perveniam. Dic quid vitare
debeam, quid appetere, quibus animum labentem
studiis firmem, quemadmodum quae me ex
transverso feriunt aguntque procul a me
repellam, quomodo par esse tot malis possim,
quomodo istas calamitates removeam quae ad
me irruperunt, quomodo illas ad quas ego
irrupi. Doce quomodo feram aerumnam sine
gemitu meo, felicitatem sine alieno;
quomodo ultimum ac necessarium non exspectem,
sed ipse cum visum erit profugiam.
Nihil mihi videtur turpius quam optare mortem.
Nam si vis vivere, quid optas mori? Sive non
vis, quid deos rogas quod tibi nascenti
dederunt? Nam ut quandoque moriaris etiam in-
vito positum est, ut cum voles in tua manu
est. Alterum tibi necesse est, alterum licet.
Turpissimum his diebus principium diserti
mehercules viri legi: Itaque, inquit,
quam primum moriar. Homo demens, optas rem
tuam. Ita quam primum moriar: fortasse inter
has voces senex factus es; alioquin quid
in mora est? Nemo te tenet. Evade
qua visum est. Elige quamlibet rerum naturae
partem quam tibi praebere exitum iubeas.
Haec nempe sunt elementa quibus hic mundus
administratur: aqua, terra, spiritus. Omnia ista tam

causae vivendi sunt quam viae mortis. Ita quam
primum moriar: quam primum istud quid esse
vis? Quem illi diem ponis? Citius fieri quam
optas potest. Imbecillae mentis ista sunt verba
et hac detestatione misericordiam captantis. Non
vult mori qui optat. Deos vitam rogo et
salutem; si mori placuit, hic mortis est
fructus optare desinere. Haec mi Lucili
tractemus, his formemus animum. Haec est
sapientia, hoc est sapere, non disputatiunculis
inanibus subtilitatem vanissimam
agitare. Tot quaestiones tibi fortuna
imposuit, nondum illas solvisti: iam
cavillaris? Quam stultum est, cum signum
pugnae acceperis, ventilare! Remove ista
lusoria arma: decretoriis opus est. Dic
qua ratione nulla animum tristitia, nulla
formido perturbet. Hoc secretarum cupidi-
tatum pondus effundam. Quare nunc agatur
aliquid? Sapientia bonum est, sapere non est
bonum. Sic fit ut negemur sapere, ut hoc
totum studium derideatur tamquam operam
in supervacuis. Quid si scires etiam illud quaeri,
an bonum sit futura sapientia? Quid enim dubium
est, oro te, an nec messes futuras iam
sentiant horrea nec futuram adolescentiam
pueritia viribus aut ullo robore intelle-
gat? Aegro interim nihil futura sanitas
prodest, non magis quam currentem luctantemque
post multos menses secuturum otium reficit.
Quis nescit hoc ipso non esse bonum id
quod futurum est, quia futurum est? Nam quod
bonum est utique prodest; nisi praesentia pro-
desse non possunt; si non prodest, bonum non est; si
prodest, iam est. Futurus sum sapiens:
hoc bonum erit cum fuero; interim non est.
Prius aliquid esse debet, deinde quale esse.
Quomodo, oro te, quod adhuc nihil est
id bonum est? Quomodo autem tibi magis
vis probari non esse aliquid quam si dixero futurum
est? Nondum enim venisse apparet quod venit.
Ver venturum est: scio nunc hiemem esse.
Aestas ventura est: scio aestatem non esse. Maximum
argumentum habeo nondum praesentis futurum esse.
Sapiam spero, sed interim non sapio; si illud bonum
haberem, iam hoc carerem malo. Futurum est
ut sapiam: ex hoc licet nondum sapere me intellegas.
Non possum simul et in illo bono et in hoc
malo esse: duo ista non coeunt, nec apud
eundem sunt una bonum et malum. Transcurramus
sollertissimas nugas et ad illa quae

que sunt latina profiteremur sed quod obsecro est prudenti filie sollicitus accipe edito et ludorum ordine perlegit. Nemo qui ad incendium domus sue currit tabulam latrunculorum prospicit ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. At me hercule omnia tibi undique que nunciantur et incendium domus et periculum liberorum et obsidium patrie et bonorum direptio. Adice isto naufragio motus terrarum et quicquid aliud timeri potest inter ista districtis rebus nichil aliud quam animum oblectantibus vacas. Quid inter sapientiam et sapere intersit inquiris. Nodos nectis ac solvis tanta mole impendente capiti tuo. Non tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit ut aliquid ex illo vacet perdere. Et vide quam multa etiam diligentissimis pereant. Aliud valitudo sua cuique abstulit aliud suorum aliud necessaria negocia aliud publica occupaverant vitam nobiscum dividit sompnus. Ex hoc tempore tam augusto et rapido et nos auferente quid iuvat maiorem partem mittere in vanum. Adice nunc quod assuescit animus delectare potius se quam sanare et philosophiam oblectamentum facere cum remedium sit. Inter sapientiam et sapere quid intersit nescio. Scio mea non interesse sciam ista an nesciam. Dic michi cum quid inter sapientiam et sapere intersit didicero. Cur ergo potius inter vocabula me sapientie detines quam inter opera. Fac me fortiorem fac securiorem fac fortune parem fac superiorem. Possum autem superior esse si dirigo eo quod disco. Vale.

Remittens de mundanorum sollicitudine et sapientibus securitate · quid sit bonum et que honesta ac bona dista inrat Rubrica Lib. xxviij

e 115
c. 1
Exigis a me frequentiores epistulas. Rationes conferamus solvendo non eris. Convenerat quidem ut tua priora essent ut scriberes ego rescriberem. Sed non ero difficilis bene credi tibi scio. Itaque in antecessum dabo nec faciam quod Cicero vir disertissimus facere Atticum iubet ut etiam si rem nullam habebit quod in buccam venerit scribat. Numquam potest deesse quod scribam ut omnia illa que Ciceronis implent epistulas transeam quis candidatus laboret quis alienis quis suis viribus pugnet quis consulatum fiducia Cesaris quis Pompeii quis arche petat quam durus sit fenerator Cecilius a quo minoris centesimis propinqui nummum movere non possint. Sua satius est mala quam aliena tractare se excutere et videre quam multarum rerum candidatus sit et non suffragari. Hoc est mi Lucili egregium hoc securum ac liberum nichil petere et tota fortune comitia transire. Quam putas esse iocundum tribubus vocatis cum candidati in templis suis pendeant et alius nummos pronunciet alius per sequestrem agat alius eorum manus osculis conterat quibus designatus contingendam manum negaturus est omnes attoniti vocem preconis expectant stare ociosum et spectare illas nundinas nec ementem quicquam nec vendentem. Quanto hic maiore gaudio fruitur qui non pretoria aut consularia comitia securus intuetur sed magna illa in quibus alii honores anniversarios petunt alii perpetuas potestates alii bellorum eventus prosperos triumphosque alii divicias alii matrimonia ac liberos alii salutem suam suorumque. Quanti animi res est solum nichil petere nulli supplicare et dicere nichil michi tecum fortuna non facio mei tibi copiam. Scio apud te Catones repelli Vatinios fieri. Nichil rogo. Hoc est privatam facere fortunam. Licet ergo hec invicem scribere et hanc integram semper egerere materiam circumspicientibus tot milia hominum inquieta qui ut aliquid pestiferi consequantur per mala nituntur in malum petuntque mox fugienda aut etiam fastidienda. Cui enim assecuto satis fuit quod optanti nimium videbatur. Non est ut existimant homines avida felicitas sed pusilla. Itaque neminem satiat. Tu ista credis excelsa quia longe ab illis iaces. Ei vero qui ad illa pervenit humilia sunt. Mentior nisi adhuc querit ascendere. Istud quod tu summum putas gradus est. Omnes autem male habet ignorantia veri. Tamquam ad bona feruntur decepti rumoribus. Deinde mala esse aut inania aut minora quam speraverint adepti ac multa passi vident maiorque pars miratur ex intervallo fallentia et vulgo bona pro magnis sunt. Hoc ne nobis quoque eveniat. Queramus quid sit bonum. Varia eius interpretatio fuit. Alius illud aliter expressit. Quidam ita finiunt. Bonum est quod invitat animos quod ad se vocat.

sunt opponitur. Aliud est si imitatur quidem sed
non pervenit. Scis quam multa mala blanda sunt
vera et veri similia inter se differunt. Itaque
quod bonum est secundum naturam est. Non est enim bonum
nisi verum est. At quod imitatur ad se et
allicere facit verisimile est, subripit, solli- (allicit)
citat, attrahit. Quidam ita finierunt: Bonum
est quod ad petitionem sui movet, vel quod
impetum animi tendentis ad se movet. Et
huic idem opponitur. Multa enim impetum animi
movent que petentium malo petuntur. Melius
quam illi qui ita finierunt: Bonum quod ad
se impetum ad secundum naturam movet et ita de-
mum petendum est cum cepit esse expetendum.
Iam et honestum est. Hoc enim perfecte est petendum.
Locus ipse me admonet ut quid inter-
sit inter bonum honestumque dicam. Aliquid
inter se mixtum habent et inseparabile. Nec
potest bonum esse nisi cui aliquid honesti est,
et honestum utique bonum est. Quid ergo inter duo
interest? Honestum est perfectum bonum quo
beata vita completur, cuius contactu alia quoque
bona fiunt. Quod dico tale est: sunt quedam
neque bona neque mala, tamquam militia, le-
gatio, iurisdictio. Hec cum honeste ministrata
sunt, bona esse incipiunt et ex dubio in
bonum transeunt. Bonum societate honesti fit,
honestum per se bonum est. Bonum ex honesto
fluit, honestum ex se est. Quod bonum est
malum esse potuit. Quod honestum est nisi
bonum esse non potuit. Hanc quidam finitionem
reddiderunt: Bonum est quod secundum naturam est.
Attende quid dicam. Quod bonum est secundum
naturam, non protinus quod secundum naturam est etiam
bonum est. Multa quidem nature consentiunt,
sed tam pusilla sunt ut non conveniat illis
boni nomen. Levia enim sunt, contempnenda.
Nullum est minimum contemptibile bonum. Nam
quamdiu exiguum est, bonum non est; cum bonum
esse cepit, non est exiguum. Unde adgnoscitur
bonum? Si perfecte secundum naturam est. Si bona non
esse. Quomodo ergo illud bonum est, tamen hec non
sunt? Quomodo ad aliam proprietatem pervenit, cum
utrique precipuum illud quod sit secundum naturam
est? Ipsa scilicet magnitudine. Nec hoc
novum est quedam crescendo mutari. Infans
fuit, factus est pubes. Alia eius proprietas
fit. Ille enim irrationabilis est, hic rationabilis.
Quedam incremento non tantum in maius exeunt

sed in aliud. Non fit maius aliud quod maius
fit. Utrum lagunam an dolium impleas vino
nichil refert: in utroque proprietas vini est.
Exiguum mellis pondus et magnum sapore
non differt. Diversa ponis exempla. In
istis enim eadem qualitas est; quamvis augeantur,
manent. Quedam amplificata in suo genere
et sua proprietate perdurant. Quedam post multa
incrementa ultima demum vertit adiectio
et novam illis aliamque quam in qua fuerunt
condicionem imprimit. Unus lapis facit for-
nicem, ille qui latera inclinata cuneavit
et interventu suo iunxit. Summa adiectio
quare plurimum facit vel exigua? Quia non
auget sed implet. Quedam processu priorem
exeunt formam et in novam transeunt. Ubi
animus aliquid diu protulit et magni-
tudinem eius sequendo lassatus est, infinitum
cepit vocari. Quod longe aliud factum est
quam fuit cum magnum videretur sed finitum. Eodem
aliquid difficulter secari cogitavimus; novissime
crescente ad difficultatem insecabilem
inventum est. Sic ab eo quod vix et egre
movebatur processimus ad immobile. Eadem
ratione aliquid fuit honestum. Hoc in alia
proprietate magnitudo sua transtulit et bonum
fecit. Vale.

De parsimonia victus et tormento infelicitatis luxurie et quod necessarium est satis est. Rubrica e 119
c 2

Quotiens aliquid tibi scribo non
expecto donec dicas: in commune. Ipse
mihi dicam. Quid sit quod invenerim
queris? Sinum laxa, merum lucrum est.
Docebo quomodo fieri dives celerrime possis.
Quam valde cupis audire. Nec immerito: ad maximas
te divitias compendiaria ducam. Opus
erit tamen tibi creditore ut negotiari possis;
es alienum facias oportet. Sed nolo per
intercessorem mutueris, nolo proxe-
nete nomen tuum iactent. Paratum tibi creditorem
dabo, Catonianum illud: a te mutuum sumes.
Quantulumcumque est, satis erit si quicquid deerit
id a nobis petierimus. Nichil enim, mi Lucili,
interest utrum non desideres an habeas. Summa
rei in utroque eadem est: non torquebe-
ris. Nec illud precipio ut aliquid nature neges.
Contumax est, non potest vinci, suum poscit;
sed ut quicquid naturam excedit scias non necessarium
esse. Esurio: edendum est. Utrum
hic panis sit plebeius an siligineus

ad naturam me proponet. Illa ventrem non delectari vult sed impleri. Utrum tamen haec aqua sit ex lacu proximo et ex repositorio (?) an quam multa nive clausit aut rigore refrigeretur alieno ad naturam nichil pertinet. Illa hoc unum iubet: sitim extinguere. Utrum sit aureum poculum an cristallinum, an murreum an tiburtinus calix an manus concava, nichil refert. Finem omnium rerum specta et supervacua dimittes. Fames me appellat: ad proxima quaeque porrigatur manus; ipsa mihi quodcumque comprehendero commendabit. Nichil contempnit esuriens. Quid sit ergo quod me delectaverit quaeris? Videtur mihi egregie dictum: sapiens divitiarum naturalium est quaestor acerrimus. Inani me, inquis, lance dimittis. Quid est istud? Ego iam paraveram fiscos; circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas arcesserem merces. Decipere est istud, docere paupertatem cum divitias promiseris. Ita tu pauperem iudicas cui nichil deest? Suo, inquis, et patientiae suae beneficio, non fortunae. Ideo ergo illum non iudicas divitem quia divitiae eius desinere non possunt? Utrum mavis habere multum an satis? Qui multum habet plus cupit, quod est argumentum nondum illum satis habere; qui satis habet consecutus est quod numquam diviti contigit, finem. An has ideo non putas esse divitias quia propter illas nemo proscriptus est? quia propter illas nulli venenum filius, nulli uxor opposuit? Dispone an parum habeat qui nec alget nec esurit nec sitit. Plus Iupiter non habet. Numquam parum est quod satis est, et numquam multum est quod satis non est. Post Darium et Indos pauper est Alexander. Mentior? Quaerit quod suum faciat, scrutatur maria ignota, in oceanum classes novas mittit et, ut ita dicam, mundi claustra perrumpit. Quod naturae satis est homini non est. Inventus est qui concupisceret aliquid post omnia: tanta est caecitas mentium et tanta initiorum suorum unicuique cum processit oblivio. Ille modo ignobilis anguli non sine controversia dominus tacto fine terrarum per suum rediturus orbem tristis est. Neminem pecunia divitem fecit, immo contra nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. Quaeris quae sit huius rei causa? Plus incipit habere posse qui plus habet.

Ad summam quem voles mihi ex his quorum nomina cum Crasso Licinioque numerantur in medium licet protrahas: afferat censum et quicquid habet et quicquid sperat simul computet: iste, si mihi credis, pauper est, si tibi, potest esse. At hic qui se ad id quod exigit natura composuit non tantum extra sensum est paupertatis sed extra metum. Et ut scias quam difficile sit res suas ad naturalem modum coartare, hic ipse quem circumscribimus, quem tu vocas pauperem, habet aliquid et supervacui. At excaecant populum et in se convertunt opes, si numerati multum ex aliqua domo effertur, si multum auri tecto quoque eius illinitur, si familia aut corporibus electa aut spectabilis cultu est. Omnium istorum felicitas in publicum spectat: ille quem nos et populo et fortunae subduximus beatus introrsus est. Nam quod ad illos pertinet apud quos falso divitiarum nomen invasit occupata paupertas, sic divitias habent quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. E contrario dicere solemus: febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: divitiae illum tenent. Nichil ergo magis monuerim te quam hoc, quod nemo monetur satis, ut omnia naturalibus desideriis metiaris, quibus aut gratis satis fiat aut parvo; tantum miscere vitia desideriis noli. Quaeris quali mensa, quali argento, quam paribus ministeriis et levibus afferatur cibus? Nichil praeter cibum natura desiderat. Num tibi cum fauces urit sitis aurea quaeris pocula? Num esuriens fastidis omnia praeter pavonem rhombumque? Ambitiosa non est fames, contenta desinere est; quo desinat non nimis curat. Infelicis luxuriae ista tormenta sunt: quaerit quemadmodum post saturitatem quoque esuriat, quemadmodum non impleat ventrem sed farciat, quemadmodum sitim prima potione sedatam revocet. Egregie itaque Horatius negat ad sitim pertinere quo poculo aqua aut quam eleganti manu ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas quam crinitus puer et quam perlucidum tibi poculum porrigat, non sitis. Inter reliqua hoc nobis praestitit natura praecipuum, quod necessitati fastidium excussit. Recipiunt supervacua dilectum: hoc parum decens, illud laudatum, istud oculos meos laedit. Id actum est ab illo mundi conditore qui nobis vivendi iura descripsit ut salvi

ad LXXII°

essent. Ut non delicata ad salutem omnia parata sunt, et in immensum delicatis omnia misere ac sollicite comparantur. Utamur ergo hoc nature beneficio inter magna numerando et cogitemus nullo nomine melius illam meruisse de nobis quam quia quicquid ex necessitate desideratur sine fastidio sumitur. Vale.

Unde ad nos prima pervenerit boni honestique notitia, ubi notat eos qui assidue sunt secum variant. Rubrica

Epistola tua per plures questiunculas vagata sed in unam constitit et hanc expediri desiderat, quomodo ad nos boni honestique notitia pervenerit. Hec duo apud alios diversa sunt, apud nos tantum divisa. Quid hoc dicam: bonum putant esse aliquid quod utile est, hoc divitiis et equo et vino et calceo nomen imponunt; tanta fit apud illos boni vilitas et adeo usque in sordida descendit. Honestum putant cui ratio recti officii constat, tanquam pie curatam patris senectutem, adiutam amici paupertatem, fortem expeditionem, prudentem moderatamque sententiam. Ista duo quidem facimus sed ex uno. Nichil est bonum nisi quod honestum est; quod honestum et utique bonum. Supervacuum iudico adicere quid inter ista discrimen sit, cum sepe dixerim. Hoc unum dicam, nichil nobis videri bonum quo quis et male uti potest. Vides autem divitiis, nobilitate, viribus quam multi male utantur. Nunc ergo ad id revertor quod desideras, quomodo ad nos prima boni honestique notitia pervenerit. Hoc nos natura docere non potuit: semina nobis scientie dedit, scientiam non dedit. Quidam aiunt nos in notitiam incidisse, quod est incredibile, virtutis alicui speciem casu occurrisse. Nobis videtur observatio collegisse et rerum sepe factarum inter se collatio; per analogiam nostri intellectum et honestum et bonum iudicant. Hoc verbum cum latini grammatici civitate donaverint, ego damnandum non puto, in civitatem suam redigendum. Utar ergo illo non tanquam recepto sed tanquam usitato. Que sit hec analogia dicam. Novimus corporis sanitatem; ex hac cogitavimus esse aliquam et animi. Noveramus vires corporis; ex his collegimus esse et animi robur. Aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia nos obstupefecerant; hec cepimus tanquam perfecta mirari. Suberant illis multa vitia que species conspicui alicuius facti fulgorque celabat; hec dissimulavimus. Natura iubet augere laudanda, nemo non gloriam ultra verum tulit. Ex his ergo speciem ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regis aurum repulit maiusque regno iudicavit regias opes posse contempnere. Idem medico Pyrrhi promittente venenum se regi daturum monuit Pyrrhum caveret insidias. Eiusdem animi fuit auro non vinci, veneno non vincere. Admirati sumus ingentem virum quem non regis, non contra regem promissa flexissent, boni exempli tenacem, quod difficillimum est, in bello innocentem, qui aliquod esse crederet et in hostes nefas, qui in summa paupertate quam sibi decus fecerat non aliter refugit divitias quam venenum. Vive, inquit, beneficio meo, Pyrrhe, et gaude quod adhuc dolebas: Fabricium non posse corrumpi. Horatius Cocles solus implevit pontis angustias adimique a tergo sibi reditum, dummodo iter hosti auferretur, iussit et tamdiu prementibus restitit donec revulsa ingenti ruina tigna sonuerunt. Postquam respexit et extra periculum esse patriam periculo suo sensit, veniat, si quis vult, inquit, sic euntem sequi, iecitque se in preceps et non minus sollicitus in illo rapido alveo fluminis ut armatus quam ut salvus exiret, retento armorum victricium decore tutus rediit tanquam si ponte venisset. Hec et eiusmodi facta imaginem nobis ostendere virtutis. Adiciam quod mirum fortasse videatur: mala interdum speciem honesti obtulere, et optimum ex contrario enituit. Sunt enim, ut scis, virtutibus vitia confinia, et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est: sic mentitur prodigus liberalem, cum plurimum intersit utrum quis dare sciat an servare nesciat. Multi, inquam, sunt, Lucili, qui non donant sed proiciunt; non voco ego liberalem pecunie sue iratum. Imitatur neglegentia facilitatem, temeritas fortitudinem. Hec nos similitudo coegit attendere et distinguere specie quidem vicina, re autem plurimum inter se dissidentia. Dum observamus eos quos insignes egregium opus fecerat, cepimus annotare quis rem aliquam generoso animo fecisset et magno impetu sed semel. Hunc vidimus in bello fortem, in foro timidum, animose paupertatem ferentem, humiliter infamiam. Factum laudavimus, contempsimus virum. Alium vidimus adversus amicos benignum, adversus inimicos temperatum, et publica ac privata sancte

at religiose administrate non desse et de quibus
que tolleranda erant paciencie quibus
que agenda prudencia vidimus inveniri
largiendum esset plena manu divite ubi
laborandum pertinatem et obnoxium et lassitu-
dine corporis animo sublevate. Preterea
idem erat semper et in omni actu par sibi
iam non consilio bonus sed more eo per-
ductus ut non tantum recte facere posset sed
nisi recte facere non posset. Intelleximus
in illa perfectam esse virtutem. Hanc in partes di-
visimus. Oportebat cupiditates refrenari
metus comprimi facienda provideri
reddenda distribui. Comprehendimus
temperanciam fortitudinem prudenciam iusticiam
et suum cuique dedimus officium. Ergo quo
virtutem intelleximus? ostendit illam nobis
ordo eius et decor et constancia et omnium inter se
actionum concordia et magnitudo super omnia
efferens sese. Hinc intellecta est illa beata
vita secundo defluens cursu arbitrii
sui tota. Quomodo ergo hoc ipsum nobis appa-
ruit? dicam. numquam vir ille perfectus
adeptusque virtutem fortune maledixit
numquam accidencia tristis excepit. civem esse
se universi et militem credens labores
velut imperatos subiit. Quicquid inciderat
non tamquam malum aspernatus est et in se
casum delatum sed quasi delegatum sibi.
Hoc qualecumque est inquit meum est asperum
est durum est in hoc ipso navemus operam.
Necessario itaque magnus apparuit qui num-
quam malis ingemuit numquam de fato
suo questus est. fecit multis intellectum
sui et non aliter quam in tenebris lumen ef-
fulsit. Advertitque in se omnium animos. cum esset
placidus et lenis divinis humanisque rebus
pariter equus. Habebat perfectum animum et ad
summam sui adductum supra quam nichil
est nisi mens dei. ex qua pars et in hoc
pectus mortale defluxit. Quod numquam
magis divinum est quam ubi mortalitatem suam
cogitat et scit in hoc natum hominem ut
vita defungeretur. nec domum esse hoc
corpus sed hospitium et quidem breve
hospitium quod relinquendum est ubi te
gravem esse hospiti videas. Maximum
inquam mi Lucili argumentum est animi ab al-
tiore sede venientis si hec in quibus versatur
humilia iudicat et angusta si exire non

metuit scit enim quo exiturus sit qui unde
venerit meminit. Non videmus quam
multa nos incommoda exagitent quam male
nobis conveniat hoc corpus. Nunc de capite
nunc de ventre nunc de pectore ac faucibus
querimur. Alias nervi nos alias pedes
vexant nunc deiectio nunc destillatio aliquando
superest sanguis aliquando deest. hinc atque illinc
temptamur et expellimur. Hoc evenire solet
in alieno habitantibus. At nos corpus
tam putre sortiti nichilominus eterna
proponimus et in quantum potest etas pro-
tendi tantum spe occupamus nulla contenti
pecunia nulla potencia. Quid hac re fieri
impudencius quid stulcius potest? Nichil
satis est morituris immo morientibus.
cotidie enim propius ab ultimo stamus
et illo unde nobis cadendum est hora nos
omnis impellit. Vide in quanta cecitate
mens nostra sit. hoc quod futurum dico
cum maxime fit et pars eius magna iam
facta est. Nam quod viximus tempus eo
loco erat quo erat antequam viximus.
Erramus autem qui ultimum diem timemus
cum tantundem in mortem singuli conferant.
Non ille gradus lassitudinem facit in
quo deficimus sed ille profitetur. Ad mortem
dies extremus pervenit accedit omnis. Carpit
nos illa non corripit. Ideo magnus animus
conscius sibi melioris nature dat quidem
operam ut in hac statione qua positus est
honeste se atque industrie gerat. Ceterum
nichil horum que circa sunt suum iudicat
sed ut commodatis utitur peregrinus et properat.
Cum aliquem huius videremus constancie quid-
ni subiret nos species non usitate indolis
utique si hanc ut dixi magnitudinem veram
esse ostendebat equalitas. Verum permanet
tenor. falsa non durant. Quidam alternis
Vatinii alternis Catones sunt et modo
parum illis severus est Curius parum pauper
Fabricius parum frugi et contentus vi-
libus Tubero modo Licinum divitiis Apicium
cenis Mecenatem deliciis provocant. Maximum
indicium male mentis fluctuatio est et inter
simulacionem virtutum amoremque viciorum
assidua iactacio. Habebat sepe ducentos
sepe decem servos. modo reges atque tetrar-
chas omnia magna loquens. modo sit mihi
mensa tripes et concha salis puri toga
que defendere frigus quamvis crassa queat

Decies centena dedisses huic parco paucis contento quinque diebus nichil erat. Multi ergo tales sunt qualem hunc describit Oratius Flaccus numquam eosdem ne similes quidem sibi adeo in diversum aberrat. Multos dixi prope est ut omnes sint. Nemo non cotidie et consilium mutat et votum modo uxorem vult habere modo amicam modo regnare vult modo id agit ne quis sit officiosior servus modo dilatat se usque ad invidiam modo subsidit et contrahitur infra humilitatem vere iacentium nunc pecuniam spargit nunc rapit. Sic maxime coarguitur animus imprudens alius prodit atque alius et quo turpius nichil iudico impar sibi est. Magnam rem puta unum hominem agere. Preter sapientem autem nemo unum agit ceteri multiformes sumus. Modo frugi tibi videbimur et graves modo prodigi et vani. Mutamus subinde personam et contrariam ei sumimus quam exuimus. Hoc ergo a te exige ut qualem institueris prestare te talem usque ad exitum serves. Effice ut possis laudari si minus ut agnosci. De aliquo quem heri vidisti merito dici potest hic quis est tanta mutatio est. Vale.

Quod omnia animalia sint constitutionis sue et quod omnibus constitutionibus sunt sensus est et quid sit constitutio

Litigabis ego video cum tibi hodiernam questiunculam in qua satis diu hesimus exposuero. Iterum enim exclamabis hoc quid ad mores. Sed exclama dum tibi primum alios opponam cum quibus litiges Possidonium et Archidemum. Hii iudicium accipient. Deinde dicam non quicquid morale est bonos mores facit. Aliud ad hominem alendum pertinet aliud ad exercendum aliud ad vestiendum aliud ad docendum aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominem pertinent etiam si non omnia meliorem eum faciunt. Mores alia aliter attingunt. Quedam illos corrigunt et ordinant quedam naturam eorum et originem scrutantur. Cum quero quare hominem natura produxerit quare pretulerit animalibus ceteris longe me iudicas mores reliquisse. Falsum est. Quomodo enim scies qui habendi sint nisi quid homini sit optimum inveneris nisi naturam eius inspexeris. Tunc demum intelliges quid faciendum tibi quid vitandum sit cum didiceris quid nature tue debeas. Ego inquis volo discere quomodo minus cupiam minus timeam. Superstitionem michi excute. Doce leve esse vanumque hoc quod felicitas dicitur unam illi sillabam facillime accedere. Desiderio tuo satis faciam et virtutes exhortabor et vitia converberabo. Licet aliquis nimium immoderatumque in hac parte me iudicet non desistam persequi nequitiam et affectus efferatissimos inhibere et voluptates ituras in dolorem compescere et votis obstrepere. Quidni cum maxima malorum optaverimus et ex gratulatione natum sit quicquid alloquimur. Interim permitte michi ea que paulo remotiora videntur excutere. Querebamus an esset omnibus animalibus constitutionis sue sensus. Esse autem ex eo maxime apparet quod membra apte et expedite movent non aliter quam in hoc erudita. Nulli non partium suarum agilitas est. Artifex instrumenta sua tractat ex facili rector navis scite gubernaculum flectit pictor colores quos ad reddendam similitudinem multos variosque ante se posuit celerrime denotat et inter ceram et opus facili vultu ac manu commeat. Sic animal in omnem usum sui mobile. Mirari solemus saltandi peritos quod in omnem significationem rerum et affectuum parata illorum est manus et verborum velocitatem gestus assequitur. Quod illis ars prestat his natura. Nemo egre molitur artus suos nemo in usu sui hesitat. Ad hoc edita protinus faciunt. Cum hac scientia prodeunt. Instituta nascuntur. Ideo inquit partes suas animalia apte movent quia si aliter moverint dolorem sensura sunt. Ita ut vos dicitis coguntur metusque illa in rectum non voluntas movet. Quod est falsum. Tarda enim sunt que necessitate impelluntur. Agilitas sponte motis est. Adeo autem non adigit illa ad hoc doloris timor ut in naturalem motum etiam dolore prohibente nitantur. Sic infans qui stare meditatur et ferre se assuescit simul temptare vires suas cepit cadit et cum fletu totiens resurgit donec se per dolorem ad id quod natura poscit exercuit. Animalia quedam tergi durioris inversa tamdiu se torquent ac pedes exserunt et obliquant donec ad locum reponantur. Sui. Nullum tormentum sentit supina testudo inquieta est tamen desiderio naturalis status

nec ante desinunt niti querere se quam in pedes constitit. Ergo omnibus constitucionis sue sensus est et inde membrorum tam expedita tractacio, nec ullum magis maius indicium habemus cum hac illa ad vivendum venire noticia quam quod nullum animal ad usum sui rude est. Constitucio inquit est ut vos dicitis principale animi quodammodo se habens erga corpus. Hoc tam perplexum et subtile et vobis quoque vix enarrabile quomodo infans intelligat? Omnia animalia dyalectica nasci oportet ut istam finitionem magne parti hominum togatorum obscuram intelligant. Verum erat quod opponis si ego ab animalibus constitucionis finitionem intelligi dicerem, non ipsam constitucionem. Facilius natura intelligitur quam enarratur. Itaque infans ille quid sit constitucio non novit, constitucionem suam novit, et quid sit animal nescit, animal se esse sentit. Preterea ipsam constitucionem suam crasse intelligit et summatim et obscure. Nos quoque animum habere nos scimus: quid sit animus, ubi sit, qualis sit et unde nescimus. Qualis ad nos pervenit animi nostri sensus, quamvis naturam eius ignoremus ac sedem, talis ad omnia animalia constitucionis sue sensus est. Necesse est enim id sentiant per quod alia quoque sentiunt, necesse eius sustentacionem habeant cui parent, a quo reguntur. Nemo non ex nobis intelligit esse aliquid quod impetus suos moveat: quid sit illud ignorat. Et quod natum sibi esse scit, quid sit aut unde sit nescit. Sic infantibus quoque animalibusque principalis partis sue sensus est non satis dilucidus nec expressus. Dicitis inquit omne animal primum constitucioni sue conciliari, hominis autem sibi non tamquam animali sed tamquam racionali. Ea enim parte sibi carus est homo qua homo est. Quomodo ergo infans conciliari racionali potest cum racionalis nondum sit? Unicuique etati sua constitucio est, alia infanti, alia puero, alia seni. Omnes constitucioni conciliantur in qua sunt. Infans sine dentibus est: huic constitucioni sue conciliatur. Enati sunt dentes: huic constitucioni conciliatur. Nam et illa herba que in segetem frugemque ventura est aliam constitucionem habet tenera et vix eminens sulco, aliam cum convaluit et molli quidem culmo sed quo ferat onus suum constitit, aliam cum flavescit et ad aream

spectat et spica eius induruit. In quamcumque constitucionem venit eam tuetur, in eam componitur. Alia est etas infantis, pueri, adolescentis, senis. Ego tamen idem sum qui et infans fui et puer et adolescens. Sic quamvis alia atque alia cuique constitucio sit, conciliacio constitucionis sue eadem est. Non enim puerum mihi aut iuvenem aut senem sed me natura commendat. Ergo infans ei constitucioni sue conciliatur que tunc infanti est, non que futura iuveni est. Neque enim si aliquid illi maius in quod transeat restat, non hoc quoque in quo nascitur secundum naturam est. Primum sibi ipsum conciliatur animal; debet enim aliquid esse ad quod alia referantur. Voluptatem peto. Cui? Mihi. Ergo mei curam ago. Dolorem refugio. Pro quo? Pro me. Ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Hec animalibus inest cunctis, nec inseritur sed innascitur. Producit fetus suos, non abicit, et quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisque commissus est. Itaque ut in prioribus epistolis dixi, tenera quoque animalia et materno utero vel ovo modo effusa quid sit infestum ipsa protinus norunt et mortifera devitant; umbram quoque transvolantium reformidant obnoxia avibus rapto viventibus. Nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis. Quemadmodum inquit editum animal intellectum aut salutaris aut mortifere rei habere potest? Primum queritur an intelligat, non quemadmodum intelligat. Esse autem illis intellectum ex eo apparet quod nichil amplius si intellexerint faciat. Quid est quare pavonem, quare anserem gallina refugiat, an tanto minorem et ne notum quidem sibi accipitrem? Quare pulli felem timeant, canem non timeant? Apparet illis inesse nocituri scienciam non experimento collectam, nam antequam possint experiri cavent. Deinde ne hoc casu existimes fieri, nec metuunt alia quam debent nec unquam obliviscuntur huius tutele et diligentie; equalis est illis a pernicioso fuga. Preterea non fiunt timidiora vivendo, ex quo quidem apparet non usu illa ad hoc pervenire sed naturali amore salutis sue. Et tardum est et varium quod usus docet; quicquid natura tradit et equale omnibus est et statim. Si tamen exigis, dicam quomodo omne animal

Vnde infantia metuit ruinam? Cum tonat sentit se tenerum es-
se. Itaque sentit quid sit quo feriri timeat,
quo uti, quo obteri possit. Nulla est alia
armata ad nocendum. Horum species trahit
in inimicam et hostilem. Sunt se ista quaedam sine
simul cum conciliat salutis sue, quod quis eg-
ens (?) illa petit, lesura formidat.
Naturales ad utilia impetus, naturales a contrariis aspernationes sunt, sine
ulla cogitatione que hoc dictet, sine con-
silio fit quidquid natura precepit. Non vides
quanta sit subtilitas apibus ad fingenda
domicilia? Quanta diuidui laboris obeundi
undique concordia? Non vides quam nulli mortalium
imitabilis sit illa aranee textura,
quanti operis sit fila disponere? Alia directum
inmissa firmamenti loco, alia in orbem
currentia ex laxis rara quam spissa, alia
in quorum perniciem illa tenduntur velut retibus
implicata teneantur. Nascitur ars ista,
non discitur. Itaque nullum est aliud altero
doctius. Videbis araneorum pares telas,
par in favis angulorum omnium foramen. In-
certum est et inequale quidquid ars tra-
dit. Ex aequo venit quod natura distribuit. Hec
nichil magis quam tutelam sui et eius peritiam
tradidit. Ideo etiam simul incipiunt et
discere et vivere. Nec est mirum tum eo nasci
illa sine quo frustra nascerentur. Primum
hoc instrumentum illis natura contulit ad per-
manendum, conciliationem et caritatem sui.
Non poterant salva esse nisi vellent. Nec
non hoc per se profuturum erat, sed sine hoc
nulla res profuisset. Sed in nullo deprehendes
vilitatem sui, negligentiam quidem. Taci-
tis et brutis quamvis in cetera torpeant, ad vi-
vendum sollertia est. Videbis que aliis
inutilia sunt sibi ipsa non deesse. Vale.

De hiis qui officia lucis noctisque pervertunt et qui mane sequentibus omnia facilia

Detrimentum iam et acceptum est
dies sensit. Resiluit aliquantulum,
ita tamen ut liberale adhuc
spatium sit, si quis cum ipso ut
ita dicam die surgat. Officiosior melior-
que si quis illum exspectat et lucem primam
excipit. Turpis qui alto sole semisom-
nus iacet, cuius vigilia a medio die
incipit, et adhuc multis hoc antelucanum e-
st. Sunt qui officia lucis noctisque pervertunt
nec ante deducant oculos hesterna graves
crapula quam appetere nox cepit. Qualis
illorum conditio dicitur quos natura, ut ait Virgilius,
pedibus nostris subditos e contrario posuit: Nos-
que ubi primus equis oriens afflavit anhelis,
illis sera rubens accendit lumina vesper.
Talis horum contraria omnibus non regio sed vita
est. Sunt quidam in eadem urbe antipodes
qui ut M. Cato ait nec orientem umquam cato
solem viderunt nec occidentem. Hos tu ex-
istimas scire quemadmodum vivendum sit
qui nesciunt quando? Et hi mortem timent
in quam se vivi condiderunt? Tam infausti quam
nocturne aves sunt. Licet in vino unguento
tenebras suas exigant, licet epulis
et quidem in multa fercula discoctis totum
perverse vigilie tempus educant, non convivantur
sed iusta sibi faciunt. Mortuis certe
interdiu parentatur. At mehercule nullus
agenti dies longus est. Extendamus vitam:
huius et officium et argumentum actus est. Circumscribatur
nox et aliquid ex illa in diem transferatur. Aves
que conviviis comparantur ut inmote facile
pinguescant, in obscuro continentur. Ita sine
ulla exercitatione iacentibus tumor pigrum
corpus invadit et superba umbra iners
sagina succrescit. At istorum corpora qui
se tenebris dicaverunt feda visuntur.
Quippe suspectior illis quam morbo pal-
lentibus color est. Hoc tamen minimum
illis malorum dixerim: quanto plus te-
nebrarum in animo est! Ille in se stupet,
ille caligat, invidet cecis. Quis umquam
oculos tenebrarum causa habuit? Interro-
gas quomodo hec animo pravitas fiat aversandi
diem et totam vitam in noctem transferendi? Omnia
vitia contra naturam pugnant, omnia debitum
ordinem deserunt. Hoc est luxurie propositum,
gaudere perversis nec tantum discedere a recto sed
quam longissime abire, deinde etiam e contrario stare.
Non videtur tibi contra naturam vivere
qui ieiuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus
venis et ad cibum ebrii transeunt? Atqui
frequens hoc adolescentium vitium est qui
vires excolunt, ut in ipso pene balinei li-
mine inter nudos bibant, immo potent,
et sudorem quem moverunt potionibus
crebris ac frequentibus subinde destringant.
Post prandium aut cenam bibere vulgare est;
hoc patresfamilias rustici faciunt et
vere voluptatis ignari. Merum illud delectat

non quod innatat cibo, quod bibere penetrat ad uenas. Illa ebrietas iuuat que in uacuum uenit. Non uiuunt contra naturam qui spectant ut pueritia splendeat tempore alieno? Quod fieri crudelius uel miserius potest? Nunquam uir erit, ut diu uirum pati possit, pati post et cum illum contumelie sexus eripuisse debuerat, non etas quidem eripiet? Non uiuunt contra naturam qui hieme concupiscunt rosam fomentoque aquarum calentium et calorum apta mutatione brumalium florem uernum exprimunt? Non uiuunt contra naturam qui pomaria in summis turribus serunt, quorum silue in tectis domuum ac fastigiis nutant, inde ortis radicibus quo improbe cacumina egissent? Non uiuunt contra naturam qui fundamenta thermarum in mari iaciunt et delicate natare ipsi sibi uidentur ubi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur? Cum instituerint omnia contra nature consuetudinem uelle, nouissime in totum ab illa desciscunt. Lucet: somni tempus est. Quies est: nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit: tempus est cene. Non oportet id facere quod populus. Res sordida est trita ac uulgari uia uiuere. Dies publicus relinquatur; proprium nobis ac peculiare mane fiat. Isti uero mihi defunctorum loco sunt. Quantulum enim a funere absunt et quidem acerbo qui ad faces et cereos uiuunt. Hanc uitam agere eodem tempore multos meminimus, inter quos et Atilium Butam pretorium, cui post patrimonium ingens consumptum Tiberius paupertatem confitenti: Sero, inquit, experrectus es. Recitabat Montanus Iulius carmen, tollerabilis poeta et amicitia Tiberii notus et frigore. Ortus et occasus libentissime inserebat. Itaque cum indignaretur quidam illum tota die recitasse et negaret accedendum ad recitationes eius, Natta Pinarius ait: Numquid liberalius possum agere? Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Cum hos uersus recitasset: Incipit ardentes Phebus producere flammas, spargere se rubicunda dies, iam tristis hirundo argutis reditura cibos immittere nidis incipit et molli partitos ore ministrat, Varus eques Romanus, M. Vinicii comes, cenarum bonarum assectator, quas

improbitate lingue merebatur, exclamauit: Incipit Buta dormire. Deinde cum subinde recitasset: Iam sua pastores stabulis armenta locarunt, iam dare sopitis nox pigra silentia terris incipit, idem Varus inquit: Quid dicis? iam nox est? ibo et Butam salutabo. Nichil erat notius hac eius uita in contrarium circumacta, quam ut dixi multi eodem tempore egerunt. Causa autem est ita uiuendi quibusdam non quia aliquid existiment noctem ipsam habere iocundius, sed quia nichil iuuat solitum, et grauis male conscientie lux est, et omnia concupiscentibus aut contemnentibus, prout magno aut paruo empta sunt, fastidio est lumen gratuitum. Preterea luxuriosi uitam suam esse in sermonibus dum uiuunt uolunt. Nam si tacetur, perdere se putant operam. Itaque aliquotiens faciunt quod excitet famam. Multi bona comedunt, multi amicas habent; ut inter istos nomen inuenias, opus est non tantum luxuriosam rem sed notabilem facere. In tam occupata ciuitate fabulas uulgaris nequitia non inuenit. Pedonem Albinouanum narrantem audieramus (erat autem fabulator elegantissimus) habitasse se supra domum Sp. Papinii. Is erat ex hac turba lucifugarum. Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum. Quero quid faciat: dicitur rationes accipere. Audio circa horam sextam noctis clamorem concitatum. Quero quid sit: dicitur uocem exercere. Quero circa octauam horam quid sibi ille sonus rotarum uellet: gestari dicitur. Circa lucem discurritur, pueri uocantur, cellarii, coqui tumultuantur. Quero quid dicatur: mulsum et alicam poposcisse, a balneo exisse. Excedebat, inquit, huius diem cena. Valde enim frugaliter uiuebat: nichil consumebat nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdam auarum et sordidum: Vos, inquit, illum et lichnobium dicetis. Non debes admirari si tantas inuenis uitiorum proprietates: uaria sunt, innumerabiles habent facies, comprehendi eorum genera non possunt. Simplex recti cura est, multiplex praui, et quantumuis nouas declinationes capit. Idem moribus euenit. Naturam sequentium faciles sunt, soluti sunt, exiguas differentias habent; hii distorti plurimum et omnibus inter se

Displicent ea tam preciosa ut videtur. Huius morbi vite communis fastidium. Quomodo cultu se a ceteris distinguunt, quomodo elegantia cenarum, munditiis vehiculorum, sic volunt separare etiam temporum dispositione. Nolunt solita peccare quibus peccandi premium infamia est. Hanc petunt omnes isti qui ut ita dicam retro vivunt. Ideo Lucili tenenda nobis via est quam natura prescripsit nec ab illa declinandum. Illam sequentibus omnia facilia, expedita sunt. Contra illam nitentibus non alia vita est quam contra aquam remigantibus. Vale.

De abstinentia et temperantia et de adulatore vitando et duobus rebus quibus quae nos imitat aut fugiunt

Itinere confectus incommodo magis quam longo in Albanum meum multa nocte perveni. Nichil habeo parati nisi me. Itaque in lectulo lassitudinem pono, hanc coci ac pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor quam nichil sit grave quod leviter excipias, quam indignandum nichil dum ne ipse id indignando aggraves. Non habet panem meus pistor, sed habet villicus, sed habet atriensis, sed habet colonus. Malum panem inquis. Expecta, bonus fiet. Etiam illum tibi tenerum et siligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quam illa imperat. Expectabo ergo nec ante edam quam aut bonum panem habere cepero aut malum fastidire desiero. Necessarium est parvo assuescere. Multe difficultates locorum, multe temporum etiam locupletibus et instructis ad voluptatem prohibentes occurrent. Quicquid vult habere nemo potest, illud potest nolle quod non habet, rebus oblatis hylaris uti. Magna pars libertatis est bene moratus venter et contumelie patiens. Estimari non potest quantam voluptatem capiam ex eo quod lassitudo mea sibi ipsa acquiescit. Non unctores, non balneum, non ullum aliud remedium quam temporis quero. Nam quod labor contraxit quies tollit. Hec qualiscumque cena aditiali iocundior erit. Aliquod enim experimentum animi sumpsi subito. Hoc enim est simplicius et verius. Nam ubi se preparavit et indixit sibi patientiam, non eque apparet quantum habeat vere firmitatis. Illa sunt certissima argumenta que ex tempore dedit, si non tantum equus sed placidus aspexit, si non excanduit, non litigavit, si quod dari debebat ipse sibi non desiderando supplevit et cogitavit aliquid consuetudini sue, sibi minus deesse. Multa quam sint supervacua non intellegimus nisi deesse ceperunt. Utebamur enim illis non quia debebamus sed quia habebamus. Quam multa autem paramus quia alii paraverunt, quia apud plerosque sunt. Inter causas malorum nostrorum est quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent, nollemus imitari. Cum plures facere ceperunt, quasi honestius sit quia frequentius, sequimur. Et recti apud nos locum tenet error ubi publicus factus est. Omnes iam sic peregrinantur ut illos Numidarum precurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedat. Turpe est nullos esse qui occurrentes via deiciant, ut qui honestum hominem venire magno pulvere ostendant. Omnes iam mulos habent qui cristallina et murrina et celata magnorum artificum manu portent. Turpe est videri eas te habere sarcinas totas que tuto concuti possint. Omnium pedagogia oblita facie vehuntur ne sol, ne frigus teneram cutem ledat. Turpe est neminem esse in comitatu tuo puerorum cuius sana facies medicamentum desideret. Horum omnium sermo vitandus est. Hii sunt qui vitia tradunt et alio aliunde transferunt. Pessimum genus horum hominum videbatur qui verba gestarent. Sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim proficit, semina in animo relinquit sequiturque nos etiam cum ab illis discessimus, resurrecturum postea malum. Quemadmodum qui audierunt symphoniam ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantuum que cogitationes impedit nec ad seria patitur intendi, sic adulatorum et prava laudantium sermo diutius heret quam auditur. Nec facile est animo dulcem sonum excutere. Prosequitur et durat et ex intervallo recurrit. Ideo claudende sunt aures malis vocibus et quidem primis. Nam cum initium fecerunt admisseque sunt plus audent. Inde ad hec perveniunt verba: virtus et philosophia et iustitia verborum inanium crepitus est. Una felicitas facilis est bene vite, esse, bibere, patrimonio suo frui. Hoc

est vivere, hec est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies et irreparabilis vita decedit. Dubitamus? quid iuvat sapere et etati non semper voluptates recepture interim dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem? Eo mortem precurre et quicquid illa ablatura est iam tibi intercipe. Non amicam habes, non puerum qui amicam moveat invidiam; cottidie sobrius prodis; sic cenas tamquam ephemeridem patri approbaturus. Non est istud vivere sed aliene vite interesse. Quanta dementia est heredis sui res procurare et sibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat hereditas! Plus enim gaudebit tua morte quo plus acceperit. Istos tristes et superciliosos aliene vite censores, sue hostes, publicos pedagogos assis ne feceris nec dubitaveris bonam vitam quam opinionem bonam malle. Hee voces non aliter fugiende sunt quam ille quas Ulixes nisi alligatus pretervehi noluit. Idem possunt: abducunt a patria, a parentibus, ab amicis, a virtutibus, et in turpem vitam miseram nisi turpis illudunt. Quanto satius est rectum sequi limitem et eo se perducere ut ea demum sint tibi iocunda que honesta. Quod assequi poterimus si scierimus duo esse genera rerum que nos aut invitent aut fugent. Invitant ut divitie voluptates forma ambitio ceteraque blanda et arridentia; fugat labor mors dolor ignominia victus astrictior. Debemus itaque exerceri ne hec timeamus, ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus et ab invitantibus recedamus, adversus petentia concitemur. Non vides quam diversus sit descendentium habitus et ascendentium? Qui per pronum eunt resupinant corpora, qui in arduum incumbunt. Nam si descendas pondus suum in priorem partem dare, si ascendas retro abducere vitiosum est. In voluptates descenditur, in aspera et dura subeundum est: hic impellamus corpora, illic refrenemus. Hoc nunc me existimas dicere, eos tantum perniciosos esse auribus nostris qui voluptatem laudant, qui doloris metus, per se formidabiles res, incutiunt? Illos quoque nocere nobis existimo qui nos sub specie Stoice secte hortantur ad vitia. Hoc enim iactant: solum sapientem et doctum esse amatorem. Solus aptus est ad hanc artem; eque conviviorum et convictus sapiens est peritissimus. Queramus ad quam usque etatem iuvenes amandi sint. Hec Grece consuetudini data sint, nos ad illa potius aures derigamus: Nemo est casu bonus. Discenda virtus est. Voluptas humilis res et pusilla est et in nullo habenda pretio, communis cum mutis animalibus, ad quam minima et contemptissima advolant. Gloria vanum et volatile quiddam est auraque mobilius. Paupertas nulli malum est nisi repugnanti. Mors malum non est; queris quid sit? sola ius equum generis humani. Superstitio error insanus est: amandos timet, quos colit violat. Quid enim interest utrum deos neges an infames? Hec discenda, immo ediscenda sunt. Non debet excusationes vitio philosophia suggerere. Nullam habet spem salutis eger quem ad intemperantiam medicus hortatur.

Quod bonum non sensu sed intellectu comprehenditur et quod bonum in nullo nisi in quo ratio est. Rubrica.

Possum multa tibi veterum precepta referre, nisi refugis et te nihil piget cognoscere. Non refugis autem nec ulla te subtilitas abigit. Non est elegantie tue tantum magna sectari; sicut illud probo, quod omnia ad aliquem profectum redigis et tunc tantum offenderis ubi summa subtilitate nichil agitur. Quod ne nunc quidem fieri laborabo. Queritur utrum sensu comprehendatur an intellectu bonum; huic adiunctum est in mutis animalibus et infantibus non esse. Quicumque voluptatem in summo ponunt sensibile iudicant bonum, nos contra intelligibile, qui illud animo damus. Si de bonis sensus iudicarent, nullam voluptatem reiceremus; nulla enim non invitat, nulla non delectat; et e contrario nullum dolorem volentes subiremus; nullus enim non offendit sensum. Preterea non essent digni reprehensione quibus nimium voluptas placet quibusque summus est doloris timor. Atqui improbamus gule ac libidini addictos et contempnimus illos qui nichil viriliter ausuri sunt doloris metu. Quid autem peccant si sensibus

iudicibus boni ac mali pareant.
Hos enim tradidistis affectionibus et summe
arbitrium. Sed videlicet ratio isti rei
preposita est illa quemadmodum debeat
debita. Quemadmodum de virtute de honesto
sic et de bono malo(que) constituit. Nam
apud istos vilissime parti datur de me-
liore sententia ut de bonis pronunciet
sensus obtusa res et hebes et in homine
quam in aliis animalibus tardior. Quid
si quis vellet non oculis sed tactu mi-
nuta discernere? Subtilior ad hoc nulla
acies quam oculorum et intentior daret bonum
malumque dignoscere. Vides in quanta
ignorancia veritatis versetur et quam humi
sublimia ac divina proiecerit apud quem de
summo bono malo(que) iudicat tactus.
Quemadmodum inquit omnis scientia atque ars
aliquid debet habere manifestum sensuque
comprehensum ex quo oriatur et crescat, sic
beata vita fundamentum et initium a ma-
nifestis ducit et eo quod sub sensum ca-
dat. Nempe nos a manifestis beata
vita initium sui capere dicitis. Dicimus
beata esse que secundum naturam sunt. Quod contigit
protinus nato non dico bonum sed initium
boni. Tu summum bonum voluptatem
infantie donas ut inde incipiat nascens
quo consummatus homo pervenit. Cacumen ra-
dicis loco ponis. Si quis diceret illum
in materno utero latentem sexus quoque incertum
tenerum et imperfectum et informem iam
in aliquo bono esse, inter eum qui cum maxime
vitam accipit et illum qui maternorum
viscerum latens onus est. Uterque quantum
ad intellectum boni ac mali eque maturus
est et non magis infans ad hoc boni capax
est quam arbor aut mutum aliquod animal.
Quare autem bonum in arbore animali que
muto non est? Quia nec ratio. Ob hoc
in infante quoque non est, nam et huic deest.
Tunc ad bonum perveniet cum ad rationem
pervenerit. Est aliquod irrationale animal. Est aliquod
nondum rationale. Est rationale sed imperfectum.
In nullo horum bonum, ratio illud secum
affert. Quid ergo inter ista que rettuli distat?
Non quod erat bonum in eo quod irrationale
est tunc esse bonum non potest sed imperfectum
iam potest bonum sed non est. Ita dico Lucili
bonum non in quolibet corpore non in qualibet
etate invenitur et tantum abest ab infantia
quantum a primo ultimum quantum ab initio perfectum.
Ergo nec in tenero modo coalescente corpusculo
est. Quidni? Non sit magis quam in semine. Hoc
sic dicas: aliquod arboris ac sati bonum
novimus. Hoc non est in prima fronde que emissa
cum maxime solum rumpit. Est aliquod bonum
tritici. Hoc nondum est in herba lactente
nec cum folliculos exeat spica mollis
sed cum frumentum estas et debita maturitas
coxit. Quemadmodum omnis natura bonum suum
nisi consummata non profert, ita hominis bonum
non est in homine nisi cum illi ratio perfecta
est. Quod autem hoc bonum? Dicam: liber
animus ac rectus alia subiciens sibi se
nulli. Hoc bonum adeo non recipit infantia
ut pueritia non speret, adolescentia improbe
speret. Bene agitur cum senectute si ad illud
longo studio intentoque pervenit. Si hoc
bonum et intelligibile est. Dixisti
inquit aliquod bonum esse arboris aliquod
herbe. Potest ergo aliquod esse et infantis.
Verum bonum nec in arboribus nec in
mutis animalibus est. Hoc quod in illis
bonum est precario bonum dicitur. Quod
est inquis? Hoc quod secundum naturam cuiusque.
Bonum quidem cadere in mutum animal nullo
felicioris meliorisque nature est. Nisi
ubi rationi locus est bonum non est. Quattuor
hee nature sunt: arboris animalis hominis
dei. Hec duo que rationalia sunt eandem
naturam habent. Illo diversa sunt quod alterum
immortale, alterum mortale. Cetera tantum in sua
natura perfecta sunt, non vere perfecta, a quibus
abest ratio. Hoc enim demum perfectum est
quod secundum universam naturam perfectum est.
Universa autem natura rationalis est.
Cetera possunt in suo genere perfecta esse. In quo
non potest beata vita esse nec id potest quo
beata vita efficitur. Beata autem vita efficitur
bonis. In muto animali non est beata vita
efficitur; in muto animali bonum non est. Mutum
animal sensu comprehendit presentia, preteritorum
reminiscitur cum ad incidit quibus sensus
admonetur, tamquam equus reminiscitur. Reminiscitur
vie cum ad initium eius admotus est. In
stabulo quidem nulla illi via est quamvis sepe
calcate memoria est. Tertium vero tempus id est
futurum ad muta non pertinet. Quomodo ergo
potest eorum videri perfecta natura quibus usus

Perfectus enim non est. Tempus enim tibi prolixum
constat preterito presente futuro. Animalibus tantum
quod brevissimum est in transcursu datum
presens. preteriti rara memoria est. nec umquam
revocatur nisi presenti occursu. Non potest ergo
perfecte nature bonum imperfecte esse nature
aut si natura hoc habet habent et sata. Nec illud
nego ad ea que videntur per naturam magnos
esse mutis animalibus impetus et concitatos
sed inordinatos ac turbidos. Numquam
autem aut inordinatum est bonum aut
turbidum. Quid ergo inquis muta animalia
perturbate et indisposite moventur. Dicerem
illa perturbate et indisposite moveri nisi natura
illorum ordinem caperet. nunc moventur secundum naturam
suam. Perturbatum enim id est quod esse aliquando
et non perturbatum potest. sollicitum quod potest
esse securum. Nulli vicium est nisi cui virtus
potest esse. Mutis animalibus talis ex sua
natura motus est. Sed ne te diu teneam
erit aliquod bonum in muto animali erit aliqua
virtus. erit aliquod perfectum. sed non bonum
absolute. nec virtus nec perfectum. Hec
enim rationalibus solis contingunt. quibus datum
est scire quare quatenus quemadmodum. Ita
bonum in nullo est nisi in quo ratio. Quo
nunc pertineat ista disputatio queris et quid
animo tuo profutura sit dicam. Et exercet
illum et acuit et utique aliquid acturum
occupatione honesta tenet. Prodest autem
etiam quo moratur ad prava properantes
sed illud dico nullo modo prodesse posse magis
quam si tibi bonum tuum ostendo si te a
mutis animalibus separo si cum deo pono.
Quid inquam vires corporis alis et exerces
Pecudibus ista maiores ferisque natura
concessit. Quid excolis formam tuam cum omnia
feceris a multis animalibus decore vinceris
Quid capillum ingenti diligentia comis
Cum illum vel effunderis more parthorum
vel germanorum modo vinxeris vel ut
scithe solent sparseris in quolibet equo
densior iactabitur iuba horrebit in
leonum cervice formosior. Cum te ad
velocitatem paraveris par lepusculo non
eris. Vis tu relictis in quibus vinci
te necesse est. dum in alienum niteris ad bo
num redire tuum. Quid hoc est animus scilicet
emendatus ac purus. emulator dei super
humana se extollens. nichil extra se sui
ponens. rationalis animalis. Quid ergo in te bonum
est perfecta ratio. hanc tu ad summum fine
vocata magnitudine quantum plurimum crescere. tunc
beatum esse te iudica cum tibi gaudium ex
nascetur. cum visis que homines eripiunt optant
custodiunt nichil inveneris non dico
malis. sed quod velis. Brevem tibi formulam
dabo qua te metiaris qua perfectum esse
iam sentias. Tunc habebis tuum bonum
cum intelliges infelicissimos esse felices.

Expliciunt epistole Se
nece ad lucillum per libros
et capitula distincte deo gratias

Incipit liber Annei lucij Senece
de septem liberalibus artibus ubi de
virtutibus singulis quod animum ad virtutem
non perducant sed preparant Rubrica

De liberalibus studiis quid
sentiam scire desideras
Nullum suspicio nullum
in bonis numero quod ad es sit
mercenaria artificia sunt hactenus utilia
si preparant ingenium non detinent. Tam
diu enim istis immorandum est quamdiu nichil
animus maius agere potest. Rudimenta sunt nostra
non opera. Quare liberalia studia dicta sunt
vides quia homine libero digna sunt. Ceterum unum
studium liberale est vere quod liberum
facit. hoc est sapientie sublime forte ma
gnanimum. Cetera pusilla et puerilia sunt
An tu quicquam istis credis esse. quorum pro
fessores turpissimos omnium ac flagicio
sissimos cernis. Non discere debemus illa
sed didicisse. Quidam illud de liberalibus
studiis quererendum iudicaverunt an virum
bonum faciant. Ne promittunt quidem nec
huius rei scientiam affectant. Grammaticus
autem circa curam sermonis versatur. et si
latius evagari vult circa hystorias iam
ut longissime fines suos proferat circa
carmina. Quid horum ad virtutem viam
sternit. Sillabarum enarratio et verborum dilig

et metrica fabularum et versuum lege ac mo
dificatio. Quid horum metum demit, cupi
ditatem eximit, libidinem frenat? Ad geo
metriam transeamus et ad musicam. nichil
aput illos invenies quod me vetet ti
mere. vetet cupere. Quicumque hec ignorat
alia frustra scit. Videndum autem utrum
doceant isti virtutem an non. Si non docent
nec tradunt. Si docent, philosophi sunt.
Vis scire quam non ad docendam virtutem conside
rint? Aspice quam dissimilia inter se omnium
studia sint. atqui similitudo esset idem
docentium. Nisi forte tibi Homerum philosophum
fuisse persuadent, cum his ipsis quibus colli
gunt negent. Nam stoicum modo illum
faciunt, virtutem solam probantem et voluptates
refugientem et ab honesto ne inmorta
litatis quidem pretio recedentem; modo epicureum
laudantem statum quiete civitatis et inter
convivia cantusque vitam exigentem; modo
peripateticum, bonorum genera inducentem;
modo Academicum, omnia incerta dicentem.
Apparet nichil horum esse in illo, tamen omnia
inesse. Ista enim inter se dissident. Demus
illis Homerum philosophum fuisse. Nempe factus
est sapiens antequam carmina ulla cognosceret.
ergo illa discamus que Homerum fecere sapientem.
Hoc quidem me querere utrum maior
etatis fuerit Homerus an Hesiodus non
magis ad rem pertinet quam scire an minor
fuerit Ecuba quam Helena. quare tam male
tulerint etatem. Quid? inquam, annos Patrocli
et Achillis inquirere ad rem pertinere
credis? Ulixes ubi erraverit potius quam
efficias ne nos semper erremus. non va
cat audire utrum inter Ytaliam et Siciliam
iactatus sit an extra notum nobis orbem. neque
enim potuit in tam angusto error esse
tam longus. Tempestates nos animi cot
tidie iactant et nequitia in omnia Ulixis
mala inpellit. Non deest forma que
sollicitet oculos, non hostis. Hic mon
stra effera et humano cruore gaudentia, hic
insidiosa blandimenta aurium. ~~hic in~~
~~sidiosa blandimenta~~ hic naufragia
et tot varietates malorum. Hoc me doce
quomodo patriam amem, quomodo uxorem, quomodo patrem,
quomodo ad hec tam honesta vel naufragus navigem.

Quid inquiris an Penelope impudica fuerit,
an verba seculo suo dederit? an Ulixem illum
esse quem videbat, antequam sciret, suspicata
sit? Doce me quid sit pudicitia et quantum
in ea bonum, in corpore an in animo posita sit.
Ad musicam transeo. Doces me quomodo acute
inter se ac graves consonent, quomodo
nervorum disparem sonum reddentium fiat
concordia. Fac potius quod animus meus
secum copulet nec consilia mea discrepent.
Monstras mihi qui sint modi flebiles.
monstra potius quomodo inter adversa non emittam
flebilem vocem. Metiri me geometer
docet lata fundi spacia. doceat me potius
quomodo metiar quantum homini satis sit. Numerare
me docet arismetrica et avaritie
commodat digitos. potius quam doceat
nichil ad rem pertinere illas computationes. non
esse feliciorem cuius patrimonium tabularios
lassat, immo quam supervacua possideat qui
infelicissimus futurus est, si quantum habeat
per se computare cogetur. Quid mihi prodest scire
agellum in partes dividere, si nescio cum fratre
dividere? Quid prodest mihi subtiliter colligere
pedes iugeri et comprehendere etiam si quid decem
pedes effugit, si tristem me facit vicinus
potens et aliquid ex meo abradens? Docet
quomodo nichil perdam ex finibus meis. At ego
discere volo quomodo totos hylaris amittam.
Paternus agro et avito expellor inquit. Quid?
ante avum tuum quis istum agrum tenuit?
Quem non dico hominem sed populum fuisse expe
dire potes? Non dominus istuc sed colonus intrasti.
Cuius colonus es? Si tecum bene agitur heredis.
Negant iurisconsulti quicquam publicum
usu capi. Publicum est et quidem generis
humani. O egregiam artem. scis rotunda
metiri, in quadratum redigis quamcumque
acceperis formam. intervalla futurum dicis.
nichil est quod tibi non cadat. Si artifex es,
et metire hominis animum. dic quam magnus
sit. Dic quam magnus sit, dic quam pusillus
sit. Scis que recta sit linea. Quid
tibi prodest, si quid in vita rectum sit
ignoras? Venio nunc ad illum qui celestium
noticia gloriatur. Frigida Saturnus sese quo
stella receptet, quos ignis celi Cillenius
erret in orbes. Hoc scire quid proderit

ne sollicitus sim an saturnus et mars
ex contrario stabit vel cum mercurius vesper-
tinum faciat occasum vidente saturno
potius quam hoc discam ubicumque sunt ista pro-
picia esse non posse mutari. Agit illa
continuus ordo fatorum inevitabilis cursus
per statas vices remeant et effectus rerum
omnium aut movent aut notant. Sed sive
quicquid evenit faciunt quid immutabilis
rei noticia proficiet sive significant quid
refert providere quod effugere non possis
Scias ista nescias fient. Si vero solem
ad rapidum stellasque sequentes ordine
respicies numquam te crastina fallet hora
nec insidiis noctis capiere serene. Satis ad
satis habunde est provisum est ut ab insi-
diis tutus essem. Numquid me crastina
non fallit hora fallit enim quod nescienti
evenit. Ego quid futurum sit nescio. quid
possit fieri scio. Ex hoc nichil desperabo
totum expecto. Si quid remittitur bonum
consulo. Fallit me hora si parcit. Sed ne
quidem sic fallit. Nam quemadmodum scio
omnia accidere posse sic scio et non utique casura
utique secunda expecto malis paratus sum
In illo feras me necesse est non per prescriptum
euntem. Non enim adducor ut in numerum li-
beralium artium pictores recipiam non
magis quam statuarios aut marmorarios
aut ceteros luxurie ministros. Eque lucta-
tores et totam oleo ac luto constantem scien-
tiam expello ex hiis studiis liberalibus aut
et unguentarios recipiam et cocos et ceteros
voluptatibus nostris ingenia accommo-
dantes sua. Quid enim oro te liberale
habent isti ieiuni vomitores quorum corpora
in sagina animi in macie et veterno sunt.
An liberale studium istud esse iuventuti
nostre credimus quam maiores nostri rectam
exercuerunt hastilia iacere sudem torquere
equum agitare arma tractare. Nichil
liberos docebant quod discendum esset iacen-
tibus. Sed nec hec nec illa docent aut alunt
virtutem. Quid enim prodest equum regere
et cursum eius freno temperare affectibus effre-
natissimis abstrahi. Quid prodest multos
vincere luctatione vel cestu ab iracundia
vinci. Quid ergo nichil nobis liberalia conferunt
studia. ad alia multum ad virtutem nichil. Nam

et hee viles artes ex professo que manu constant
ad instrumenta vite plurimum conferunt tamen
ad virtutem non pertinent. Quare ergo liberalibus
studiis liberos erudimus. Quia non virtutem
dare possunt sed animum ad accipiendam
virtutem preparant. Quemadmodum prima
illa ut antiqui vocabant litteratura
per quam pueris elementa traduntur non do-
cent liberales artes sed mox percipiendis
locum parant. sic liberales artes non perdu-
cunt animum ad virtutem sed expediunt. Quatuor
ait esse Possidonius artium genera. Sunt
vulgares et sordide. sunt ludicre sunt
pueriles sunt liberales. Vulgares opificum
que manu constant et ad instruendam
vitam occupate sunt in quibus nulla deco-
ris nulla honesti simulacio est. Ludicre sunt
que ad voluptatem oculorum atque aurium ten-
dunt. hiis adnumeres licet machinatores
qui pegmata per se surgentia excogitant
et tabulata tacite in sublime crescentia
et alias ex inopinato varietates aut dehis-
centibus que coherebant aut hiis que
distabant sua sponte coeuntibus aut
que eminebant paulatim in se residentibus.
hiis imperitorum feriuntur oculi omnia subita
quia causas non novere mirantium. Pueriles
sunt et aliquid habentes liberalibus simile
hee artes quas ENKYKAIOYC greci
nostri liberales vocant. Sole autem
liberales sunt immo ut dicam verius libe-
re quibus cure virtus est. Quemadmodum
inquit est aliqua pars philosophie naturalis aliqua
moralis aliqua rationalis. sic et hec
quoque liberalium artium turba locum sibi
in philosophia vindicat. Cum ventum est ad
naturales questiones geometrie statur
testimonio. Ergo eius quam adiuvat pars est.
Multa adiuvant nos nec ideo partes
nostri sunt immo si partes essent non ad-
iuvarent. Cibus adiutorium corporis
nec pars est. Aliquid nobis prestat geo-
metrie ministerium. sic philosophie
necessaria est quomodo ipsi faber. Sed
nec hec pars geometrie est nec illa
philosophie. Preterea utraque fines suos habet.
Sapiens enim causas naturalium et querit et novit
quorum numeros mensurasque geometer persequitur

et supputat qua tunc posite celestia que illis sit vis que ira. Sapiens scit qualis et cursus et recursus et quasdam observationes per quas descendunt et allevantur ac speciem interdum instantium prebent cum celestibus stare non liceat colligit mathematicus. Que causa ymagines in speculis exprimat sciet sapiens. Illud tibi geometer potest dicere quantum abesse debeat corpus ab ymagine et qualis forma speculi quales reddat ymagines. Magnum esse solem philosophus probabit quantus sit mathematicus qui usu quodam et exercitatione procedit. Sed ut procedat impetranda illi quedam principia sunt. Non est ars sui iuris cui precarium fundamentum est. Philosophia nil ab alio petit. totum opus a se sola excitat. Mathematica ut ita dicam superficiaria est in alieno edificat accipit prima quorum beneficio ad ulteriora proveniat. si per se iret ad verum si totius mundi naturam posset comprehendere dicerem multum collaturam mentibus nostris que tractatu celestium crescunt. trahuntque aliquid ex alto. Una re consummatur animus scientia bonorum ac malorum immutabili que soli philosophie competit. Nichil autem ulla ars alia de bonis ac malis querit. Singulas lustrare virtutes libet. Fortitudo contemptrix timendorum est. Terribilium et sub iugum libertatem mittentia despicit. provocat frangit. Numquid ergo hanc liberalia studia corroborant. Fides sanctissimum humani pectoris bonum est nulla necessitate ad fallendum cogitur. nullo corrumpitur premio. Ure inquit cede occide. non prodam. sed quo magis secreta querit dolor. hoc illa altius condet. Numquid liberalia studia hoc facere possunt. Temperancia voluptatibus imperat alias odit atque abigit. et alias dispensat et ad sanum modum redigit. nec umquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum modum cupitorum esse. non quantum velis sed quantum debeas sumere. Humanitas vetat superbum esse adversus socios vetat avarum verbis rebus affectibus comem esse facilemque omnibus prestat. Nullum alienum malum putat bonum suum. ideo maxime quod alicui bono futurum est amat. Numquid liberalia studia hos mores precipiunt non magis quam simplicitatem quam modestiam ac moderationem non magis quam frugalitatem ac parsimoniam non magis quam clementiam que alieno sanguini tamquam suo parcit et scit non homini esse homine prodige utendum. Cum dicatis inquit sine liberalibus studiis ad virtutem non perveniri quemadmodum negatis illa nichil conferre virtuti. quia nec sine cibo ad virtutem pervenitur. cibus tamen ad virtutem non pertinet. Ligna navi nichil conferunt quamvis non fit navis nisi ex lignis. Non est inquam cur aliquid putes eius adiutorio fieri. sine quo fieri non potest. Potest quidem illud etiam dici sine liberalibus studiis veniri ad sapientiam posse. Quamvis enim virtus discenda sit tamen per hoc discitur. Quid est autem quare existimem non futurum sapientem eum qui litteras nescit. cum sapientia non sit in litteris. Res tradit non verba. Et nescio an certior memoria sit que nullum extra subsidium habet. Magna et spaciosa res est sapientia. Vacuo illi loco opus est. De divinis humanisque discendum de preteritis de futuris de caducis. de eternis de tempore de quo uno vide quam multa querantur primum an per se sit aliquid deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore cum mundo ceperit an etiam ante mundum quia fuit aliquid fuit et tempus. Innumerabiles questiones sunt de animo tantum unde sit qualis sit quando incipiat quamdiu sit an aliunde alio transeat et domicilium ad alias animalium formas aliasque coniectus. an non amplius quam semel serviat et emissus vagetur in toto. An corpus sit an non sit. Quid sit facturus cum per nos aliquid facere desierit. Quomodo libertate sua usurus cum ex hac effugerit cavea an obliviscatur priorum et illic nosse se incipiat. An de corpore abductus in sublime secesserit. Quamcumque partem rerum humanarum divinarumque comprehenderis ingenti copia querendorum ac discendorum fatigaberis. Hec tam multa tam magna ut habere possint virtutes liberum hospitium supervacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has

angustat. Virtus locum spatiosum vult, magna desiderat. Expellantur omnia, totum pectus illi vacet. Sed enim delectat artium notitia multarum. Tantum itaque ex illis retineamus quantum necessarium est. An tu existimas reprehendendum qui supervacua sibi usui parat et pretiosarum rerum pompam in domo explicat, et non putas eum qui occupatus est in supervacua litterarum supellectile? Plus scire velle quam sit satis intemperantie genus est. Quid? quod ista liberalium artium consectatio molestos, intempestivos et placentes facit et ideo non discentes necessaria quia supervacua didicerunt. Quatuor milia librorum Didimus grammaticus scripsit; misererer si tam multa supervacua legisset. In hiis libris de patria Homeri queritur, in hiis de Enee matre vera, in hiis libidinosior Anacreon an ebriosior vixerit, in hiis an Sapho publica fuerit, et alia que erant dediscenda si scires. I nunc et longam esse vitam nega. Sed ad nostros quoque cum perveneris, ostendam multa securibus recidenda. Magno impendio temporum, magna alienarum aurium molestia laudatio hec constat: O hominem litteratum! Simus hoc titulo rusticiore contenti: O virum bonum! Itane est? annales evolvam omnium gentium et quis primus carmina scripserit queram? quantum temporis inter Orphea intersit et Homerum, cum fastos non habeam, computabo? et Aristarchi ineptias, quibus aliena carmina conpunxit, recognoscam et etatem in sillabis conteram? Itane in geometrie pulvere herebo? Adeo mihi preceptum illud salutare excidit: tempori parce? Hec sciam? et quid ignorem? Apion grammaticus, qui sub Gaio Cesare tota circulatus est Grecia et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, aiebat Homerum utraque materia consummata et Odissea et Iliade principium adiecisse operi suo quo bellum Troianum complexus est. Huius rei argumentum afferebat quod duas litteras in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet qui multa vult scire. Et ideo cogitare quantum tibi temporis auferat mala valetudo, quantum occupatio cotidiana, quantum publica,

quantum privata, quantum somnus? Metire etatem tuam: tam multa non capit. De liberalibus studiis loquor: philosophi quantum habent supervacui, quantum ab usu recedentis! Ipsi quoque ad sillabarum distinctiones et coniunctionum ac prepositionum proprietates descenderunt et invidere grammaticis, invidere geometris; quicquid in illorum artibus supervacuum erat transtulere in suam. Sic effectum est ut diligentius loqui scirent quam vivere. Audi quantum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta sit veritati. Protagoras ait de omni re in utramque partem disputari posse ex equo, et de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit. Nausiphanes ait ex hiis que videntur esse nichil magis esse quam non esse. Parmenides ait ex hiis que videntur nichil esse uno excepto universum. Zenon Eleates omnia negotia de negotio deiecit: ait nichil esse. Circa eadem fere Pirronei versantur et Megarici et Eretrici et Achademici, qui novam induxerunt scientiam, nichil scire. Hec omnia in illum supervacuum studiorum liberalium gregem coice: illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hii spem omnis scientie eripiunt. Satius est supervacua scire quam nichil. Illi non preferunt lumen per quod acies dirigatur ad verum, hii oculos mihi effodiunt. Si Pytagore credo, nichil in rerum natura est nisi dubium; si Nausiphani, hoc unum certum est, nichil esse certi; si Parmenidi, nichil est preter unum; si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos sumus? quid ista que nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est aut inanis aut fallax. Non facile dixerim utris magis irascar, illis qui nos nichil scire voluerunt, an illis qui ne hoc quidem nobis reliquerunt.

Explicit liber Senece de septem artibus liberalibus

Sequitur tabula totius libri de declamacionibus Senece et capitula primi libri

Patruus abdicans	Raptor duarum
Sacerdos prostituta	Orbi ... filia
Incesta de saxo	Expirat tirannicida
Fortis sine manibus	Ter fortis // dimissi

lib. i. prologus in declamatoribus latinis
lib. ii. prologus in declamatoribus fabii
lib. iii. prologus in declamatoribus cassii Seneca
lib. iiii. prologus in declamatoribus asinii
lib. v. prologus in declamatoribus albucii
lib. vi. prologus in declamationibus ...

Capitula 2i libri

Adoptanda per testamentum abdi
catus inimici ... / calid
Tyrannicida ... pro orator
Repos. ... ...
Data a tyranno ...
pr. ... filia ... ...
... ...

Capitula iiij libri

Leno ... a ...
... ... plus
... ...
Abdicatus ... abdicatum
fratre adoptavit
... a filio
... rapta ...
... cum tyranno ...
... filio ...
... ...
... ...

Capitula quinti libri

Pater a sepulcro
... raptus
... ...
... rapte pater
... sepulchri victor
... ...
... ...
... adulterum ...
Patronus ...
... petens
... ...
... ...
... ...
... ...
... cum arbore ...
... veste ...
... ab ...
... ... abdicatione
candidatus ... ...
... cum abdicata
... ...
... ...
... ...
... ...
Adultera venefica
... ... filio ...
... ... vestalis

Capitula 7ti libri

... ... filio dimissus
Popillius Ciceronis
interfector ... ...
Ter abdicatus venenum
... ... filium ...
... ... pro
... ...
... ... filia
... proditor ...
... ... raptor ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ... naufragus ...
... ...

... Gallie
... ...
... ...
A filio ...
... ab ... rapta
... ...
filia ... ...

Capitula 8vi libri

Luges ... sequeris
... pauperis ... ...
... non ... ...
... ...
... ...
Parasitus ... ...
... ...

Explicit registrum declamationum

Incipit liber primus declamationum Annei Lucii Senece ad Novatum Senecam et Mellam filios suos Prologus in declamationibus Latronis rubrica

Exigitis rem magis iocundam quam facilem iubetis enim quid de hiis declamationibus sentiam quae in etatem meam inciderunt indicare. Et si quid in memoriam meam non dum elapsa sunt ab illis dicta colligere ut quamvis notitie me subducti sunt tamen non credatis tantum de illis sed et iudicetis. Est fateor mihi iocundum redire ad antiqua studia melioresque ad annos respicere

et nobis cognoscentibus quid tante opinionis
viris audire non potuistis detractione temporum
diurna. Sed cum multa iam in me de
sideranda senectus fecerit oculorum aciem
retuderit aurium sensum hebetaverit
nervorum firmitatem fatigaverit inter ea
que retuli memoria est res ex omnibus cum
partibus maxime delicata et fragilis in quam
primam senectus incurrit. Hanc aliquando in me
floruisse ut non tantum ad usum sufficeret sed in mira
culum usque procederet non nego. Nam et duo
milia nominum recitata quo erant ordine
dicta reddebam et ab hiis qui ad audiendum
preceptorem nostrum convenerant singulos
versus a singulis datos cum plures quam
ducenti efficerentur ab ultimo incipiens usque
ad primum recitabam. Nec ad complectenda tan
tum que vellem velox mihi erat memoria
sed etiam ad continenda que acceperat. Nunc
et etate quassata et desidia longa que iu
venilem quoque animum dissolvit eo perducta est
ut etiam si possit aliquid prestare non possit
promittere et diu ab illa nichil repetivi.
Sed quoniam iubetis quid possit experiar et
possit experiar et illam omni cura scrutabor.
Ex parte enim bene spero. Nam quecumque apud
illam aut puer aut iuvenis deposui
quasi recentia aut modo audita sine cunctatione
profert. At si aliqua illi intra proximos
annos commisi sic perdidit et amisit ut
etiam si sepius ingerantur totiens tamen
nova audiam. Itaque ex memoria mea quantum
vobis satis sit superest. Neque enim de hiis
me interrogatis quos ipsi audistis sed de
hiis qui ad vos usque non pervenerunt. Fiat
quod vultis. Mittatur senex in scolas.
Unde necesse est impetrem de me quasi certum
aliquem ordinem velitis sequi in contrahendis
que mihi occurrerint. Necesse est enim per omnia
studia mea errare et passim quicquid obvenerit
apprehendam. Controversiarum sententias fortasse
pluribus locis ponam in una declamatione
dictas. Non enim dum quero aliquid invenio
sed sepe quod querenti non comparuit aliud
agenti presto est. Quedam vero que obser
vantia mihi sed ex alia parte se ostendentia
non possum occupare eadem securo et reposito
animo subito emergunt. Aliquando etiam serie
rei agenti et occupato sententia diu frustra

Laudat se autor in memoria

Deposui.

quesita intempestiva molesta est. Verum est ergo me ad delicias toporum memorie mee que iam ad olim spectaris patet. Facitis autem iuvenes mei rem necessariam et utilem quod non contenti exemplis seculi vestri prioris quoque vultis agnoscere. Primum quia quo plura exempla inspecta sunt plus in eloquentia proficitur. Non est unus quamvis precipuus imitandus, quia numquam par fit imitator auctori. Hec rei natura est semper citra veritatem est similitudo. Deinde ut possitis estimare in quantum quottidie decrescant ingenia et nescio qua iniquitate nature eloquentia se retro tulerit. Quicquid Romana facundia habet quod insolenti Grecie opponat aut preferat circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia que lucem nostris studiis attulerunt tunc nata sunt. In deterius deinde quottidie data res est, sive luxu temporum. Nichil enim tam mortiferum ingeniis quam luxuria est. Sive cum premium pulcherrime rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia multo honore questuque vigentia. Sive fato quodam cuius maligna perpetuaque in rebus omnibus lex est ut ad summum perducta rursus ad infimum velocius quidem quam ascenderant relabantur. Torpent ecce ingenia desidiose iuventutis, nec in unius honeste rei labore vigilatur. Somnus languorque ac somno et languore turpior malarum rerum industria invasit animos. Cantandi saltandi ut obscena studia effeminatos tenent, et capillum frangere et ad muliebres blanditias extenuare vocem, mollicie corporis certare cum feminis et inmundissimis se excolere munditiis nostrorum adolescentium specimen est. Quis equalium vestrorum quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, immo quis satis vir est? Emolliti enervesque quod nati sunt invita manent, expugnatores aliene pudicitie, negligentes sue. In hos ne dii tantum mali ut cadat eloquentia, quam non mirarer nisi animos in quos se conferret eligeret. Erratis optimi iuvenes nisi illam vocem non Marci Catonis sed oraculi

creditis. Quid enim est oraculum? Nempe voluntas divina hominis ore enunciata. Et quem tandem antistitem sanctiorem sibi divinitas invenire potuit quam Marcum Catonem, per quem humano generi non preciperet sed convicium faceret? Ille ergo vir quid ait? Orator est, Marce fili, vir bonus dicendi peritus. Ite nunc et in istis vulsis atque expolitis et nusquam nisi in libidine viris querite oratores. Merito talia habent exempla qualia ingenia. Quis est qui memorie studeat? Quis est qui non dico magnis virtutibus sed suis placeat? Sententias a disertissimis viris iactatas facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt. Et sic sacratissimam eloquentiam quam prestare non possunt violare non desinunt. Eo libentius quod exigitis faciam, et quecumque a celeberrimis facundia viris dicta teneo, ne ad quemquam privatum pertineant populo dedicabo. Ipsis quoque multum prestaturus videor quibus oblivio imminet, nisi aliquid quo memoria eorum producatur posteris tradetur. Fere enim aut nulli commentarii maximorum declamatorum extant aut, quod peius est, falsi. Itaque ne aut ignoti sint aut aliter quam debent notissimum cum fide suum cuique reddam. Omnes autem magni nominis in eloquentia excepto Cicerone videor audisse. Nec Ciceronem quidem etas mihi eripuerat, sed bellorum civilium furor qui tunc orbem totum pervagabatur intra coloniam meam me continuit. Alioqui in illo atriolo in quo duos grandes pretextatos ait secum declamasse audire potui et illud ingenium quod solum populus Romanus par imperio suo habuit cognoscere, et quod vulgo de alio dici solet sed de illo proprie debet, potui vivam vocem audire. Declamabat autem Cicero non quales nunc controversias dicimus, nec tales quidem quales ante Ciceronem dicebantur, quas theses vocabant. Hoc enim genus materie quo nos exercemur adeo novum est ut nomen quoque eius novum sit. Controversias nos dicimus, Cicero causas vocabat. Hoc vero alterum nomen Grecum quidem sed in Latinum ita translatum ut pro Latino sit, scolastica controversia multo recentius est, sicut ipsa declamatio apud nullum antiquum

ad [illegible]

auctore ante tyrone ⁊ Calvum invenit
et qui declamationem distinguit a
causa. Declamare est ita non meliorem
dicit bene. Alterum putat domesticae ex-
ercitationis esse, alterum vere actionis. Modo
nomen novum est; nam et studium
ipsum nuper celebrari cepit. ideo facile
est mihi ab incunabulis nosse rem
post me natam. In aliis an beneficium
vobis daturus sim nescio; in uno accipio:
Latronis enim Porcii carissimi mihi sodalis
memoriam saepius cogor retractare et a
prima pueritia usque ad ultimum eius diem
perductam familiarem amicitiam cum volupte
maxima repeto. Nichil illo viro
gravius, nichil suavius, nichil eloquentia
sua dignius. nemo plus ingenio suo
imperavit, nemo plus indulsit. In utraque
parte vehementi viro modus deerat: nec
intermittere studium sciebat nec repetere.
cum se ad scribendum concitaverat, iungebat
noctibus dies et sine intervallo gravius
sibi instabat nec desinebat nisi de-
fecerat. Rursus cum se dimiserat, in
omnes lusus, in omnes iocos se resolvebat.
cum vero se silvis montibus tradiderat,
in silvis ac montibus natos omnes illos
agrestes labores patientia et venandi
sollertia provocabat et ad tantam perveniebat
sic vivendi cupiditatem ut vix posset
ad priorem consuetudinem retrahi. At cum sibi
iniecerat manum et se blandientibus
abduxerat, revocabat tantis viribus
incumbebat in studium ut non tantum nichil
perdidisse sed multum acquisivisse desidia
videretur. Omnibus quidem prodest sub-
inde animum relaxare; excitatur enim et
vigor et omnis tristitia que continuatione
pertinacis studii adducitur feriarum hilaritate
discutitur. Nulli tamen intermissio manifestius
proderat: quotiens ex intervallo ma-
gna (?) [illegible] dixerat multo acrius violentiusque
quam dicebat. Exultabat enim novato atque
integro robore et tantum [illegible] quantum
[illegible] vestiebat [illegible]
[illegible] Sed in ea [illegible] adversus se
[illegible] fuit. Ideo quam studium [illegible]
debebat [illegible] non poterat [illegible]
[illegible] cum se assidua et numquam intermissa

quantum fregerat. Sentiebat ingenii lassitudinem
que non minor est quam corporis sed occultior.
Corpus illi erat et natura solidum et multa
exercitatione duratum. Ideo numquam impetus
ardentis animi deseruit. Vox robusta
sed sordida, lucubrationibus et neglegentia
non natura infuscata; beneficio tamen laterum
extollebatur et quamvis inter initia parum attulisse
virium videretur, ipsa actione accresce-
bat. Nulla umquam illi cura vocis exercende
fuit: illum fortem et agrestem Hyspanae consue-
tudinis morem non poterat dediscere:
ut (?) res tulerat ita vivere, nichil
vocis causa facere. Non illam per gradus paulatim
ab imo ad summum perducere, non rursus
a summa contentione paribus intervallis
descendere. Non sudorem unctione discutere,
non latus ambulatione reparare. Saepe cum
per totam lucubraverat noctem ab ipsis
cibis statim ad declamandum veniebat.
Iam vero cum res inimicissima corpori
esset, vitare nullo poterat: post cenam
fere lucubrabat nec patiebatur alimenta
per otium et per somnum quiete et aequaliter
digeri, sed perturbata et dissipata in
caput agebat. Itaque oculorum aciem
confuderat et colorem mutaverat. Memoria
ei natura quidem felix plurimum
adiuta cum arte. Numquam ille que dicturus
erat ediscendi causa relegebat: que
edidicerat illa conscripserat. Id eo magis
in eo mirabile videri posset quod non lente
et anxie sed eodem paene quo dicebat
impetu scribebat. Illi quidem qui scripta
sua torquent, qui de singulis verbis in consilium
eunt, necesse est que totiens
animo suo admovent novissime affigant.
Quorumcumque stilus velox est, tardior
est memoria. In illo non tantum naturalis memorie
felicitas erat sed ars summa et ad comprehen-
denda que tenere debebat et ad custodienda,
adeo ut omnes declamationes suas quascumque
dixerat teneret. Itaque supervacuos sibi
fecerat codices: aiebat se in animo scri-
bere. Cogitata dicebat ita ut in nullo umquam
verbo memoria eum deceperit. Historiarum
omnium summa notitia iubebat aliquem
nominari ducem et statim eius acta cursu
reddebat. Adeo quecumque semel [illegible]

postero die nomine et senatum et omnem urbanam circumfusam

Cineas

Hortensius

unus descenderat in campum erat. Video
vos iuvenes mei plus iusto ad has
virtutes obstupescere. Alia vos in eo mi-
rari volo. Hoc quod tamen nobis videtur
non opera arte tradi potest. Intra angustum
paucissimorum dierum tempus poterit quis
facere illud quod Cineas fecit. Qui cum
missus a Pirro legatus esset ad Romanos
senatum plebem nominibus suis persalu-
tavit. Aut quod ille fecit qui recitatum
a poeta carmen novum dixit suum esse
et protinus memoria recitavit cum hoc
ille cuius carmen erat facere non posset.
Aut quod fecit Hortensius qui a Sisenna
provocatus in auctione persedit die toto et
omnes res et pretia et emptores ordine
suo argentariis recognoscentibus ita ut
in nullo falleretur memoriter recitavit. Cupit statim
discere. Suspendam cupiditatem vestram et faciam
alteri beneficio locum. Interim hoc vobis
de quo tamen obligatus sum persolvam. Plura
fortasse de Latrone meo videor vobis
quam audire desideratis congessisse. Ipse
est hoc futurum vobis provideram ut a
memoria eius quotiens occasio fuisset
difficulter avellerer. Nec his tamen ero
contentus sed quotiens me invitaverit
memoria libentissime faciam ut illum totum
et vos cognoscatis et ego recognoscam. Illud
unum non differam falsam opinionem de illo
in animis hominum convaluisse. Putant eum
fortiter quidem sed parum subtiliter cum
dixisse. [illegible] tamen de illo si qua alia
virtus fuit etiam sublimitas fuerit.
Id quod nec a nullo fieri animadverto
semper fecit. Antequam dicere inciperet sedens
questiones eius quam dicturus erat
controversie proponebat quod summe
fiducie est. Ipsa enim actio multas late-
bras habet. Nec facile potest si quo loco
subtilitas defuit apparere cum oratio
cursus audientis iudicium impediat
dicentis abscondat. At ubi nuda pro-
ponuntur membra si quid aut numero
ordine excedit manifestum est. Quid ergo
unde hec de illo fama? Nihil est
iniquius his qui nusquam putant esse subti-
litatem nisi ubi nihil est preter subtilitatem
et de illo tamen omnes oratorie virtutes
essent. Hoc fundamentum superstruxit tot
tot et tantis molitionibus obruebatur
nec deerat in illo sed non eminebat. Et
nescio an maximum vitium subtilitatis
sit nimium se ostendere. Magis nocent
insidie que latent. Utilissima est dis-
simulata subtilitas que effectu appa-
ret habitu latet. Interim itaque de
quibus locis questiones controversiarum
sicut ab illo proposite sunt. Nec his
argumenta subtexam et modum [illegible]
et [illegible] cum vos sententias audire velitis
et quicquid ab illis abducimus molestum
futurum sit. Hoc et Latro meus fa-
ciebat ut sententias amaret. Cum condiscipuli
essemus apud Marullum rhetorem homi-
nem satis aridum paucissima belle sed vulgo
dicentem cum ille exilitatem orationis
sue imputaret controversie et diceret: Necesse
est per spinosum locum ambulantem suspen-
sos pedes ponere. Aiebat Latro: Non me-
hercule tui pedes spinas calcant sed
habent. Et statim ipse dicebat sententias
que interponi argumentis cum maxime
declamantis Marulli possent. Solebat
autem et hoc genere exercitationis uti ut ali-
quo die nihil preter epiphonemata scriberet,
aliquo die nihil preter has translati-
cias quas proprie sententias dicimus
que nihil habent cum controversia im-
plicitum sed satis apte et alio trans-
feruntur, tamquam que de fortuna, de crudelitate,
de seculo, de divitiis dicuntur. Hoc genus
sententiarum supellectilem vocabat. Sole-
bat schemata quoque per se quecumque controversia
recepisset scribere. Et putant illum hominem
hac virtute caruisse cum ingenium quod
eius hic dux habundaverit. Iudicium
autem fuit strictius. Non placebat illi
orationem inflectere nec umquam recta via de-
cedere nisi cum hoc aut necessitas coegisset
aut magna suasisset utilitas. Schema
negabat decoris causa inventum sed sub-
sidii ut quod palam aures offensurum
esset si palam diceretur id oblique sur-
reperet. Summa quidem esse dementia
detorquere orationem cui esse recta liceret.
Sed iam dimitto vos nolo morari stu-
dium vestrum. Scio quam odiosa res sit cupientibus popa ab

ea controversia incipit

ea controversia inspecta qua prima lat
ine rem declamasse memini ad modum
iuuenis in marcelli scola cum iam tepusse
dic[?] duce Explicit prologus Patruus

Liberi parentes alant abdicatus
aut intaurat. Duo fratres inter
se dissidebant. alteri filius erat. patruus in
egestate incidit. pre ne[?]tate adolescens
illum alvit. ob hoc abdicatus tacuit. adop
tatus a patruo est. patruus accepta here
ditate locuples factus est. egere cepit pater.
uetate patruo alunt illum filius abdica
tum dicit. Ego iam productus erat ut omnes
ipse ulterioris alimentoris in ea sola domum po
neret in qua habebat abdicatum et in
imicum. Ipse nunc ali me inuenit. Imita
tione alienae culpe innocentia notatur. Res
instabiles et incerta felicitas est. quis
credet iacentem superterpidinem m[?] c
finisse corpale am futurum. Quod non timeas
felicitatibus. quid defraudem amplius. Non
cita plura instabilis fortune exempla te
metta. uide quis alimenta roget et quos
roget. Non sic hospes quibus unam fac
aduocate. Hoc tibi iudicio per placui pietat
totus orbis nisi ira finiret. iam fac
tatus inter duos fratres utrisque filius
semp tu felicioris abdicatus. Illum
tu per deos testor diuites reliquos
aruibus pat aliena tectum limina oste
ndam omnibus et me qui alimenta dedi et
te qui negasti abdicari non posse. Ob
id quod feci lege cogente. que si flere
me uetes tu uidi heu calamitosum
Non sunt affectus mei in mea potestate. qua
uix non scripta sed scriptis obliq ... cerouast
Altera pars
Quer[?] ertere eo magis pro ... ponit iudicia hoc qui se melius iactare
pot qui defendere. Iniustus mens metus est
ne hereditatem magistum forsam. inimicum re
linquam. Ecce sese tu non dixisti eum quid michi
facit tibi. Desinet esse filius qui non
tuam apte abdicatum est sed alius adoptatus
Audite quam ualde exquerendum. frater rogatum
filius est et tu qui defecto patrua fundis
feras. Audite arbitrium odia mea non
mittimus inducere habebisque deos. Dicta
Hefinis flamma pre// Controversia
testatus aput testum controversias decla
mabat semp aut commodabat. eloquentia
erat. Aliquatenus ex loquenda in pre[?]
loquentia lenocinium erat ingenii etas

Sacerdos prostituta
Sacerdos casta et de castis. pura puris sit. Deinde
uirgo a piratis capta uenit. Empta a
lenone et prostituta est. uenientes ad
se exorabat stipem. militem qui ad se ue
nerat cum exorare non posset. cum luctaretur
et uim inferre uolentem occidit. Accusata
et absoluta et remissa ad suos est. petit
sacerdotium. contradicitur. Sacerdos mea
adhuc in lupanari maneret nisi hominem
occidisset. quid in sacerdote tuto sperari
est castitas. Pro eum debet ut cas tepla
intrare. quis aut carcer aut lupa
nar excitit. Indignam te sacerdotio dicit
si tulisset ex lupanari. fortuna pati coe
git et mittit debent omnes mei. At
nos non faciamus miserandas sacerdotes
nec est aput nos maior honor et ultima
malorum solacium. Ista tam fuit sue
ut capta non redimeretur. Ista capte pe
pretii pretium ut lenoni uenderet. sic
emit leno ut prostitueret. Sic uenientes
desperata est ut ferro opus esset. Mouet
me respectus omnium per quem si que tunc
nulla inuenire potuit. neque incertum
castitas. neque prior homicida. Nulla
est satis pudica de qua queritur. Dubi
nisi[?] exorauit. En quis dubitabat an
meretrix esset. audiat quam blandita
sit. putes tres sacerdotium petent. una
que capta sit altera que prostituta
tertia que hominem occiderit. omnibusque nego
Altera pars
Volueruntque dii esse miseram ... reddere
cido in captura libertatem in prostituta pu
dicitiam in homicida innocentiam. Narrate
saue omnes tamquam ad prostitutam uenisse
sed tamen a sacerdote discessisse. quam pudica
sit miles ondit qui incorruptus maneo. que
felix reditus. Inter tot pericula dii non
remansisset nisi sibi conseruatam fuisse.
Totum populum ad spectandam pudicitiam co
tulit quanto ad uolentiam attulerat.
dicta diis pudicitiam quibus debet. Pars
Extra lege redeuntem ab ad silere.

absurditate verborum et sensuum. quedam saluti est cum detrimento tacere quam verecundie dicere.

Incesta saxo deiecta

Incesta saxo deiciatur. Incesti damnata antequam deiceretur vestam invocavit. deiecta vixit. Repetitur ad penam. Id enim erat ut modestior in saxo esset quam in sacrario fuerat. Dubitari non potest quin tam diu deicienda sit donec efficiatur propter quod lata est. parato tamen spiritu putat fecundi infelicitate quid importunam inlicem inspectet nisi ut nobis haec dicta paret. Reponam eum quo stuprum uel quid eo miserit. quam probavit ista damnasse sed non putas lege cavisse ut non pereret que caderet quemadmodum pereret deiecta de diis optantem si sacerdote sue tam saxo sacrarunt. Ista dii dampnata maluerunt absolvi quam sacerdote.

Altera pars

Dampnata deiecta est absoluta decidit putares puellam non deici sed dimitti. Nos sacerdote non adfirmo nisi deferret nisi sententia optaret. deorum Erat altitudo montis tela sedule despicientibus horrenda.

Fortis sine manibus

Adulterum cum adultera qui deprehenderit dum utrumque corpus interficiat sine fraude sit. Liceat adulterium in matre et filio vindicare. Vir fortis in bello perdidit manus. deprehendit adulterum cum uxore de qua filium adolescentem habebat. Imperavit filio ut occideret. non occidit. adulter effugit. abdicat filium. etc.

Solus ex omnibus maritis ego non dimisi adulterum nec occidi. Quis non putat aut me sine filio fuisse aut filium sine manibus. Tolerabilius est ista cecinisse. Tu adulterum deprehendi. tunc primum sensi me manus perdidisse in bello meas. domum cera filii manus perdidi tam frustra ad filium quam frustra ad gladium cucurri. In bellum non venit et aut pater quam patrem vocaret. manus nisi eo pugnare pro nobis ut prosit non possit. Adolescens

quod dimisisti sequere non potui nisi vires occidere quos sibi accusator abdicat.

Altera pars

Altera putant parricidium Alterum puniri tota pre occidere. non semper scelera invenit. Est enim quam anni ob misericordiam rationis debilitat. vita morte natura flagitii spectaculo toto corpore superat tibi manus deesse in omnia pro te in memoriam convertere manus erat scelus quod impulsas quod deprehenderas. Si quid exegeris manu patribus meis dicta ignoscite, non possit ignoscit filio pater navigator remissi si non sciat mare ignoscit non sequendo Castra si non potest ecce pater ipse militare sit. Mariti lege vetita liceat mariti. Liceat et filio quare tam multos nominat nisi qui putat esse dignos qui non possint occidere adulterum inter patrem debilem et filium stupentem.

Raptor duarum

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet. Vno quidem duas rapuit. altera mortem optat. altera nuptias. Orator mortem optat altera accusator. Stupra defendit tum altera rapta litigat. altera advocat. Nunc dubitate prorsus fortior publice discipulinas surgit. Iam bene respondendum erit populus velut publico metu tactus et quos credebat duos fuisse raptores. Alteram diurne rapuit. altera paterno pervenit tamen raptor verbis pure meruisset si te cum rapuisset ad nuptias optasset. Deinde haec mitius autem miseret negares. aliam rapta dederat mortem nichil amplius raptori prestare potes quam nec ulla lege precat. tamen aliqua lege nullus inter lege tum raptori prestatis ut aliam rapta occidat. non potest prestare nequaquam.

Altera pars

Inter patrem et filium occidit. Refer vim tenuiores mitior vincat. Refer virginum dic lucretia plures tum sabine sunt. Sollicitum michi erat te digna vidi in eorum iuvene oculorum mea non vidi tamen iuvenes. sive

Orestes pro filio

Captus a piratis scripsit patri de redemptione non redimebatur. Archipirate filia iurare eum coegit ut duceret se uxorem si dimissus esset. Iuravit relicto patre secuta est adolescentem. Rediit ad suos. Pater imperat ut archipirate filiam dimittat et orbam ducat. Nolentem abdicat. Bone spei uxor, bone spei iuvenis, que illum amare potuit captivum ut dixisse pater. Incarceratus iacuit ac tenebris iacebat. Narravit ob servo pater beneficia. Puella non misericordia mota sed libidine. Altera pars

Eo me loco non deseruit in quo pene etiam pater timuit. Vidisse me bra vincullis pressa macie retractos introrsus oculos attritas cathenis et putriles manus. Talem quis amare nisi iudicem per ... consulatibus magnus nunc clarius quam si auctorem Pompeium si hereditatem contulisset imagines nemo magnum dixisset. Tirannus rege tulit roma. Quid tibi videtur illi abavatus qui paupertate sua bene facere non posset. Non possum mea felices esse quod plerumque una infelices erimus.

Capti a piratis tirannicida dimissus

Liberi parentes alant aut vinciantur. Quidam alterius fratre tyrannum alterum in adulterio deprehensum deprecante patre interfecit. A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistulam misit: si precidissent illi manus dupla pecuniam se daturum. Pirate illum dimiserunt. Pater in egestate incidit, petit alimenta negantem vult in vincla.

Si precideritis si manus filie reducem potuit. Si occiderint tirannicida conditum tyrannum rogo. Non timeo ne quis manus purgatas polluerint iudices allegavit pro adultero filio rogat. Quererite ne unum tirannum fiant. Dupla dabo apparuit pro unico filio rogat. Duplam dabo alteram pro filio alteram pro tyrannida si manus precideritis. Hoc nec adulterum fecimus nec tyrannus etiam ne manus meas petis. Nega tuam esse epistulam argumentum. Dic ego rogare etiam pro adultero possum. Remiserunt me tibi pater cum manibus patri cum epistula. Hec ut a seculo ad fabulas cum erat ut narraret aliquis salutus a piratis. Alligatus a patre. Quis crudelior? Emptor tuus nec pirata reditur. Dupla dabo quid hoc est potius uiuus solum ut predatis manus obstupuere predones et inquit: indica patri non eas piratis vendere. Equale nescio contra eos abdicat. Egens alligat nescio manibus meis expedit. Velle est prorsus tuum qui tyrannos mistis adulteros facis. Altera pars

Suscepi tua prodigia me senectute fortuna unum qui tantam possit opime filium qui fratrem violat, alium qui fratrem scelere occidit. Cepta et pro malis patribus ita boni etiam sine lege alendi. Filium piratas non facturos nisi pecuniam acciperent, et si speravissent utrumque perdidisse non ista vita peribit sed calliditas sunt. Unde redimere non habebam, rogare tota avara civitate nemo potentum in qua ne filii quidem pretium alunt. Usus consilio sum. Feci ut piratis non crudeles sed avaros feci ut desperarent cum posse redimi. Inprudenter cogitaverim nescio, inter feliciter cogitavi. Excusa meus est. Tertio uidi unum in arce filium alterum in adulterio, tertium in patricidio. De querela

Extra relictus pluribus orbus senex. Color ad prolabendus est in intellectu magna cum ni opus est ut aliquis actus sed inscabilis fuerat. Sperasti meum honorem inter scolasticos ipsa uno inter sanos scolasticum. Ter fortis

Qui ter fortiter fecerit militia vacet. Ter pater fortis in acie eum nolentem ire retinet nolentem abdicat. Quod patrie superest patri reddidi. Cum me filio pugnante ita lapsa in patre nescio quid etiam hos timet. Mirari si quid lege satis est. Primum est causa mea abdicandi est ne sine filio unum abdicatur mea in potestate abdicati est. Optimum virtutis finis est ad cum defecerit desine hoc quo medio vide forti aut difficile a consulto. Altera pars

Certe abdicat perire licet. pudet
me ter missi militavi. Senator
post sexagesimum et quintum annum in curiam
venire non cogitur nec vetatur. quicquid hono-
rum dat in utraque parte licet. alioquin
desinit premium esse cum necessitas conungitur
Primum impias animo non omnes. Tamulus
mortuus est in me omnium tamen dirigitur
oculi. Et adhuc vivum dicendum esse
nichil in patria debet pudere. pugnavi
misi coactus. Adhuc militia mea legi-
tima est. Athenienses abdicato inter
duos equitum ut est ille abdicatus ergo//

Explicit liber i. Incipit iii in
prologus in declamatores Fabii

Cum repeterem quos umquam
bene declamantes audissem
occurrit mihi inter alios Fabianus
philosophus qui adolescens admodum tante
opinionis in declamando quante postea
in disputando fuit. Exercebatur apud A-
rellium Fuscum cuius genus dicendi imitatus
plus deinde laboris impendit ut
similitudinem effugeret quam impenderat
ut exprimeret. Erat enim explicatio Fusci
splendida quidem sed operosa et implicata cultus ni-
mis acquisitus. compositio mollior quam
ut illa tam sanctis fortibusque preceptis
preparans se animus pati posset. Summa in-
equalitas orationis que modo exilis erat
modo nimia licentia vaga et effusa. princi-
pia argumenta narrationes aride dicebantur
in descriptionibus extra legem omnibus verbis
dummodo niterent permissa libertas nichil
acre nichil solidum nichil horridum
splendida oratio et magis lasciva quam leta
Ab hac cito se Fabianus separavit et
luxuriam quidem cum voluit abiecit
obscuritatem evadere non potuit. que ante
illum usque in philosophiam prosecuta est. Sepe
minus quam audienti satis est eloquitur
et in summa eius ac simplicissima facul-
tate dicendi antiquorum tamen vitiorum re-
manent vestigia. Quedam tam subito
desinunt ut non brevia sint sed abrupta
Dicebat autem Fabianus fere dictiosas
et quotiens incidebat aliqua materia que
convicium seculi reciperet inspirabat magno

magis quam acri animo. Deerat illi oratorium
robur et ille pugnatorius mucro. splen-
dor vero velut voluntarius non ela-
borate orationi aderat. Vultus dicentis
lenis et pro tranquillitate morum remissus
vocis nulla contentio nulla corporis assevera-
tio cum verba velut iniussa fluerent. Iam
videlicet compositus et pacatus animus cum
veros compescuisset affectus et iram dolorem-
que procul expulisset parum bene imi-
tari poterat que effugerat. Suasoriis
aptior erat. locorum habitus fluminum-
que decursus et urbium situs moresque
populorum nemo descripsit habun-
dantius. Numquam inopia verbi substitit
sed velocissimo ac facillimo cursu
omnes res beata circumfluebat oratio.
Hoc eo libentius Mela fili karissime
refero quia video animum tuum a civilibus
officiis abhorrentem et ab omni ambitu
aversum hoc unum concupiscentem in
concupiscere ut eloquentie tantum studeas
Facilis ab hac in omnes artes discursus
est. Instruit etiam quos non sibi exercet.
Nec est quod insidias tibi putes fieri
quasi id agam ut te bene cedentis studii
labor teneat. Ego vero non sum bone
mentis impedimentum perge quo inclinat
animus et paterno contentus ordine subduc
fortune magnam tui partem. Erat quidem
tibi maius ingenium quam fratribus tuis
omnium bonarum artium capacissimum est
et hoc ipsum melioris ingenii pignus
non corrumpi bonitate eius ut illo
male utaris. Sed quoniam fratribus tuis am-
bitiosa cure sunt foroque se et honoribus
parant in quibus ipsa que sperantur
timenda sunt. Ego quoque eius alioquin
processus avidus et hortator laudatorque
vel periculose dum honeste modo industrie
duobus filiis navigantibus te in portu
retineo. Sed proderit tibi in illa quam
tota mente agitas declamandi exercitatio
sicut Fabiano profuit. qui aliquando
cum Sextium audiret nichilominus decla-
mavit et tam diligenter ut putares
illum illi studio parari non per illud alteri
preparari. Habuit et Blandum rhetorem
preceptorem qui eques Romanus Rome docuit

cum illud intra libertinos preceptores pulcre
discipline continebantur et minime probabile
more turpe erat docere quod honestum
erat discere. Nam primus omnium latinus rector
rome fuit puero Cicerone Plotius. Apud
Blandum diutius quam apud Fuscum Arellium
studuit. Sed cum iam transfugisset eo tempore
quo eloquentie studebat non eloquentie
tantum studium [illegible] ut audiret eius fugisse
cupiat. Multas audire. Modo ut alie
cum declamatoribus vacabat et ego
tanto minor natu quam ipse erat audiebam
quotiens incideram non quotiens volueram.
In hunc ego libellum quecumque ab eo
dicta teneo conferam. **Adoptandus pro tribus abdicatis**

Dives tres filios
abdicavit. Petit a paupere
unicum in adoptionem. Pauper
dare vult. Nolentem ire abdicat. Contra.
Umquam futurum putavi ut aut pater
meus liberos odisset aut dives [illegible]
cupisset. Non dubitavi. Ille animum
temptaret an hic filium. Ita nos
pauperes sumus qui habemus quod
divites rogent. Si inmerito abdicavit
ad patrem tot [illegible] innocentes si
merito eadem domum tot facientem nocentes.
Unus eque paupertate ac patris utraque
[illegible] non tibi pertulit facta liberis
[illegible] est [illegible] de se quid debuisset
dare. Timor [illegible] adversus fortunam est
cum aliud post damnum succedit. Ab-
dico inquit appareret [illegible]
ut nos disputatum est. Hic me dignum
putat [illegible] ego meo divitem
inquit esse te nolo. Divitem in vis. Dic
ego te volo o me abdicandum si filius
patrem relinquis quem me videre [illegible]
nescio innocentem sed abdicor. Nocentem
sed adoptor. Non in tertio abdicationibus
in mea potestate est non abdicari. Potius
sum pater. Si abdicor potius si non
abdicor. Utrum miserior utrum citior an
tristior. Et si parendum in utrisque est pro-
de tamen est parendum quo efficiar ne
quoque pectoribus pacienciam extorsit · non ipsa
ostentande per terrores potencie dira et
frequens magnis imperiis gloria Con
ditum immo constrictum apud me ferrum
est Summa parsimonia etiam vilissimi
sanguinis Nemo non cui alia desint
hominis nomine · apud me graciosus est
Seueritatem abditam at clemenciam in
procinctu habeo Sic me custodio
tamquam legibus quas ex abdito ac
tenebris in lucem euocaui racionem
redditurus sim Alterius etate prima
motus sum · alterius ultima Aliud
dignitati donaui · Aliud humilitati
Quociens nullam inveneram misericordie causam
michi peperci Hodie diis immortalibus
si a me racionem repetant annumerare
genus humanum paratus sum Potes
hoc Cesar audacter predicare Omnia
que in fidem tutelamque tuam venerunt tuta
haberi Nichil per te neque vi neque clam adimi
reipublice Rarissimam laudem
et nulli adhuc principum concessam
concupisti innocenciam Non perdit operam
nec bonitas ista tua singularis
ingratos aut malignos estimatores
nacta est Refertur tibi gracia Nemo
unquam homo uni homini tam carus fuit
quam tu populo R Magnum longumque
eius bonum · sed ingens tibi onus
imposuisti Nemo iam diuum Augustum
nec Tyberii Cesaris prima tempora loquitur
nec quod te imitari velit exemplar
extra te querit Principatus tuus ad
gustum exigitur Difficile hoc fuisset
· si non naturalis tibi ista bonitas
fuisset sed ad tempus sumpta · nemo enim
potest personam diu ferre ficta cito (al' mutatur)
in naturam suam recidunt Quibus veritas
subest quoque ut ita dicam ex solido
nascuntur tempore ipso in maius meliusque
procedunt Magnam adibat aleam
populus R tum incertum esset quo se ista tua
nobilis indoles daret Iam vota
publica in tuto sunt Nec enim periculum
est ne te subita tui capiat oblivio

facit quidem avidos nimia felicitas, nec tam temperate cupiditates sunt umquam ut in eo quod contigit desinant. Gradus a magnis ad maiora fit, et spes improbissimas complectuntur insperata assecuti. Omnibus tamen nunc civibus tuis et hec confessio exprimitur esse felices et nichil iam hiis accedere bonis posse nisi ut perpetua sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est: securitas alta, affluens, ius supra omnem iniuriam positum. Obversatur oculis letissima forma rei publice, cui ad summam libertatem nichil deest nisi pereundi licentia. Precipue tamen ad maximos ymosque pervenit clementie tue admiratio. Cetera enim bona pro portione fortune sue quisque sentit aut expectat maiora minoraque; ex clementia omnes idem sperant. Nec est quisquam cui tam valde innocentia sua placeat ut non stare in conspectu clementiam paratam humanis erroribus gaudeat.

Esse autem aliquos scio qui clementia pessimum quemque putent sustineri, quoniam nisi post crimen supervacua est et sola hec virtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium, sicut medicine apud egros usus, etiam apud sanos honor est, ita clementiam, quamvis pena digni invocent, etiam innocentes colunt. Deinde habet hec in persona quoque innocentium locum, quia interim fortuna pro culpa est; nec innocentie tantum clementia succurrit, sed sepe virtuti, quoniam quidem condicione temporum incidunt quedam que possint in laude puniri. Adice quod magna pars hominum est que reverti ad innocentiam posset, sed non tamen vulgo ignoscere decet. Nam ubi discrimen inter malos bonosque sublatum est, confusio sequitur et viciorum eruptio. Itaque adhibenda moderatio est que sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec promiscuam habere ac vulgarem clementiam oportet nec abscisam. Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est

quam nulli. Modum tenere debemus. Sed quia difficile est temperamentum, quicquid equo plus futurum est in partem humaniorem preponderet. Sed hec suo loco melius dicentur. Nunc in tres partes totam hanc materiam dividam. Prima erit manumissionis; secunda que naturam clementie habitumque demonstret. Nam cum sint vicia quedam virtutes imitancia, non possunt secerni nisi signa quibus dignoscantur impresseris. Tercio loco queremus quomodo ad hanc virtutem perducatur animus, quomodo confirmet eam et usu suam faciat. Nullam ex omnibus virtutibus magis homini convenire, cum sit nulla humanior, constet necesse est non solum inter nos qui hominem sociale animal communi bono genitum videri volumus, sed etiam inter illos qui hominem voluptati donant, quorum omnia dicta factaque ad utilitatem suam spectant. Nam si quietem petit et ocium, hanc virtutem nature sue nactus est, que pacem amat et manum retinet. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet. Ita enim magne vires decori gloriaeque sunt, si illis salutaris potentia est. Nam pestifera vis est valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis fundataque est quem omnes tam supra se esse quam pro se sciunt, cuius curam excubare pro salute singulorum atque universorum cotidie experiuntur, quo procedente non tamquam malum aliquod aut noxium animal e cubili prosiluerit diffugiunt, sed tamquam ad clarum ac beneficum sydus certatim advolant. Obicere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi et substernere corpora sua, si per stragem illi humanam iter ad salutem struendum sit, sompnum eius nocturnis excubiis muniunt, latera obiecti circumfusique defendunt, incurrentibus periculis se opponunt. Non est hec sine ratione populis urbibusque consensus sic protegendi amandique reges et se suaque iactandi quocumque desideraverit imperantis salus. Nec hec vilitas sui est aut clementia pro uno capite tot milia

tres partes clementie

clementia regi est utilis

corpore servire ac multis mortalibus vitam
unam redimere. Nec insani sunt et invalidi.
Quemadmodum totum corpus animo deservit
et cum hoc tanto maius tantoque speciosius
sit, ille in occulto maneat tenuis
et in qua sede latitet incertus, tamen manus
pedes oculi negotium illi gerunt, illum
haec cutis munit, illius iussu iacemus
aut inquieti discurrimus, cum ille imperat
sive avarus dominus est, mare lucri causa
scrutamur, sive ambitiosus, iam dudum dexteram
flammis obiecimus aut voluntarie terram
subsiluimus, sic haec immensa multitudo unius
anime circumdata illius spiritu regitur, illius
ratione flectitur, pressura se ac fractura
viribus suis nisi consilio sustineretur.
Suam itaque incolumitatem amant cum pro
uno homine denas legiones in aciem deducunt,
cum in primam frontem procurrunt et adversa
vulneribus pectora ferunt, ne imperatoris
sui signa vertantur. Ille est enim vinculum
per quod res publica coheret, ille spiritus vitalis
quem hec tot milia trahunt, nihil ipsa
per se futura nisi onus et preda si mens
illa imperii subtrahatur. Rege incolumi
mens omnibus una; amisso
rupere fidem. Hic casus Romane pacis exitium
erit, hic tanti fortunam populi in ruinas
aget. Tam diu ab isto periculo
aberit hic populus quam diu sciet ferre
frenos, quos si quando abruperit vel aliquo
casu discussos reponi sibi passus non
erit, hec unitas et hic maximi imperii
contextus in partes multas dissiliet,
idemque huic urbi dominandi finis erit qui
parendi fuerit. Ideo principes regesque et
quocumque alio nomine sunt tutores status
publici non est mirum amari ultra privatas
etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus
publica privatis potiora sunt, sequitur ut
is quoque carior sit in quem se res publica convertit.
Olim enim ita se induit rei publice Cesar
ut seduci alterum non posset sine utriusque
pernicie. Nam et illi viribus opus est
et huic capite. Longius videtur recessisse
a proposito oratio mea, at mehercules rem
ipsam premit. Nam si quid adhuc colligitur,
tu animus rei publice tu es, illa corpus tuum,
vides, ut puto, quam necessaria clementia sit;
tibi enim parcis cum videris alteri parcere.

Parcendum itaque est etiam improbandis civibus
non aliter quam membris languentibus, et
si quando misso sanguine opus est, sustinenda
est manus ne ultra quam necesse sit incidat. Est ergo,
ut dicebam, clementia omnibus quidem hominibus
secundum naturam, maxime tamen decora imperatoribus,
quanto plus habet apud illos quod servet
quantoque in maiore materia apparet. Quantulum
enim nocet privata crudelitas. Principum
sevitia bellum est. Cum autem virtutibus
inter se sit concordia nec ulla altera melior
aut honestior sit, quedam tamen quibusdam
personis aptior est. Decet magnanimitas
quemlibet mortalem, etiam illum infra quem
nihil est. Quid enim est maius aut fortius quam
malam fortunam retundere?
Hec tamen magnanimitas in bona fortuna laxiorem
locum habet meliusque in tribunali
quam in plano conspicitur. Clementia
in quamcumque domum pervenerit
eam felicem tranquillamque prestabit, sed
in regia quo rarior eo mirabilior.
Quid enim est mirabilius quam eum cuius
ire nihil obstat, cuius graviori sententie
ipsi qui pereunt assentiuntur, quem nemo
interpellaturus est, immo si vehementius
excanduerit ne deprecaturus quidem
ipsum sibi manum inicere et potestate sua
in melius placidiusque uti, hoc ipsum
cogitantem: Occidere contra legem nemo non
potest, servare nemo preter me. Magnam
fortunam magnus animus decet, qui nisi
se ad illam extulerit et altior steterit,
illam quoque infra ad terram deducit. Magni
autem animi est proprium placidum esse et tranquillum
et iniurias atque offensiones
superne despicere. Muliebre est furere
in ira, ferarum vero et generosarum quidem
premordere et urgere proiectos. Elephanti
leonesque transeunt que impulerunt;
et ignobilis bestie pertinacia est. Non
decet regem seva nec inexorabilis ira,
non multum enim supra eum eminet cui se
irascendo exequat. At si dat vitam,
si dat dignitatem periclitantibus
et meritis amittere, facit quod nulli
nisi rerum potenti licet. Vita enim etiam
superiori eripitur, numquam nisi inferiori
datur. Servare proprium est excellentis
fortune, que numquam magis suspici

Placet quod tu illi cogitet ac dixisse quod diis quorum beneficio in lucem edimur tam boni quam mali. Decorum itaque sibi animum asserens princeps alios quia utiles sunt et boni utiles esse sint libens videat alios in numero relinquat quosdam esse gaudeat quosdam patiatur.

Cogitet te in hac ciuitate in qua turba per latissima itinera sine intermissione defluens eliditur quotiens aliquid obstitit quod cursum eius velud torrentis rapidi moraretur, in qua tribus eodem tempore theatri vie postulantur, in qua consumitur quicquid terris omnibus aratur, quanta solitudo ac vastitas futura sit si nichil relinquitur nisi quod iudex seuerus absoluerit. Quotus quisque ex questoribus est qui non ex ipsa lege teneatur qua querit. Quotus quisque accusator vacat culpa. Et nescio an nemo ad dandam veniam difficilior sit quam qui illam petere sepius meruit. Peccauimus omnes alii grauia alii leuiora alii ex destinato alii forte impulsi aut aliena nequitia ablati alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus et innocentiam inuiti ac retinentes perdidimus nec deliquimus tantum sed usque ad extremum eui delinquemus. Etiam si quis tam bene purgauit animum ut nichil obturbare eum amplius possit ac fallere ad innocentiam tamen peccando peruenit.

Cum deorum feci mentionem optime hoc exemplum principi constituam ad quod formetur ut se talem esse ciuibus quales sibi deos velit. Expedit ergo inexorabilia peccatis atque erroribus numina expedit usque ad ultimam infesta perniciem. Et quis regum erit tutus cuius non membra aruspices (diuinatores) colligant. Quod si dii placabiles et equi delicta potentium non statim fulminibus persequuntur quanto equius est hominem hominibus prepositum miti animo exercere imperium et cogitare utrum mundi status gratior oculis pulchriorque sit sereno et puro die an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur et ignes hinc atque illinc micant. Atqui non alia facies est quieti moderatique imperii quam sereni celi et nitentis. Crudele regnum turbidum tenebris obscurum est inter trementes et ad repentinum sonitum expauescentes ne eo quidem qui omnia perturbat inconcusso. Facilius priuatis ignoscitur pertinaciter se vendicantibus possunt enim ledi dolorque eorum ab iniuria venit timent preterea contemptum et non retulisse ledentibus gratiam infirmitatis videtur non clementie. At cui ultio in facili est is omissa ea certam laudem mansuetudinis consequitur. Humili loco positis exercere manum litigare in rixam procurrere ac morem ire sue gerere liberius est leues inter paria ictus sunt. Regi vociferatio quoque verborumque intemperantia non ex maiestate est.

Graue putas eripi loquendi arbitrium regibus quod humillimi habent. Ista inquit seruitus est non imperium. Quid tu non experiris istud nobis esse tibi seruitutem. Alia condicio est eorum qui in turba quam non excedunt latent quorum et virtutes ut appareant diu luctantur et vicia tenebras habent. Vestra facta dictaque rumor excipit et ideo nullis magis curandum est qualem famam habeant quam qui qualemcumque meruerint magnam habituri sunt. Quam multa tibi non licent que nobis beneficio tuo licent. Possum in qualibet parte urbis solus incedere sine timore quamuis nullus sequatur comes nullus sit domi nullus ad latus gladius. Tibi in tua pace armato viuendum. Aberrare a fortuna tua non potes obsidet te et quocumque descendis magno apparatu sequitur. Est hec summe magnitudinis seruitus non posse fieri minorem sed cum diis tibi ista necessitas est. Nam illos quoque celum alligatos tenet nec magis illis descendere datum est quam tibi tutum fastigio tuo affixus es. Nostros motus pauci sentiunt prodire nobis ac recedere et mutare habitum sine

sensit publico licentiam tibi non magis quam
soli latere contingit Multa circa te lux
est omnium in istam conversi oculi sunt prodi-
re te putas oriris loqui non potes
nisi ut vocem tuam que ubique sunt
gentes excipiant Irasci non potes nisi omnia
tremant. sic neminem affligere nisi ubi
quicquid circa fuerit quatiatur ut fulmina
paucorum periculo cadunt omnium metu
sic animadversiones magnarum potestatum
terrent latius quam nocent Non sine
causa fecerit. sed quantum facturus sit co-
gitat in eo qui omnia potest Adice nunc quod
privatos homines ad accipiendas iniurias
opportuniores acceptarum facit Regi-
bus certior est ex mansuetudine securitas
quia frequens vindicta paucorum odium re-
primit omnium irritat. voluntas oportet ante
seviendi quam causa deficiat. Alioquin quem-
admodum precise arbores plurimis ramis
repullulant et multa satorum genera
ut densiora surgant reciduntur ita regia
crudelitas auget inimicorum numerum tollendo
Parentes enim liberique eorum qui interfecti
~~sunt et propinqui et amici in locum~~
~~singulorum succedunt~~ interfecti sunt propinqui
et amici in locum singulorum succedunt
Hoc quam verum sit admonere te exemplo
domestico volo Divus Augustus fuit
mitis princeps si quis illum a prin-
cipatu suo estimare incipiat In communi
quidem re per gladium movit cum hoc
etatis esset quod tu nunc es Duodevi-
cesimum egressus annum iam pugiones
in sinum amicorum absconderat Iam insidiis
M. Antonii consulis latus petierat. Iam
fuerat collega proscriptionis Sed cum
annum quadragesimum transisset et in
Gallia moraretur delatum est ad eum
indicium L. Cinnam stolidi ingenii virum
insidias ei struere dictum est et ubi et
quando et quemadmodum vellet aggredi
unus ex consciis deferebat Constituit se ab
eo vindicare Consilium amicorum advo-
cari iussit Nox illi inquieta erat cum
cogitaret adolescentem nobilem hoc de-
tracto integrum Cn. Pompei nepotem

dampnandum Iam unum hominem occidere non
poterat cum M. Antonio proscriptionis
edictum inter cenam dictaret. gemens
subinde voces varias emittebat et
inter se contrarias Quid ergo ego percussorem
meum securum ambulare patiar me
sollicito Ergo non dabit penas qui
tot civilibus bellis frustra petitum
caput tot navalibus tot pedestribus
preliis incolume. postquam terra marique
pax parta est non occidere constituat
sed immolare Iam sacrificantem placuerat
adoriri Rursus silentio interposito
maiore multo voce sibi quam Cinne
irascebatur Quid vivis si perire
te tam multorum interest Quis finis erit
suppliciorum Quis sanguinis Ego sum
nobilibus adolescentulis expositum
caput in quod mucrones acuant
non est tanti vita si ut ego non peream
tam multa perdenda sunt Interpellavit
tandem illum Livia uxor Et admittis
inquit muliebre consilium Fac quod medici
solent qui ubi usitata remedia
non procedunt temptant contraria Severitate
nihil profecisti adhuc Salvidienum
Lepidus secutus est Lepidum Murena
Murenam Cepio Cepionem Ignatius ut
alios taceam quos tam ausos pudet
Nunc tempta quomodo tibi cedat clementia
Ignosce L. Cinne deprehensus est iam
nocere tibi non potest prodesse fame tue
potest Gavisus sibi quod advocatum inve-
nerat uxori gratias egit renuntiari
autem extemplo amicis quos in consilium
rogaverat imperavit et Cinnam unum
ad se accersit Dimissisque omnibus
e cubiculo cum alteram Cinne poni
cathedram iussisset Hoc inquit primum
a te peto ne me loquentem interpelles impedias
ne medio sermone meo proclamans
dabitur tibi loquendi liberum tempus Ego
te Cinna cum in hostium castris invenissem
non factum tantum mihi inimicum sed
natum servavi patrimonium tibi omne
concessi Hodie tam felix es et tam dives

ne victo victores invideant. Sacerdo-
tium tibi petentis compluribus quorum
parentes mecum militaverant dedi;
cum sic de te meruerim, occidere me con-
stituisti. Cum ad hanc vocem exclamasset
procul hanc a se abesse dementiam:
Non prestas, inquit, fidem, Cinna: convene-
rat ne interloqueretis. Occidere, inquam,
me paras. Adiecit locum, socios, diem,
ordinem insidiarum, cui commissum esset
ferrum. Et cum defixum videret nec
ex conventione iam sed ex conscientia tacentem:
Quo, inquit, hoc animo facis? ut ipse sis
princeps? Male mehercule cum populo
agitur, si tibi ad imperandum nichil
preter me obstat. Domum tueri tuam
non potes. Nuper libertini hominis
gratia in privato iudicio superatus es.
Adeo nichil facilius potes quam contra
Cesarem advocare? Cedo, si spes tuas
solus impedio. Paulusne te et
Maximus Fabius et Cossi et Servilii
ferent tantumque agmen nobilium non inania
nomina preferentium, sed eorum qui yma-
ginibus suis decori sint? Ne totam
eius orationem repetendo magnam
voluminis partem occupem, diucius enim quam
duabus horis locutum esse constat, cum
hanc penam qua sola erat contentus
futurus extenderet. Vitam, inquit, tibi,
Cinna, iterum do, prius hosti, nunc in-
sidiatori ac parricide. Ex hodierno
die inter nos amicicia incipiat. Con-
tendamus utrum ego meliore fide tibi
vitam dederim an tu debeas. Post
hoc detulit ultro consulatum, questus
quod non auderet petere. Amicissimum
fidelissimumque habuit. Heres solus
illi fuit. Nullis amplius insidiis
ab ullo petitus est. Ignovit abavus
tuus victis. Nam si non ignovisset, quibus
imperasset? Salustium et Cocceios et
Duellios et totam cohortem prime ad-
missionis ex adversariorum castris con-
scripsit. Iam Domicios, Messallas,
Asinios, Cicerones et quicquid floris
erat in civitate clementie sue debebat.

Ipsum Lepidum quam diu mori passus est. Per
multos annos tulit ornamenta princi-
pis retinentem et pontificatum maximum non
nisi mortuo illo transferri in se passus est;
maluit enim illud ~~[struck]~~ honorem vocari
quam spolium. Hec eum clementia ad salutem
securitatemque perduxit. Hec gratum ac
favorabilem reddidit, quamvis nondum sub-
actis populi Romani cervicibus manum impo-
suisset. Hec hodie quoque prestat illi famam
que vix vivis principibus servit. Deum
esse non tamquam iussi credimus. Bonum
principem Augustum, bene illi convenisse
parentis nomen fatemur ob nullam aliam
causam quam quod contumelias quoque suas, que
acerbiores principibus solent esse quam in-
iurie, nulla crudelitate exequebatur,
quod probrosis in se dictis arrisit, quod dare
illum penas apparebat cum exigeret, quod
quoscumque ob adulterium filie sue dam-
naverat adeo non occidit ut dimissis
quo tutiores essent diplomata daret.
Hoc est ignoscere: cum scias multos futuros
qui pro te irascantur et tibi alieno sanguine
gratificentur, non dare tantum salutem sed
prestare. Hec Augustus senex faciebat
aut iam in senectutem annis vergentibus.
In adolescentia caluit, arsit ira, multa
fecit ad que invitus oculos retorquebat.
Comparare nemo mansuetudini tue au-
debit divum Augustum, etiam si certa-
verit iuvenilium annorum deduxerit et se-
nectutem plus quam in nature fuerat mo-
deratus et clemens, nempe post mare
Actiacum Romano cruore infectum,
nempe post fractas in Sicilia classes
suas et alienas, nempe post Perusinas aras
et proscriptiones. Ego vero clementiam
non voco lassam crudelitatem. Hec est,
Cesar, clementia vera quam tu prestas,
que non sevicie penitentia cepit, nullam
habere maculam, numquam civilem sanguinem
fudisse. Hec est in maxima potestate
verissima animi ~~[struck]~~ temperantia
et humani generis comprehendit te sibi
amor non cupiditate aliqua, non teme-

iocundi non horrendi principum exemplis corruptis quid in ciues suos liceat experiendo temptare sed hebetare aciem imperii sui. Prestitisti Cesar ciuitatem incruentam et hoc quod magno animo gloriatus es nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse eo maius est mirabiliusque quod nulli umquam citius gladius commissus est. Clementia ergo non tantum honestiores sed tutiores prestat ornamentumque imperiorum est simul et certissima salus. Quid enim est quod reges consenuerunt liberisque ac nepotibus tradiderunt regna tyrannorum execrabilis ac breuis potestas est. Quid interest inter tyrannum ac regem. species enim ipsa fortune ac licentia par est. Sed quod rex fieri publica utilitas persuadet. tyrannus seuicia cordi est. Tyrannus autem a rege distat factis non nomine. Nam et dionisius maior iure merito quod preferri multis regibus potest. Et L. Sillam appellari quid prohibet. cui occidendi finem fecit inopia hostium. Descendit licet dictatura sua et se toge reddiderit. Quis tamen umquam tyrannus tam auide humanum sanguinem bibit quam ille qui septem milia ciuium romanorum contrucidari iussit. Et cum in uicino ad edem bellone sedens exaudisset conclamationem tot milium sub gladio gementium exterrito senatu. hoc agamus inquit p. c. Seditiosi pauculi meo iussu occiduntur. Hoc non est mentitus. pauci Sille uidebantur. Sed mox de Silla consequemur quomodo hostibus irascendum sit. utique si in hostile nomen ciues et ex eodem corpore abrupti transierint. Interim hoc quod dicebam clementia efficit ut magnum inter regem tyrannumque discrimen sit. uterque licet non minus armis ualletur. Sed alter arma habet quibus in munimentum pacis utitur. Alter ut magno timore magna odia compescat. nec illas ipsas manus quibus se commisit securus aspicit. Contrariis

in contraria agit. Nam est inuisus quia timetur. timeri autem uult quia inuisus est et illo execrabili uersu qui multos precipites dedit utitur. Oderint dum metuant ignarus quanta rabies oriatur ubi ultra modum odia creuerunt. Temperatus enim timor cohibet animos. assiduus uero et acer et extrema admouens in audaciam iacentes excitat et omnia experiri suadet. Sic feras lineis et pinna conclusas contineas. easdem a tergo eques telis incessit temptabunt fugam per ipsa que fugerant proculcabuntque formidinem. Acerrima uirtus est quam ultima necessitas extundit. Relinquat oportet securi aliquid metus multoque plus spei quam periculorum ostentet. Alioquin ubi quiescenti paria metuuntur incurrere in pericula iuuat et aliena anima abuti. Placido tranquilloque regi fida sunt auxilia sua ut quibus ad communem salutem utatur gloriosusque miles publice enim securitati dare operam uidetur omnem laborem libens patitur ut parentis custos. At illum acerbum et sanguinarium necesse est grauentur stipatores sui. Non potest habere quisquam bone ac fidei uoluntatis ministros quibus in tormentis ut eculeo et ferramentis ad mortem paratis utitur. quibus non aliter quam bestiis homines obiectat. omnibus reis erumnosior ac sollicitior ut qui homines deos quam testes ac uindices facinorum timeat. eo perductus ut non liceat illi mutare mores. Hoc est inter cetera uel pessimum habet crudelitas. perseuerandum est. nec ad meliora patet regressus. Scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius cui iam esse malo necesse est. Miserabilem illum sibi certe nam ceteris misereri nefas sit. qui cedibus ac rapinis potentiam exercuit qui suspecta sibi cuncta reddidit tam externa quam domestica. Cum arma metuat ad arma confugiens. non amicorum fidei credens non pietati liberorum

qui nichil erubuerit queque fecit queque facturus est et conscientia sua plena sceleribus ac tormentis adaperit huic sepe mortem timet sepius optat invisior sibi quam servientibus. Contra is cui cure sunt universa qui alia magis alia minus tuetur nullam non rei publice partem tamquam sui nutrit inclinatus ad mitiora etiam si ex usu est animadvertere ostendens quam invitus aspero remedio manus admoveat in cuius animo nichil hostile nichil efferum est qui potentiam suam placide ac salutariter exercet approbare civibus imperia sua cupiens felix abunde sibi visus si fortunam suam publicaverit sermone affabilis accessu et facilis vultu quo maxime populos demeretur amabilis equis desideriis propensus etiam iniquis vix acerbus a tota civitate amatur defenditur colitur. Eadem de illo homines secreto loquuntur que palam tollere filios cupiunt et publicis malis sterilitas indicta recluditur. Bene se meriturum de liberis suis non dubitat quibus tale seculum ostenderit. Hic princeps suo beneficio tutus nichil presidiis eget arma ornamenti causa habet. Quod ergo officium eius est? Quod bonorum parentum qui obiurgare liberos non numquam minaciter solent aliquando admonere etiam verberibus. Numquid aliquis sanus filium ad primam offensam exheredat? nisi magne et multe iniurie patientiam evicerint nisi plus est quod timet quam quod damnat non accedit ad decretorium stilum. Multa ante temptat quibus dubiam indolem et peiore loco iam positam revocet. Postquam deplorata sunt ultima experitur. Nemo ad supplicia exigenda pervenit nisi qui remedia consumpsit. Hoc quod parenti etiam principi faciendum est quem appellamus patrem patrie non adulatione vana adducti. Cetera enim cognomina honori data sunt. Magnos et felices augustos diximus et ambitiose maiestati quicquid potuimus titulorum congessimus illis hoc tribuentes. Patrem quidem patrie appellavimus ut sciret datam sibi potestatem patriam que est temperatissima liberis consulens suaque post illos reponens. Tradat sibi pater membra sua abscidat etiam cum absciderit reponere cupiat et in abscidendo gemat cunctatus multum diuque. Prope est enim ut libenter damnet qui cito. Ut inique puniat qui nimis. Triconem equitem Romanum memoria nostra quia filium suum flagellis occiderat populus graphiis in foro confodit. Vix illum Augusti Cesaris auctoritas infestis tam patrum quam filiorum manibus eripuit. Tarium qui filium deprehensum in parricidio consilii damnavit consilio cognito nemo non suspexit quod contentus exilio et exilio delicato Massilie parricidam continuit et annua illi prestitit quanta prestare integro solebat. Hec liberalitas effecit ut in qua civitate numquam deest patronus peioribus nemo dubitaret quin reus merito damnatus esset quem ipse pater damnare potuisset qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo dabo quem compares bono patri bonum principem. Cogniturus de filio Tarius advocavit in consilium Cesarem Augustum. Venit in privatos penates assedit pars alieni consilii fuit non dixit Immo in domum meam veniat. Quod si factum esset Cesaris futura erat cognitio non patris. Audita causa excussisque omnibus et his que adolescens pro se dixerat et his quibus arguebatur petiit ut sententiam suam quisque scriberet ne ea omnium fieret que Cesaris fuisset. Deinde priusquam aperirentur codicilli iuravit se Tarii hominis locupletis hereditatem non aditurum. Dicet aliquis pusillo animo timuit ne videretur locum spei sue aperire velle filii damnatione. Ego contra sentio. Quilibet nostrum debuisset adversus opiniones malignas satis fiducie habere

a bona consciencia. Principes multa debent etiam fame dare. Iuravit se non aditurum hereditatem. Tarius quidem eodem die et alterum heredem perdidit. Sed Cesar libertatem sententie sue redemit. Et postquam approbavit gratuitam esse severitatem suam quod principi semper curandum est, dixit relegandum quo patri videretur. Non culleum non serpentes non carcerem decrevit memor non de quo censeret sed cui in consilio esset. Mollissimo genere pene contentum esse debere patrem dixit in filio adolescentulo impulso in id scelus in quo se quod proximum erat ab innocentia timide gessisset. Debere illum ab urbe et a parentis oculis submoveri. O dignum quem in consilium patres advocaret. O dignum quem coheredem innocentibus liberis scriberent. Hec clementia principem decet ut quocumque venerit mansuetiora omnia faciat. Nemo regi tam vilis sit ut illum perire non sentiat. Qualiscumque pars imperii est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non unum est imperandi genus. Imperat princeps civibus suis pater liberis preceptor discentibus tribunus vel centurio militibus. Nonne pessimus pater videbitur qui assiduis plagis liberos etiam ex levissimis causis compescet. Uter autem preceptor liberalibus studiis dignior qui excarnificabit discipulos si memoria illis non constiterit aut si parum agilis in legendo oculus heserit, an qui monitionibus et verecundia emendare ac docere malit. Tribunum centurionemque da sevum, desertores faciet quibus tamen ignoscitur. Numquid equum est gravius homini et durius imperari quam imperatur animalibus mutis. Atqui equum non crebris verberibus exterret domandi peritus magister. Fiet enim formidolosus et contumax nisi eum blandiente tactu permulseris. Idem facit venator qui instituit catulos vestigia sequi quique iam exercitatis utitur ad excitandas et persequendas feras. Nec crebro illis minatur, contundet enim animos et quicquid est indolis comminuetur trepidatione degeneri, nec licentiam vagandi errandique passim concedit. Adicias his licet tardiora agentes iumenta que cum ad contumeliam et miserias nata sint nimia sevitia cogantur iugum detrectare.

Nullum animal morosius est, nullum maiore arte tractandum quam homo, nulli magis parcendum. Quid enim stultius quam in iumentis et canibus erubescere iras exercere, pessima autem condicione sub homine hominem esse. Morbis medemur nec irascimur. Atqui et hic morbus est animi; mollem medicinam desiderat ipsumque medentem minime infestum egro. Mali medici est desperare ne curet. Idem in hiis quorum animus affectus est facere debebit cui tradita salus omnium est, non cito spem proicere nec mortifera signa pronunciare. Luctetur cum viciis, resistat, aliis morbum suum exprobret, quosdam molli curatione decipiat citius meliusque sanaturus remediis fallentibus. Agat princeps curam non tantum salutis sed etiam honeste cicatricis. Nulli regi gloria est ex seva animadversione. Quis enim dubitat posse? At contra maxima si vim suam continet, si multos ire aliene eripuit, neminem sue impendit. Servis imperare moderate laus est. Et in mancipio cogitandum est non quantum illud impune pati possit sed quantum tibi permittat equi bonique natura que parcere etiam captivis et precio paratis iubet. Quanto iustius iubet hominibus liberis ingenuis honestis non ut mancipiis abuti sed ut hiis quos gradu antecedas quorumque tibi non servitus tradita sit sed tutela. Servis ad statuam licet confugere. Cum in servum omnia liceant est aliquid quod in hominem licere commune ius animantium vetet. Quis non Vedium Pollionem peius oderat quam servi sui quod murenas sanguine humano saginabat et eos qui se aliquid offenderant in vivarium quid aliud quam serpentium abici iubebat. O hominem mille mortibus dignum sive devorandos servos obiciebat murenis quas esurus erat sive in hoc tantum illas alebat ut sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota civitate commonstrantur invisique et detestabiles sunt ita regum et iniuria latius patet et infamia atque

Vedy pollio

de apibus

quid sceleris tradit. Multo autem nunc nasci melius fuit quam inter publica mala natos. Excogitare nemo quicquam poterit quod magis decorum regenti sit quam clementia quocumque modo is et quocumque iure prepositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse magnificentiusque fatebimur quo in maiore prestabit potestate. Quam non oportet noxiam esse si ad nature legem componitur. Natura enim commenta est regem quod ex aliis animalibus licet cognoscere et ex apibus quarum regi amplissimum cubile est medioque ac tutissimo loco. Preterea opere vacat exactor alienorum operum et amisso rege totum dilabitur nec umquam plus unum patiuntur melioremque pugna querunt. Preterea insignis regi forma est dissimilisque ceteris cum magnitudine tum nitore. Hoc tamen maxime distinguitur. Iracundissime ac pro corporis captu pugnacissime sunt apes et aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec sevum esse nec ultionem magno constaturam petere telumque detraxit et iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est. Est enim illi mos exercere se in parvis et ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores cum tanto hominum moderatior esse animus debeat quanto vehementius nocet. Utinam quidem eadem homini lex esset et ira cum telo suo frangeretur nec liceret nocere quam semel nec alienis viribus exercere odia. Facile enim lassaretur furor si per se sibi satisfaceret et si mortis periculo vim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est timeat quantum timeri voluit et manus omnium observet et eo quoque tempore quo non captatur peti se iudicet nullumque momentum immune a metu habeat. Hanc aliquis agere vitam sustinet cum liceat innoxium aliis ob hoc securum salutare potentie ius letis omnibus tractare. Errat enim si quis existimat tutum esse ibi regem ubi nihil a rege tutum. Securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum editas arces nec in ascensum arduos colles emunire nec latera montium abscidere multiplicibus se muris turribusque sepire. Salvum regem clementia in aperto prestabit. Unum est inexpugnabile munimentum amor civium. Quid pulchrius est quam vivere optantibus cunctis et vota non sub custode nuncupantibus. Si paulum valitudo titubavit non spem hominum excitari sed metum. Nihil esse cuiquam tam pretiosum quod non pro salute presidis sui commutatum velit. O ne ille cui contingit sibi quoque vivere debet. In hoc assiduis bonitatis argumentis probavit non rem publicam suam esse sed se rei publice. Quis huic audeat struere aliquod periculum. Quis ab hoc non si possit fortunam quoque avertere velit sub quo iustitia pax pudicitia securitas dignitas florent sub quo opulenta civitas copia bonorum omnium habundat. Nec alio animo rectorem suum intuetur quam si dii immortales potestatem visendi sui faciant. Intueamur venerantes colentesque. Quid autem non proximum illis locum tenet is qui se ex deorum natura gerit beneficus ac largus et in melius potens. Hoc affectare hoc imitari decet maximum ita haberi ut optimus simul habeatur.

A duabus causis punire princeps solet si aut se vindicat aut alium. Prius de ea parte disseram que ipsum contingit. Difficilius est enim moderari ubi debetur dolori ultio quam ubi exemplo. Supervacuum est hoc loco admonere ne facile credat ut verum excutiat ut innocentie faveat ut appareat ut non minorem agi rem periclitantis quam iudicis sciat. Hoc enim ad iustitiam non ad clementiam pertinet. Nunc illum hortamur ut manifeste lesus animum in potestate habeat et penam si tuto poterit donet sin minus temperet

lege et scit esse suis quam alienis operabilior
iniuriis. Ita quemadmodum non est magni
animi qui de alieno liberalis est sed
ille qui quod alteri donat sibi detrahit
ita clementem vocabo non in alieno dolore
facilem sed eum qui cum suis stimulis exagitetur
non prosilit qui intelligit magni animi
esse iniurias in summa potentia pati nec
quicquam esse gloriosius principe impune
leso. Vindicta duas res prestare solet
aut solacium affert ei qui accepit in-
iuriam aut in reliquum securitatem. Princi-
pis maior est fortuna quam ut solacio
egeat manifestior quam vis quam ut alieno
malo opinione sibi vires querat.
Hoc dico cum ab inferioribus petitus
violatusque est. Nam si quos pares
aliquando habuit infra se videt satis vin-
dicatus est. Regem et servus occidit et
serpens et sagitta; servavit quidem
nemo nisi maior eo quem servavit.
Uti itaque animose debet tanto munere
deorum dandi auferendique vitam potens
in hiis presertim quos scit aliquando sibi fasti-
gium obtinuisse. Hoc arbitrium adeptus
ultionem implevit perfecitque quantum
vere pene satis erat. Perdidit enim vitam
qui debet et quisquis ex alto ad
inimici pedes abiectus alienam de ca-
pite regnoque sententiam expectavit in
servatoris sui gloriam vivit plusque
nomini eius confert incolumis quam si ex
oculis ablatus esset. Assiduum
enim spectaculum aliene virtutis est;
in triumpho cito transisset. Si vero regnum
quoque suum tuto relinqui apud eum
potuit reponique eo unde deciderat
ingenti incremento surgit laus
eius qui contentus fuit ex rege victo
nichil preter gloriam sumere. Hoc est
etiam ex victoria sua triumphare testari-
que nichil se quod dignum esset victore
apud victos invenisse. Cum civibus
et ignotis atque humilibus eo modera-
tius agendum est quo minoris est afflixisse
eos. Quibusdam libenter parcas a
quibusdam te vindicare fastidias et
non aliter quam ab animalibus parvis et obterentibus
inquinantibus reducenda manus est. Sed
in hiis qui in ore civitatis servati punitique

sunt occasione note clementie utendum est.
Transeamus ad alienas iniurias in
quibus vindicandis hec tria lex secuta est
que princeps quoque sequi debet. Aut ut
eum quem punit emendet. Aut ut pena eius
ceteros meliores reddat. Aut ut sublatis
malis securiores ceteri vivant. Ipsos
facilius emendabis minore pena. Di-
ligentius enim vivit cui aliquid integri
superest. Nemo dignitati perdite parcit.
Impunitatis genus est iam non habere pene
locum. Civitatis autem mores magis cor-
rigit parcitas animadversionum. Facit enim
consuetudinem peccandi multitudo pecca-
tium et minus gravis nota est quam
turba dampnationum levat et severitas
quod maximum remedium habet assidui-
tate amittit auctoritatem. Constituit
bonos mores ~~civitatis~~ civitati princeps
et vitia eius facilius reprimit si pa-
tiens eorum est non tamquam probet sed tamquam
invitus et cum magno tormento ad casti-
gandum veniat. Verecundiam peccandi facit
ipsa clementia regentis. Gravior multo
pena videtur que a miti viro constituitur.
Preterea videbis ea sepe committi que sepe
vindicantur. Pater tuus plures intra quin-
quennium culleo insuit quam omnibus seculis
insutos accepimus. Multo minus audebant
liberi nefas ultimum admittere quamdiu
sine lege crimen fuit. Summa enim pru-
dentia altissimi viri et rerum nature pe-
ritissimi maluerunt velut incredibile
scelus et ultra audaciam positum preterire
quam dum vindicant ostendere posse fieri. Itaque
parricide cum lege ceperunt et illis
facinus pena monstravit. Pessimo vero
loco pietas fuit postquam sepius culleos
vidimus quam cruces. In qua civitate
raro homines puniuntur in ea consensus
fit innocentie et indulgetur velut publico
bono. Putet se innocentem esse civitas
erit. Magis irascetur a communi fru-
galitate desciscentibus si paucos esse
viderit. Periculosum est mihi crede osten-
dere civitati quanto plures mali sint.
Dicta est aliquando a senatu sententia
ut servos a liberis cultus distingueret.
Deinde apparuit quantum periculum immineret
si servi nostri numerare nos cepissent. Idem
scito metuendum esse si nulli ignoscatur

cito apparebit pars civitatis deterior quanto pregravet. Non minus principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera. Remissius imperanti melius paretur. Natura contumax est humanus animus et in contrarium atque arduum nitens sequitur quam facilius quam ducitur. Et ut generosi ac nobiles equi melius facili freno reguntur, ita clementiam voluntaria innocentia impetu suo sequitur et dignam putat civitas quam servet sibi. Plus itaque hac via proficitur. Crudelitas minime humanum malum est indignumque tam miti animo. Ferina ista rabies ~~est~~ est sanguine gaudere ac vulneribus et abiecto homine in silvestre animal transire. Quid

ꝯ alex.

enim interest oro te Alexander leoni Lisimachum obicias an ipse laceres dentibus tuis. Tuum os est, tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius ungues esse, tibi rictum illum edendorum hominum capacem. Non exigimus a te ut manus ista exitium familiarium certissimum ulli salutaris sit, ut iste animus ferox insaciabile gentium malum citra sanguinem cedemque satietur. Clementia iam vocatur ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur. Hoc est quare vel maxime abhominanda sit sevitia quod excedit fines primum solitos, deinde humanos. Nova supplicia conquirit, ingenium advocat ut instrumenta excogitet per que varietur atque extendatur dolor, et delectatur malis hominum. Tunc illi dirus animi morbus ad insaniam pervenit ultimam cum crudelitas versa est in voluptatem et iam occidere hominem iuvat. Naturalem virum a tergo sequitur eversio, odium, venena, gladii; tam multis periculis petitur quam multorum ipse periculum est privatisque nonnumquam consiliis. Alias vero conspiratione publica circumvenitur. Levis enim et privata pernicies non totas urbes movet. Quod late furere cepit et omnes appetit undique configitur. Serpentes parvule fallunt nec publice conquiruntur. Ubi aliqua solitam mensuram transit et in monstrum excreverit, ubi fontes potu infecit

et si afflavit deurit obteritque quacumque incessit, balistis petitur. Possunt verba dare et evadere pusilla mala, ingentibus obviam itur. Sic unus eger nec domum quidem perturbat, at ubi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit conclamatio civitatis ac fuga est et diis ipsis manus intenduntur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit, familia vicini aquam ingerunt. At incendium vastum et multas iam domos depastum parte urbis obruitur. Crudelitatem privatorum quoque serviles manus sub certo crucis periculo ulte sunt. Tyrannorum gentes populique et quorum erat malum et hii quibus imminebat excidere aggressi sunt. Aliquando sua presidia in ipsos consurrexerunt perfidiamque et impietatem et feritatem et quicquid ab illis didicerant in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo sperare quem malum esse docuit. Non diu apparet nequitia nec quantum videtur peccat, sed putavit esse tutam crudelitatem. Quale eius regnum est? Non aliud quam captarum urbium forma et terribiles facies publici metus. Omnia mesta, trepida, confusa. Voluptates ipse timentur. Non convivia securi ineunt in quibus lingua sollicite etiam ebriis custodienda est, non spectacula ex quibus materia criminis ac periculi queritur. Apparentur licet magna impensa et regiis opibus et artificum exquisitis nominibus. Quem tamen ludi in carcere iuvent? Quod istud dii boni malum est occidere, sevire, delectari sono cathenarum et civium capita decidere, quocumque ventum est multum sanguinis fundere, aspectu suo terrere ac fugare. Que alia vita esset si leones ursique regnarent, si serpentibus in nos ac noxiosissimo cuique animali daretur potestas. Illa rationis experta et a nobis immanitatis crimine dampnata abstinent suis, et tuta est etiam inter feras similitudo morum; apud homines tamen ne a necessariis quidem rabies temperat sibi, sed externa suaque in equo habet, quo possit exercitatior a singulorum

Deinde edibus in contra gentium sepe
et inmittere tectis ignem. a parvum vetustis
urbibus inducere potestatem putat et unum
occidi iubere. aut alterum parum impera-
torium credat nisi eodem tempore greges in-
feriorum subiectus steterit. crudelitatem
sua in ordine tanta putat. felicitatis
illa multis salutem dare et ad vitam ab
ipsa morte revocare, et mereri clemen-
tia civicam non potest. Nullum ornamentum
principis fastigio dignius pulchriusque
est quam illa corona ob cives servatos
Non hostilia arma detracta victis. non
currus barbarorum sanguine cruentati
non parta bello spolia. Hec divina po-
tentia est. gregatim ac publice serva-
re. Multos autem occidere et indiscretos
incendii ac ruine potentia est. liber

ii de clementia ad Neronem

Ut de clementia scriberem Nero
Cesar una me vox tua
maxime compulit quam ego
non sine admiratione. et cum diceretur
audisse memini et deinde aliis nar-
rasse vocem generosam magni animi
magne lenitatis que non composita
nec alienis auribus subito data ere-
pruit. et bonitatem tuam cum fortuna
tua litigantem in medium adduxit.
Animadversurus in latrones duos Burrus
prefectus tuus vir egregius et tibi princi-
pi natus. Exigebat a te scriberes in quos
et ex qua causa animadverti velles. hoc
sepe dilatum ut aliquando fieret instabat
Invitus invito cum cartam protulisset
traderetque exclamasti. vellem nescire
litteras. O dignam vocem quam audirent
omnes gentes que romanum imperium colunt
queque iuxta iacent dubie libertatis
queque contra viribus aut animis attollunt
O vocem in contionem omnium mortalium mit-
tendam. in cuius verba principes reges que
iuramentum facerent. O vocem publica
generis humani innocentia dignam. cui red-
deretur antiquum illud seculum. Non profecto
consentire decebat ad equum bonum
que expulsa alieni cupidine. ex qua omne
animi malum oritur. pietatem integritatem
cum fide ac modestia surgere et vicia
diuturno abusa regno tandem felici ac
puro seculo dare locum futurum. Hoc cesar
ex magna parte sperare et confiteri libet
Tradetur ista animi tui mansuetudo diffundetur
paulatim per omne imperii corpus et cuncta
in similitudinem tuam formabuntur. a capite
bona valitudo in omnes vegeta sunt atque
erecta, aut languore demissa prout
animus eorum viget aut marcescit. et
erunt cives erunt socii digni hac
bonitate et in totum orbem recti mores
revertentur. parcetur ubique manibus tuis
Diutius me morari hic patere. non ut
blandum auribus tuis. nec enim mihi
mos est. maluerim veris offendere quam
placere adulando. Quid ergo est. preter id
quod beneficiis dictisque tuis quam familia-
rissimum esse te cupio. ut quod natura
et impetus est fiat iudicium. Illud
mecum considero. multas voces magnas
sed detestabiles in vitam humanam perve-
nisse. celebresque vulgo ferri. ut illam
oderint dum metuant. Cui greci versus
similis est. qui se mortuo terram misceri
ignibus iubet. Et alia huius note ac
nescio quo ingenia inmania et invisa
materia secundiore ferum expressere sensus ve-
hementes et concitatos. Nullam adhuc vocem
audivi ex bono leniter animosam. Quid
ergo est. ut raro invitus et cum magna
cunctatione. cum multis dilationibus. ita
aliquando scribas necesse est istud quod tibi in
odium litteras adduxit. Sed sicut facis
cum magna cunctatione cum multis dila-
tionibus ne forte decipiat nos speciosum
clementie nomen aliquando et in contrarium
abducat. Videamus quid sit cle-
mentia qualisque sit et quos fines habeat

De clementia quid sit

Clementia est temperantia animi in potestate
ulciscendi vel lenitas superioris adversus
inferiorem in constituendis penis. Plura
proponere tutius est. ne una finitio
parum rem comprehendat et ut ita dicam
formula excidat. Itaque dici potest et in-
clinatio animi ad lenitatem in pena exigenda
Illa finitio contradictores inveniet quamvis
maxime ad verum accedat. Si dixerimus

clementia esse moderationem aliquid ex merita
ac debita pena remittentem. Reclamabitur
illam virtutem tamen nulli nisi debito facere.
At qui omnes intelligunt clementiam esse
que se flectit citra id quod merito con-
stitui posset. Huic contrariam imperiti putant
severitatem. Sed nulla virtus virtuti contraria
est. Quid ergo opponitur clementie? Cru-
delitas, que nichil aliud est quam atro-
citas animi in exigendis penis. Sed quidam
non exigunt penas, crudeles tamen sunt,
tanquam qui ignotos homines et obvios non
in compendium sed occidendi causa occidunt,
nec interficere contenti seviunt, ut
Busiris ille et Procustes et pirate qui
captos verberant et in ignem vivos
imponunt. Hec crudelitas quidem,
sed quia nec ultionem sequitur nec peccato-
rum irascitur, nullam enim antecessit
culpa, extra finitionem nostram cadit,
que finitione continebatur in penis exi-
gendis intemperantiam animi. Possumus dicere
non esse hanc crudelitatem sed feritatem,
cui voluptati sevicia est. Possumus
insaniam vocare. Nam varia sunt genera
eius et nullum certius quam quod in cedes
hominum et laniationes pervenit. Illos ergo
crudeles vocabo qui puniendi causam
habent, modum non habent, sicut in Phalari,
quem aiunt non quidem in homines innocen-
tes, sed super humanum ac probabilem modum
seviisse. Possumus effugere cavillationem
et ita finire ut sit crudelitas inclina-
tio animi ad asperiora. Hanc clementia re-
pellit longius a se. Nam severitatem
illi convenire certum est. Ad rem per-
tinet querere hoc loco quid sit miseri-
cordia. Plerique enim ut virtutem eam
laudant et bonum hominem vocant
misericordem. Hec autem vicium animi
est. Utraque circa severitatem, circa
clementiam posita sunt que vitare
debemus. Per speciem severitatis in crudelitatem,
per speciem clementie in misericordiam. In hoc
leviore periculo erratur, sed par error
est a vero recedentium. Ergo quemad-
modum religio deos colit, superstitio
violat, ita clementiam mansuetudinemque
omnes boni viri prestabunt, misericordiam autem
vitabunt. Est enim vicium pusilli animi
ad speciem alienorum succidentis. Itaque pessimo
cuilibet familiarissima est. Anus et
sunt mulierculae que lacrimis nocentissimorum
moventur, que si liceret carcerem effrin-
gerent. Misericordia non causam sed fortunam
spectat. Clementia rationi accidit. Scio
male audire apud imperitos sectam
Stoycorum tanquam nimis duram et minime
principibus regibusque bonum daturam
consilium. Obicitur enim illi quod sapientem
negat misereri, negat ignoscere. Hec
si per se ponantur, invisa sunt. Videntur
enim nullam spem relinquere humanis
erroribus, sed omnia delicta ad penam
deducere. Quod si est, quidnam hec scien-
tia que dediscere humanitatem iubet, por-
tumque adversus fortunam certissimum
mutuo auxilio cludit? Sed nulla
secta benignior leniorque est, nulla
amantior hominum et communis boni attentior,
ut propositum sit usui esse aut auxilio
nec sibi tantum sed universis singulisque con-
sulere. Misericordia egritudo animi ob alienarum
miseriarum speciem aut tristicia ex alie-
nis malis contracta que accidere immerentibus
credit. Egritudo autem in sapientem
virum non cadit. Serena eius mens est, nec
quicquam incidere potest quod illam obducat.
Nichilque eque hominem quam magnus
animus decet. Non potest autem magnus
esse idem si metus et meror contundit,
si mentem obducit et contrahit. Hoc sa-
pienti ne in suis quidem accidet cala-
mitatibus, sed omnem fortune iram
reverberabit et ante se ~~franget~~ franget.
Eandem semper faciem servabit, placidam,
inconcussam, quod facere non posset si tri-
sticiam reciperet. Adice quod sapiens et
providet et in expedito consilium habet.
Nunquam autem liquidum sincerumque ex tur-
bido venit. Tristicia inhabilis
est ad dispiciendas res, utilia excogi-
tanda, periculosa vitanda, equa estimanda.
Ergo non miseretur, quia id sine miseria
animi non fit. Cetera omnia que qui mi-
serentur volo facere libens et altius animo
faciet. Succurret alienis lacrimis, non
accedet. Dabit manum naufrago

porrigit hospitium egenti stipem. non hanc contumeliosam quam pars maior horum qui se misericordes videri volunt abicit et fastidit quos adiuvat contingique ab hijs timet. sed ut homo homini ex communi dabit. donabit lacrimis maternis filium et cathenas solvi iubebit et ludo eximet. et cadaver etiam noxium sepeliet. sed faciet ista tranquilla mente vultu suo. ergo non miserebitur sapiens sed succurret sed proderit in commune auxilium natus ac publicum bonum. ex quo dabit cuique partem etiam ad calamitosos pro portione improbandos et emendandos bonitatem suam permittet. Afflictis vero et fortius laborantibus multo libentius subveniet. Quotiens poterit fortune intercedet. ubi enim potius utetur aut viribus quam ad restituenda que casus impulit. vultum quidem non deiciet nec animum. Ceterum omnibus dignis proderit et deorum more calamitosos propitius respiciet. Misericordia vicina est miserie. habet enim aliquid trahitque ex ea. Imbecilles oculos esse scias qui ad alienam lippitudinem et ipsi suffunduntur. Tam mehercule morbum esse non hilaritatem semper arridere ridentibus et ad omnium oscitationem ipsum quoque os diducere. Ita vicium est animorum nimis miserie faventium. Quam si quis a sapiente exigit prope est ut lamentationem exigat et alienis funeribus gemitus.

At quare non ignoscet. veniam constituamus. Nunc quoque quid sit venia. et sciamus dari illam a sapiente non debere. Venia est pene debite remissio. hanc sapiens quare non debeat dare reddunt rationem diutius quibus hoc propositum est. Ego ut breviter tamquam in alieno iudicio dicam. ignoscitur qui puniri debuit. Sapiens autem nichil facit quod non debet. pretermittit quod debet. Itaque penam quam exigere debet non donat. sed illud quod ex venia consequi iustum est et tibi via tribuet. parcit enim sapiens et corrigit. idem faciet. quod si ignosceret nec ignoscet quoniam qui ignoscit fatetur aliquid se quod fieri debuit omisisse. Aliquem verbis tantum admonebit pena non afficiet. etatem eius emendabilem intuens. Aliquem in iudicio criminis laborantem iubebit incolumem esse. quia deceptus est quia per vinum lapsus est. hostes dimittet salvos. aliquando etiam laudatos si honestis causis pro fide pro federe. pro libertate in bellum accincti sunt. Hec omnia non venie sed clementie opera sunt. Clementia liberum arbitrium habet. Non sub formula sed ex equo et bono iudicat. et absolvere illi licet et quanti vult taxare litem. Nichil ex hijs facit. tamquam iusto minus fecerit. sed tamquam id quod constituit iustissimum sit. Ignoscere autem est quos iudices puniendos non punire. Venia debite pene remissio est. Clementia hoc primum prestat ut quos dimittit nichil aliud illos pati debuisse pronunciat. plenior est ergo quam venia et honestior. De verbo ut mea fert opinio controversia est. de re quidem convenit. Sapiens multa remittet. multos parum sane sed sanabilis ingenii servabit. Agricolas bonos imitabitur qui non tantum rectas et proceras arbores colunt. Illis quoque quas aliqua depravavit causa adminicula quibus regantur applicant. alias circumcidunt ne proceritatem rami premant. quasdam infirmas vicio loci nutriunt. quibusdam aliena umbra laborantibus celum aperiunt. Videbit quod ingenium qua ratione tractandum sit quo modo in rectum prava flectantur. finis etc.

Explicit liber Senece de Clemencia ad Neronem Cesarem

Incipit liber primus Annei Senece de Beneficiis capitulum primum

Inter multos ac varios errores temere viventium inconsulte quod nichil prope modum vir optime Liberalis dixerim quod beneficia nec dare scimus nec accipere. Sequitur enim ut male collata male debeantur de quibus non redditis sero

quaerimus ista cum perierint cum darentur
Nec mirum est inter plurima maxima
que vicia nullum esse frequencius quam ingrati
animi Id evenire ex causis pluribus
video Prima illa est quod non eligimus
dignos quibus tribuamus Sed nomina
facturi diligenter patrimonium et vitam
debitoris inquirimus Semina in solum
effetum et sterile non spargimus beneficia
sine ullo delectu magis proicimus
quam damus Nec facile dixerim utrum turpius
sit infitiari an repetere beneficium
Id enim genus huius crediti est ex quo
tantum recipiendum sit quantum ultro
refertur Decoquere vero foedissimum
ob hoc ipsum quia non est opus ad
liberandam fidem facultatibus sed animo
Reddit enim beneficium qui debet Sed
cum sit in ipsis crimen qui ne confessione
quidem grati sunt in nobis quoque est
Multos experimur ingratos plures facimus
quia alias graves exprobratores exac-
toresque sumus alias leves et quos
paulo post muneris sui peniteat
alias querulosi et minima momenta
calumpniantes Graciam omnem corrumpimus
non tantum postquam dedimus beneficia sed cum
damus Quis nostrum contentus fuit aut
leviter rogari aut semel Quis non
cum aliquid a se suspicatus est frontem petere
adduxit vultum avertit occupationes
simulavit longis sermonibus et de industria
non invenientibus exitum occasionem pe-
tendi abstulit et variis artibus ne-
cessitates properantes elusit In an-
gusto vero compressus aut distulit id est ti-
mide negavit aut promisit sed
difficulter sed subductis superciliis
malignis et vix exeuntibus verbis
Nemo autem libenter reddere debet
non accepit sed extorsit Gratus adversus
eum esse quisquam non potest qui beneficium
aut superbe abiecit aut iratus in-
pegit aut fatigatus ut molestia
careret dedit Errat si quis sperat
responsurum sibi quem dilatione lassavit
expectatione torsit Eodem animo beneficium debetur

cave ingratitudinem

quo datur et ideo neglegenter non est
dandum Sibi enim quisque debet quod a
nesciente accepit Nec tarde quidem
quia cum in omni officio magni aestimetur dantis
voluntas qui tarde fecit diu noluit
Utique non contumeliose Nam cum ita natura
comparatum sit ut altius iniurie quam merita
descendant et illa cito defluant haec
tenax memoria custodiat quid expectat
qui offendit dum obligat Satis adversus
illum gratus est si quis beneficio
eius ignoscat Non est autem quod tardiores
nos faciat ad bene merendum turba
ingratorum Nam primum ut dixi nos
illam augemus Deinde ne deos quidem
immortales ab hac tam effusa [illegible]
sacrilegi neglegentesque eorum deterre-
bunt Natura sua utuntur quidem illa ipsos
munerum suorum malos interpretes iuvant
Hos sequamur duces quantum humana im-
becillitas patitur Demus beneficia non
feneremur Dignus est decipi qui de
recipiendo cogitat cum daret At male
cessit et liberi et coniuges spem fefel-
lerunt tamen et educamus et ducimus adeo
adversus experimenta pertinaces
sumus ut bella victi et naufragi
maria repetamus Quanto magis permanere
in dandis beneficiis decet Qui si quis
non dat quia non recepit dedit ut re-
ciperet bonamque ingratorum facit causam
quibus turpe est non reddere si licet
Quam multi indigni luce sunt Tamen dies
oritur Quam multi qui nati sunt queruntur
tamen natura sobolem novam gignit ipsos
quoque qui non fuisse mallent esse patitur
Hoc et magni animi et boni proprium est non
fructum beneficiorum sequi sed ipsa et
post malos quoque bonum querere
Quid magnifici erat multis prodesse
si nemo deciperet Nunc est virtus dare
beneficia non utique reditura quorum
a viro egregio statim statim fructus
perceptus est Adeo enim ista res fu-
gare nos et pigriores ad rem pulcherrimam
facere non debet ut si spes mihi praecisa
grati hominis reperiendi malim
non recipere beneficia quam non dare quam

qui non dat nemo nisi antecedit dica-
mus quas sentias Qui beneficium non reddunt
magis peccant quam qui non dant Ceterum
beneficia in vulgus cum largiri insti-
tueris perdenda sunt multa ut semel
ponas bene In petore ipsi utroque re-
prehendas Nam non in vulgus effunden-
da sunt et nullius rei minime bene-
ficiorum honesta largitio est Quibus si
detraxeris iudicium desinunt esse bene-
ficia In aliud quodlibet incidunt
nomen Sequens sensus mirificus est
qui uno bene posito beneficio multorum
amissorum dampna solatur Vide oro te
ne hoc nomine sit sed et magnitudinem
benefacientis operis ut illud Hortensii
ad dandum etiam si nullus hic positus
est Illud enim falsum Et perdenda sunt
multa ullius perit quam qui perdit com-
putaverat Beneficiorum simplex ratio
est tantum erogatur Si reddet aliquid lucrum
est si non reddet dampnum non est Ego
illud dedi ut darem Nemo beneficia
in kalendario scribit nec avarus
exactor ad horam et diem appellat
Nunquam illa vir bonus cogitat nisi admo-
nitus a reddente aliquin in formam
crediti transeunt Turpis feneratio
est beneficium expensum ferre Qua-
liscunque prior eventus est persevera
in aliis conferre Melius apud ingratos
iacebunt quos aut pudor aut occasio
aut imitatio aliquando gratos poterit
efficere Necessarium omnibus tuum porrige
et tales bonum virum perdere Aliud re
aliud fide aliud gratia aliud consilio
aliud preceptis salubribus adiuva
Infirma etiam fere sentiunt Nec ullum
tam immansuetum animal quod non cura
mitiget et in amorem sui vertat Leonum
ora a magistris impune tractantur Ele-
phantorum feritatem usque in servile
obsequium demulcet cibus Adeo etiam
que extra intellectum atque estimationem
beneficii posita sunt Assiduitas
tum vincit pertinacem animum Ingratus
est adversus unum beneficium adversus
alterum non erit Duorum oblitus est
tertium etiam eorum que exciderunt

memoriam reducet Is perdet beneficium qui
cito se perdidisse credit At qui instat
et honerat priora sequentibus etiam ex
duro et immemori pectore gratiam excudit
Non audebit adversus multa oculos at-
tollere Circumdetur se quocumque memoriam suam
fugiens Ibi te videat beneficiis tuis
illum cinge Quorum quemque vis que proprietas
sit dicam si prius illa que ad rem non pertinent
transsilire permiseris Quare tres gratie
et quare sorores sint et quare manibus
implexis et quare ridentes et iuvenes
solutaque ac placida veste Alii quidem
videri volunt unam esse que dat bene-
ficium Alteram que accipiat Tertiam que
reddat Alii beneficiorum tria genera
promerendum sunt accipiendum reddendum
que si utrumlibet horum iudicaverint
Quid ista nos iuvat scientia Quid ille
consertis manibus in se redeuntium chorus
Ob hoc quia ordo beneficii per manus
transeuntis nichilominus ad dantem revertitur
et totius speciem perdit si usquam inter-
ruptus est pulcherrimus si cohesit
et vices servat In eo est aliqua tamen
maioris dignatio sicut promerentium
vultus hylares sunt quales solent
esse qui dant vel accipiunt beneficia
Iuvenes quia non debet beneficiorum memoria
senescere Virgines quia incorrupta sunt
et sincera et omnibus sancta In quibus
nichil esse alligati decet vel astricti
Solutis itaque tunicis utuntur pellucidis
autem quia beneficia conspici volunt Sit
aliquis usque eo grecis emancipatus
ut hec dicat necessaria Nemo tamen erit qui
etiam illud ad rem iudicet pertinere que nomina
illis Hesiodus imposuerit Aglaiam maximam
natu appellavit mediam Eufrosinem
tertiam Thaliam Horum nominum interpretationem
ut cuique visum est deflectit et ad
rationem aliquam conatur perducere cum Hesiodus
puellis suis quod voluit nomen
imposuerit Itaque Homerus uni mu-
tavit Pasitheam appellavit et in
matrimonium produxit ut scias illas
vestales non esse virgines Invenies alium

Poeta aptius quid detrectavit et hyperboles a
pervenerint procedat quod et Mercurium una
stare non quia beneficia ratio commendat vel
oratio sed quia pictori ita visum est. Chrysippus
quoque penes quem subtile illud acumen est et
in imam penetrans veritatem qui rei agende
causa loquitur et verbis non ultra quam ad
intellectum satis est utitur totum librum
suum hiis ineptiis replet ita ut de
ipso beneficio dandi accipiendi red-
dendi quasi ad modum pauca dicat. Nec
hiis fabulas sed hec fabulis inserit.
Nam preter ista que Hecaton scribit tres
Chrysippus Gratias ait Iovis et Eurynomes
filias esse etate autem minores quam
Horas sed meliuscula facie et ideo
Veneri datas comites. Matris
quoque nomen ad rem iudicat pertinere. Euri-
nomen enim dictam quia late patentis matrimonii
sit beneficia dividere. tamquam matri post
filias soleat nomen imponi aut poe-
te vera nomina reddant. Quemadmodum nomencla-
tori memorie loco audacia est et
cuicumque nomen non potest reddere imponit
ita poete non putant ad rem pertinere verum
dicere. sed aut necessitate coacti aut decore
corrupti id quemque vocari iubent quod
belle facit ad versum. Nec illis fraudi est
si aliquid in censum detulerunt. proximus
enim poeta suum illas ferre nomen
iubet. Hoc ut scias ita esse. ecce
Thalia de qua cum maxime agitur
apud Hesiodum Charis est apud Ho-
merum Musa. Sed ne faciam quod
reprehendo. omnia ista que ita extra rem sunt
ut nec circa rem quidem relinquam. Tu
modo nos tuere si quis mihi obiciet
quod Chrysippum in ordinem coegerim magnum
mehercule virum sed tamen Grecum
cuius acumen nimis tenue retunditur
et in se sepe replicatur etiam cum agere
aliquid videtur pungit non perforat. Hic
vero quod acumen est. De beneficiis
dicendum est et ordinanda res que
maxime humanam societatem alligat
danda lex vite ne sub specie benignitatis
inconsulta facilitas placeat. Ne
liberalitatem quam nec deesse oportet

nec superfluere hec ipsa observatio restrin-
gat dum temperat. Docendi sunt li-
benter dare. libenter accipere. libenter reddere
et magnum ipsis certamen proponere. eos
quibus obligati sunt re animo quoque non tantum
equare sed vincere. quia qui referre
gratiam debet numquam consequitur nisi precessit
hii docendi sunt nichil imputare alii
plus debere. Ad hanc honestissimam con-
tentionem beneficiorum beneficia vincendi
sic nos adhortatur Chrysippus ut di-
cat verendum esse ne quia Charites Io-
vis filie sunt parum grate gerere
sacrilegium sit et tam bellis puellis
fiat iniuria. Tu me aliquid eorum doce
per que beneficentior gratiorque adversus
bene merentes fiam per que obligantium
obligatorumque animi certent. et qui
prestiterunt obliviscantur pertinax sit
memoria debentium. Iste vero inepcie
poetis relinquantur quibus aures oblectare
propositum est et dulcem fabulam nectere.
At qui ingenia sanare et fidem in rebus
humanis retinere memoriam officiorum
ingerere animis volunt serio loquantur
et magnis viribus agant. Nisi forte
existimas levi ac fabuloso sermone
et anilibus argumentis prohiberi
posse rem perniciosissimam beneficiorum
novas tabulas. Sed quemadmodum
supervacua transcurram ita exponam ne-
cesse est hoc primum nobis esse
discendum quid accepto beneficio
debeamus. Debere enim se putat alius
pecuniam quam accepit. alius consulatum
alius sacerdotium alius provinciam.
Ista autem sunt meritorum signa non
merita. Non potest beneficium manu
tangi sed animo geritur. Multum interest
inter materiam beneficii et beneficium. Ita-
que nec aurum nec argentum nec quicquam
eorum que a proximis accipiuntur benefi-
cium est. sed ipsa tribuentis voluntas.
Imperiti autem id quod oculis occurrit
et quod traditur possideturque solum
notant. cum contra illud quod in re carum
atque preciosum est. Hec que tenemus q

modi dandi beneficium

assuevimus. et quibus cupiditas nostra haeret
caduca sunt. Id auferre nobis illa
et fortuna et iniuria potest. Beneficium
vero etiam amisso eo per quod datum est du-
rat. est enim recte factum quod irritum
nulla vis efficit. Amicum a piratis
redemi. hunc alius hostis excepit et
in carcere condidit. non beneficium sed
usum beneficii mei sustulit. Ex nau-
fragio alicui raptos vel ex incendio
liberos reddidi. hos vel morbus vel
aliqua fortuita iniuria eripuit. manet
etiam sine illis quod in illis datum est.
Omnia itaque que falsum beneficii nomen
usurpant ministeria sunt per que se
voluntas amica explicat. Hoc in aliis
quoque rebus evenit ut alicubi sit species
rei alicubi ipsa res. Imperator aliquem tor-
quibus murali et civica et donat.
Quid habet per se corona preciosum. Quid
pretexta. Quid fasces. Quid tribunal
et currus. Nichil horum honor est.
sed honoris insigne. Sic non est bene-
ficium id quod sub oculos venit sed
beneficii vestigium et nota. Quid est er-
go beneficium. benivola actio tribuens
gaudium capiensque tribuendo. in id quod
facit prona et sponte sua parata. Itaque
non quid fiat aut quid detur refert
sed qua mente. quia beneficium non in eo
quod fit aut datur consistit. sed in ipso dantis
aut facientis animo. Magnum autem esse
inter ista discrimen vel ex hoc intelligas
licet quod beneficium utique bonum est. Id
autem quod fit aut datur nec bonum
nec malum est. Animus est qui parva
extollit. sordida illustrat. magna et
in precio habita dehonestat. Ipsa que
appetuntur neutram naturam habent nec boni
nec mali. Refert quo illa rector
impellat a quo forma rebus datur.
Non est beneficium ipsum quod numeratur
aut traditur. sicut nec in victimis quidem licet
optime sint auroque prefulgeant deorum
est honor. sed pia ac recta voluntate
venerancium. Itaque boni etiam farre ac
fitilla religiosi sunt. mali rursus
non effugiunt impietatem quamvis aras
sanguine multo cruentaverint. Si benefici-a

in rebus non in ipsa benefaciendi voluntate
consisterent. eo maiora essent quo maiora
sunt que accepimus. Id autem falsum est.
Non numquam enim magis nos obligat
qui dedit parva magnifice. qui re-
gum equavit opes animo. qui exiguum
tribuit sed libenter. qui paupertatis sue
oblitus est dum meam respicit. qui
non voluntatem habuit iuvandi tantum
sed cupiditatem. qui accipere se putat
beneficium cum daret. qui dedit tamquam
non recepturus. recepit tamquam non de-
disset. qui occasionem qua prodesset
occupavit et quesivit. Contra ingrata sunt
ut dixi licet re ac specie magna videantur
que danti aut extorquentur aut excidunt.
Multoque gratius venit quod facili quam quod plena
et difficili manu datur. Exiguum est
quod in me contulit sed amplius non potuit. sed
hic quod dedit magnum est. sed dubitavit. sed
distulit. sed cum daret gemuit. sed superbe dedit
sed circumtulit et placere non ei cui prestabat
voluit. Ambitioni dedit non mihi. Socrati
cum multa pro suis quisque facultatibus
offerret. Eschines pauper auditor
Nichil inquit dignum te quod dare possim
invenio et hoc uno modo pauperem esse
me sentio. Itaque dono tibi quod unum
habeo scilicet me ipsum. Hoc munus rogo
qualecumque est boni consulas cogitesque
alios cum multa tibi darent plus
sibi reliquisse. Cui Socrates. Quid-
ni tu inquit magnum mihi munus dederis
nisi forte te parvo estimas. Habeo
itaque cure ut te meliorem tibi red-
dam quam accepi. Vicit Eschines hoc
munere Alcibiadis parem divitiis
animum et omnem iuvenum opulentorum
munificentiam. Vides quomodo animus in-
veniat liberalitatis materiam etiam in
angustiis. Videtur mihi dixisse. Nichil
egisti fortuna quod me pauperem esse
voluisti. Expediam nichilominus dignum
huic viro munus. et quia de tuo non
possum de meo dabo. Neque est quod existimes
illum vilem sibi fuisse. sed pretium se sui
fecit. Ingeniosus adolescens invenit
quemadmodum Socratem sibi daret. non
quanta queque sit. sed a quali prospiciendum

callidus non difficile auditu plurimum con-
modica cupientibus [illegible] nec
re se adiuvantis verbis fuerint. At peior
opinio si lingua asper multum contumax
eum militia fortuna sua explicuit.
¶ Colunt eum detestanturque ut felicem et si
potuerint eadem facturi odere facere.
¶ Coniugibus alienis nec clam quidem
sed aperte ludibrio habitis suas aliis
permisere. ¶ Rusticus, inhumanus ac mali
moris et inter matronas abhominande
conditionis est si quis coniugem suam
in sella prostare vetuit et vulgo ad-
missis inspectoribus trahi perspicuam
undique. ¶ Si quis nulla se amica fecit
insignem nec alienae uxori annuum
praestat, hunc matronae humilem et sordide
libidinis et ancillariolum vocant. ¶ Inde
certissimum sponsaliorum genus est
adulterium. Et in consensu vidui cae-
libatus, quia nemo uxorem duxit nisi qui
abduxit. Iam rapta spargere, sparsa
acri avaritia ¶ recolligere cer-
tant, nihil pensi habere, paupertatem alienam
contemptui, suum quod ullum aliud vereri
malum, pacem iniuriis perturbare, ¶ imbe-
cilliores vi ac metu premere. ¶ Iam pro-
vincias spoliari et nummarium tribunal
audita utrimque licitatione alteri addi-
ci non mirum, quoniam quae emeris vendere
gentium ius est. ¶ Sed longius nos impetus
evehit provocante materia. ¶ Itaque sic fi-
niamus ut non in nostro saeculo culpa subsidat.
Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos
querimur, hoc posteri nostri querentur, ¶ eversos
mores, regnare nequitiam, in deterius
res humanas et honestas labi. At ista
eodem stant loco stabuntque paululum
dumtaxat ultra aut citra mota, ut
fluctus quos aestus accedens longius
extulit, recedens interiore litorum
vestigio tenuit. ¶ Nunc in adulteria
magis quam in alia peccabitur. ¶ Abrumpetque
frenos pudicitia. ¶ Nunc conviviorum vi-
gebit furor et foedissimum patrimoniorum
exitium culina. ¶ Nunc cultus corporum
nimius et formae cura prae se ferens
animi deformitatem. ¶ Nunc in petulantiam et
audaciam erumpet male dispensata libertas.
¶ Nunc in crudelitatem privatam ac publicam
ibit bellorumque civilium insaniam qua omne
sanctum ac sacrum profanatur. Habebitur
aliquando ebrietati honor et plurimum meri
cepisse virtus erit. ¶ Non expectant uno
loco vitia, sed mobilia et inter se dissi-
dentia tumultuantur, pellunt invicem
fugantque. ¶ Ceterum idem semper de nobis
pronuntiare debebimus malos esse
nos, malos fuisse, invitus adiciam,
et futuros esse. ¶ Erunt homicidae, tyranni,
fures, adulteri, raptores, sacrilegi,
proditores. ¶ Infra omnia ista ingratus est,
nisi quod omnia ista ab ingrato sunt, sine
quo vix ullum magnum facinus accrevit.
Hoc tu cave tamquam maximum crimen
ne admittas. ¶ Ignosce tamquam levissimo
si admissum est. Hoc est enim iniuriae summa:
beneficium perdidisti. ¶ Salvum est enim tibi ex illo
quod est optimum: dedisti. Quemadmodum
autem curandum est ut in eos potissimum beneficia
conferamus qui grate responsuri erunt,
¶ ita quaedam etiam si male de illis spe-
rabitur faciemus tribuemusque, non solum
si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus
fuisse. Tamquam si filios alicui restituere
potero magno periculo liberatos sine
ullo meo, non dubitabo. Dignum etiam
impendio sanguinis mei tuebor et in
partem discriminis veniam. ¶ Indignum si eri-
pere latronibus potero clamore sublato,
salutarem vocem homini non pigebit
emittere. ¶ Sequitur ut dicamus quae bene-
ficia danda sint et quemadmodum. Primum
demus necessaria, deinde utilia, deinde io-
cunda, utique mansura. ¶ Incipiendum est
autem a necessariis. Aliter enim ad animum pervenit
quod vitam continet, aliter quod exornat
aut instruit. Potest in eo aliquis fasti-
diosus esse aestimator quo facile
cariturus est, de quo dicere licet:
recipe, non desidero, meo contentus sum.
¶ Interim non reddere tantum libet quod accepit

¶ Que beneficia danda sint

sed ab his que necessaria sunt secundum obtinent locum sine quibus non possumus vivere quedam sine quibus non debemus quedam etiam sine quibus nolumus. Prima huius note sunt hostium manibus eripi et tyrannice ire et proscriptionibus et aliis periculis que varia et incerta humanam vitam obsident. Quicquid horum discusserimus quo maius aut terribilius erit hoc maiorem inibimus gratiam. Subit enim cogitatio quantis sit liberatus malis et lenocinium est muneris antecedens metus. Nec tamen ideo debemus tardius quemquam servare quam possumus ut muneri nostro timor imponat pondus. Proxima ab his sunt sine quibus possumus quidem vivere sed ut mors potior sit tamquam libertas et pudicitia et mens bona. Post hec habebimus coniunctione ac sanguine usuque et consuetudine longa cara ut liberos coniuges penates cetera que usque eo animus sibi applicuit ut ab illis quam a vita divelli gravius existimet. Subsequuntur utilia quorum varia et lata materia est. Hic erit pecunia non superfluens sed ad sanum modum habendi parata. Hic erit honor et processus ad altiora tendentium. Nec enim utilius quicquam est quam sibi utilem fieri. Iam cetera ex habundanti veniunt delicatos factura. In his sequimur ut opportunitate grata sint ut non vulgaria et que aut pauci habuerint aut pauci intra hanc etatem aut hoc modo que etiam si natura preciosa non sunt tempore aut loco fiant. Videamus quid oblatum maxime voluptati futurum sit quid frequenter occursurum habenti ut totiens nobiscum quotiens cum illo sit. Utique cavebimus ne munera supervacua mittamus ut femine aut seni arma venatoria aut rustico libros aut studiis ac litteris dedito retia. Eque ex contrario circumspiciemus ne dum grata mittere volumus suum cuique morbum exprobratura mittamus sicut ebrioso vina et valitudinario medicamenta. Maledictum enim incipit esse non munus quod

vitium accipientis agnoscit. Si arbitrium dandi penes nos est precipue mansura queremus ut quam minime mortale munus sit. Pauci enim sunt tam grati ut quid acceperint etiam si non vident cogitent. Ingratos quoque memoria cum ipso munere incurrit ubi ante oculos est et oblivisci sui non sinit sed auctorem suum ingerit et inculcat. Eo quidem magis duratura queramus quia numquam admonere debemus. Ipsa res evanescentem memoriam excitet. Libentius donabo argentum factum quam signatum libentius statuas quam vestem et quod usus brevis deterat. Apud paucos post rem manet gratia. Plures sunt apud quos non diutius in animo sunt donata quam in usu. Ego si fieri potest consumi munus meum nolo. Extet haereat amico meo convivat. Nemo tam stultus est ut monendus sit ne cui gladiatores aut venationem iam munere edito mittat et vestimenta estiva bruma hiberna solsticio. Sit in beneficio sensus communis tempus locum observet personas quia momentis quedam grata et ingrata sunt. Quanto acceptius est si id damus quod quis non habet quam cuius copia habundat. Quod diu querit nec invenit quam quod ubique visurus est. Munera non tam preciosa quam rara et exquisita sint que etiam apud divitem sui locum faciant sicut gregalia quoque poma et post paucos dies itura in fastidium delectant si provenere maturius. Illa quoque non erunt sine honore que aut nemo illis alius dedit aut nos nulli alii.

Alexandro Macedoni cum victor orientis animos supra humana tolleret Corinthii per legatos gratulati sunt et civitate illum sua donaverunt. Cum risisset Alexander hoc officii genus unus ex legatis nulli inquit civitatem umquam dedimus alii quam tibi et Herculi. Libens accepit delatum honorem et legatos et convivio aliaque humanitate prosecutus cogitavit non qui sibi civitatem darent sed cui dedissent. Et homo glorie deditus cuius nec naturam nec modum

noverat. Herculis liberique vestigia sequens ac ne ibi quidem resistens ubi illa defecerant ad socium honoris sui respexit a dantibus tamquam celum quod mente vanissima complectebatur tenderet et quia Herculi equabatur. Quid enim illi simile habebat vesanus adolescens cui pro virtute erat felix temeritas? Hercules nichil sibi vicit. Orbem terrarum transivit non concupiscendo sed iudicando quid vinceret, malorum hostis, bonorum vindex, terrarum marisque pacator. At hic a pueritia latro gentiumque vastator tam hostium pernicies quam amicorum, qui summum bonum duceret terrori esse cunctis mortalibus, oblitus non ferocissima tantum sed ignavissima quoque animalia timeri ob virus malum.

Ad propositum nunc revertamur. Beneficium quod quibuslibet datur nulli gratum est. Nemo se stabularii aut cauponis hospitem iudicat nec convivam dantis epulum ubi dici potest: Quid enim in me contulit? Nempe hoc quod et in illum vix notum sibi et in illum etiam inimicum ac turpissimum hominem. Numquid enim me dignum iudicavit? Morbo suo morem gessit. Quod voles gratum esse rarum effice. Quis patitur sibi imputari? Nemo hec ita interpretetur tamquam reducam liberalitatem et frenis artioribus reprimam. Illa vero in quantum libet exeat, sed eat, non erret. Licet ita largiri ut unusquisque etiam si cum multis accepit populo se esse non putet. Nemo non habeat familiaritatis aliquam notam per quam speret se propius admissum. Dicat: Accepi idem quod ille sed ultro. Accepi quod ille sed ego intra breve tempus cum ille diu meruisset. Sunt qui idem habeant sed non eisdem verbis datum, non eadem comitate tribuentis. Ille accepit cum rogasset, ego cum non rogassem. Ille accepit sed facile redditurus, sed cuius senectus et libera orbitas magna promittebat; michi plus dedit quamvis idem dederit quia sine spe recipiendi dedit. Quemadmodum meretrix ita inter multos se dividet ut nemo non aliquod signum familiaris animi ferat, ita qui beneficia sua amabilia vult esse excogitet quomodo et multi obligentur et tamen singuli habeant aliquid quo se ceteris preferant.

Ego vero beneficiis non obicio moras; quo plura maioraque fuerint, plus afferent laudis. Adsit iudicium; neque enim cordi esse cuiquam possunt forte ac temere data. Quare si quis existimat nos cum ista precipimus benignitatis fines introrsus referre et illi minus laxum limitem aperire, ne perperam monitiones nostras exaudiat. Quam enim virtutem magis veneramur, cui magis stimulos addimus? Quibusve tam convenit hec adhortatio quam nobis societatem generis humani sancientibus? Quid ergo est? Cum sit nulla honesta vis animi etiam si a recta voluntate incepit nisi quam virtutem modus fecit, veto liberalitatem nepotari. Tunc iuvat accepisse beneficium et supinis quidem manibus, ubi illud ratio ad dignos perducit, non quolibet casus et consilii indigens impetus defert, quod ostentare libet et inscribere sibi. Beneficia tu vocas quorum auctorem fateri pudet? At illa quanto gratiora sunt quantoque in partem interiorem animi numquam exitura descendunt, cum delectant cogitantem magis a quo quam quid acceperis. Crispus Passienus solebat dicere quorundam se iudicium malle quam beneficium et quorundam beneficium malle quam iudicium, et subiciebat exempla: Malo aiebat divi Augusti iudicium, malo Claudii beneficium. Ego vero nullius puto expetendum beneficium cuius vile iudicium est. Quid ergo? Non erat accipiendum a Claudio quod dabat? Erat, sed sicut a fortuna quam scires posse statim malam fieri. Quare ista inter se mixta dividimus? Non est beneficium cui deest pars optima, datum esse iudicio; alioquin pecunia ingens si non ratione nec recta voluntate donata est non magis beneficium est quam thesaurus. Multa sunt autem que oportet accipere nec debere. Explicit liber primus de beneficiis. Incipit secundus liber

Inspiciamus liberalis virorum optime id quod ex priore parte adhuc superest quemadmodum dandum sit beneficium cuius rei expeditissima videor monstraturus compendia. Sic demus quomodo vellemus accipere ante omnia libenter cito sine ulla dubitatione. Ingratum est beneficium quod diu inter dantis manus haesit quod quis aegre dimittere visus est et sic dare tamquam sibi eriperet. Etiam si quid morae intervenit evitemus omni modo ne deliberasse videamur. Proximus est a negante qui dubitavit nullamque iniit gratiam. Nam cum in beneficio iocundissima sit tribuentis voluntas qui nolentem se tribuisse ipsa cunctatione testatus est non dedit sed adversus ducentem male retinuit. Multi autem sunt quos liberales facit frontis infirmitas.

Gratissima sunt beneficia parata facilia occurrentia ubi nulla mora fuit nisi in accipientis verecundia. Optimum est antecedere desiderium cuiusque proximum sequi. Illud melius occupare antequam rogetur. Et cum homini probo ad rogandum os concidat et suffundatur rubor qui hoc tormentum remittit multiplicat munus suum. Non tulit gratis qui cum rogasset accepit. Quandoquidem ut maioribus nostris gravissimis viris visum est nulla res carius constat quam quae precibus empta est. Vota homines parcius facerent si palam facienda essent. Adeo etiam deos quibus honestissime supplicamus tacite malumus et intra nosmet ipsos precari. Molestum verbum est et onerosum demisso vultu dicendum rogo. Facienda gratia est amico et cuicumque quem amicum sis promerendo facturus. Properet licet sero beneficium dedit qui roganti dedit. Ideo divinanda cuiusque voluntas et cum intellecta est necessitate gravissima rogandi liberanda est. Illud beneficium iocundum victurumque in animo scias quod obviam venit. Si non contigit praevenire plura rogantis verba intercidamus ne rogati videamur sed certiores facti statim promittamus facturosque nos etiam antequam interpellemur ipsa festinatione approbemus.

Quemadmodum in aegris opportunitas cibi salutaris est et aqua tempestive data remedii locum obtinuit. Ita quamvis leve et vulgare beneficium sit si praesto fuit si proximam quamque horam non perdidit multum sibi adicit gratiamque pretiosi sed lenti et diu cogitati muneris vincit. Qui tam parate facit non est dubium quin libenter faciat. Itaque laetus facit et induit sibi animi sui vultum. Ingentia quorundam beneficia silentium aut loquendi tarditas imitata gravitatem et tristitiam corrupit cum promitterent vultu negantium. Quanto melius adicere bona verba rebus bonis et praedicatione humana benignaque commendare quae praestes ut ille se castiget qui tardior in rogando fuit. Adicias licet familiarem querelam. Irascor tibi quod cum aliquid desiderasses non olim scire me voluisti quod tam diligenter rogasti quod quemquam adhibuisti. Ego vero gratulor mihi quod experiri animum meum libuit. Postea quicquid desiderabis tuo iure exiges. Semel rusticitati tuae ignoscitur. Sic efficies ut animum tuum pluris aestimet quam illud quicquid est ad quod petendum venerat. Tunc est summa virtus tribuentis tunc benignitas ubi ille qui discessit dicet sibi magnum lucrum hodie feci. Malo quod illum talem inveni quam si multiplicatum hoc ad me de quo loquar alia via provenisset. Huic animo numquam parem referam gratiam.

At plerique sunt qui beneficia asperitate verborum et supercilio in odium adducunt eo sermone usi ea superbia ut impetrasse paeniteat. Aliae deinde post rem promissam secuntur morae. Nihil autem est acerbius quam ubi quoque quod impetrasti rogandum est. Repraesentanda sunt beneficia quae a quibusdam accipere difficilius est quam impetrare. Hic rogandus est ut admoneat ille ut consummet. Sic unum munus per multorum teritur manus ex quo gratiae minimum apud promittentem remanet quia auctori detrahit quisquis post illum rogandus est. Hoc itaque curae habebis si grate aestimari quae praestabis voles ut beneficia tua illibata

Promissa cito adimpleta

ut integra ad eos quibus promissa sunt perveniant sine ulla quod aiunt deductione. Nemo illa intercipiat, nemo detineat, nemo in eo quod daturus est gratiam suam facere potest ut non tuam minuat. Nichil eque amarum quam diu pendere; equiore quidem animo ferunt precidi spem suam quam protrahi. Plerisque autem hoc vitium est ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba, quales regie potentie ministri sunt, quos delectat potentie sue longum spectaculum, minusque se iudicant posse nisi diu singulis quantum possint ostenderint. Nichil confestim, nichil semel faciunt; iniurie illorum precipites, lenta beneficia sunt. Unde verissimum puta quod ille comicus dixit: Quid tu? non intelligis tantum te gratie demere quantum more adicis? Inde ille voces quas ingenuus dolor exprimit: fac si quid facis, et nichil est tanti; malo michi iam neges. In tedium adductus animus incipit beneficium odisse, dum expectat; potest ob id gratus esse? Quemadmodum acerbissima crudelitas est que trahit penam, et misericordie genus est cito occidere, quia tormentum ultimum finem sui secum affert, quod antecedit tempus maxima venturi supplicii pars est, ita maior est muneris gratia quo minus diu pependit. Est enim bonarum rerum sollicita expectatio, et cum plura beneficia remedium alicuius rei afferant, ut qui aut diutius torqueri patitur quem protinus potest liberare, aut tardius gaudere beneficio suo manus affert. Omnis benignitas properat, et proprium est libenter facientis cito facere. Qui tarde et diem de die extrahens profuit non ex animo fecit. Et duas res maximas perdidit, et tempus et argumentum amice voluntatis. Tarde velle nolentis est. In omni negotio, Liberalis, non minima portio est quomodo quidque aut dicatur aut fiat. Multum celeritas fecit, multum abstulit mora. Sicut in telis eadem ferri vis est, sed infinitum interest utrum excusso lacerto torqueantur an

remissa manu fluant. Gladius idem et stringit et transforat; quam presso articulo venerit refert. Idem est quod datur, sed interest quomodo detur. Quam dulce, quam pretiosum est si gratias sibi agi non est passus qui dedit, si se dedisse dum dat oblitus est. Nam corripere eum cui cum maxime aliquid prestes dementia est et inserere contumeliam meritis. Itaque non sunt exasperanda beneficia nec quicquam illis triste miscendum. Etiam si quid erit de quo velis admonere, aliud tempus eligito. Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro aspere datum panem lapidosum vocabat, quem esurienti accipere necessarium sit, esse acerbum. Tiberius Cesar rogatus a Nepote Mario pretorio ut eris alieni succurreret, edere sibi illum nomina creditorum iussit. Hoc non est donare, sed creditores convocare. Cum edita essent, scripsit Nepoti iussisse se pecuniam solvi, adiecta contumeliosa admonitione. Effecit ut Nepos nec es alienum haberet nec beneficium; liberavit illum a creditoribus, sibi non obligavit. Aliquid Tiberius secutus est. Puto, noluit plures esse qui idem rogaturi concurrerent. Ista fortasse efficax ratio fuit ad hominum improbas cupiditates pudore reprimendas. Beneficium vero danti tota alia sequenda est via. Omni genere quod des quo sit acceptius adornandum est. Hoc vero non est beneficium dare, deprehendere est. Et ut in transitu de hac quoque parte dicam quid sentiam, nec principi quidem satis decorum est donare ignominie causa. Tamen, inquit, effugere Tiberius non potuit quod vitabat; nam aliquot postea qui idem rogarent inventi sunt, quos omnes iussit reddere in senatu eris alieni causas, et ita illis certas summas dedit. Non est illud liberalitas, censura est; auxilium est, principale tributum est. Beneficium non est cuius sine rubore meminisse non possum. Ad iudicem missus sum; ut impetrarem, causam dixi.

omnes auctores sapientie. quedam beneficia
palam danda. quedam secreto. palam danda
sunt que consequi gloriosum ut militaria
dona ut honores. et quicquid aliud no-
titia pulcrius sit. Rursus que non
nec honestate faciunt. sed succurrunt
infirmitati egestati ignominie ta-
cite danda sunt. ut nota sint solis
quibus prosunt. Interdum etiam ille qui
iuvatur fallendus est. ut habeat
nec a quo acceperit sciat. Archesilaus
aiunt amico pauperi et paupertatem
suam dissimulanti egro autem et ne hoc
quidem confitenti deesse sibi in sumptum
ad necessarios usus. cum clam succurrendum
iudicasset. pulvino eius ignorantis
sacculum subiecit. ut homo inutiliter vere-
cundus quod desiderabat inveniret
potius quam acciperet. Quid ergo. ille nesciet
a quo acceperit. primum nesciat si
ipsum beneficii pars est. Deinde multa
alia faciam multa tribuam per que intelligat
et illius auctorem. Denique ille nesciat
accepisse se. ego sciam me dedisse. parum
est inquis. parum si fenerare cogitas
sed si dare quo genere accipienti maxime
futurum erit. contentus eris te teste.
Alioquin non beneficere delectat. sed
videri benefecisse. volo utique sciat
debitorem queris. volo utique sciat quid
si illi utilius nescire. si honestius
si gratius non in aliam aliqua parte
abibis. Volo sciat. Ita tu hominem
non servabis in tenebris. Non nego quotiens
patitur respiciendum gaudium ex accipientis
voluntate. Si adiuvare illum oportet
et pudet si quod prestamus offendit
nisi absconditur beneficium in acta non
mitto. Quidni illi ego sum indicaturus
me dedisse cum inter prima precepta ac
maxime necessaria sit ne umquam exprobrem
immo ne admoneam quidem. Hec enim
beneficii inter duos lex est. Alter obli-
visci statim debet dati. Alter accepti
numquam. lacerat animum et premit frequens
meritorum commemoratio. libet exclamare
quod ille triumvirali proscriptione servatus
a quodam cesaris amico exclamavit cum superbiam
eius ferre non posset. Redde me cesari.
quousque dices. ego te servavi. ego e-
ripui morti. Istud si meo arbitrio
memini vita est. Si tuo mors est. Nichil
tibi debeo si me servasti ut haberes
quem ostenderes. Quousque me circumducis
quousque oblivisci fortune mee non
sinis. Semel in triumpho ductus essem
non est dicendum quid tribuerimus
qui admonet repetit. non est instandum
non est memoria renovanda. nisi ut
aliud dando prioris admoneas. Ne aliis
quidem narrare debemus. qui dedit
beneficium taceat. narret qui accepit.
Dicetur enim quod illi ubique iactanti
beneficium suum. Non negabis inquit
te recepisse. et cum respondisset quando
Sepe quidem inquit et multis locis. id est quotiens
et ubique narrasti. Quid opus est eloqui.
Quid alienum occupare officium est. qui
istud facere honestius possit. quo narrante
et hoc laudabitur quod ipse non narras. Ingratum
me iudicas si istud te tacente
nemo sciturus est. Quod adeo non est
committendum ut etiam si quis coram nobis
narrabit respondendum sit. Dignissimus
quidem ille est maioribus beneficiis. sed
et ego magis velle me scio omnia illi
prestare quam adhuc prestitisse. et hec ipsa non
verniliter. nec ea figura qua quidam
reiciunt que magis ad se volunt at-
trahere. Deinde adicienda omnis humanitas.
Perdet agricola quod sparsit si labores
suos destituit in semine. Multa cura
sata perducuntur ad segetem. Nichil in fructum
pervenit quod non a primo usque ad
extremum equalis cultura prosequitur.
Eadem beneficiorum condicio est. Numquid ulla
maiora possunt esse quam que in liberos
patres conferunt. Hec tamen irrita sunt
si in infantia deseruntur. nisi longa pie-
tas munus suum nutrit. Eadem ceterorum
beneficiorum condicio est. nisi illa adiu-
veris perdis. parum est dedisse. fovenda
sunt. Si gratos vis habere quos obligas
non tantum des oportet beneficia sed ames.
Precipue ut dixi parcamus auribus

Numeris tedium facit exprobratio eorum. Nichil eque in beneficio vitandum est quam superbia. Quid opus arrogantia vultus, quid tumore verborum? Ipsa res te extollit. Detrahenda est inanis iactatio; res loquentur nobis tacentibus. Non tantum ingratum sed invisum est beneficium superbe datum. G. Cesar dedit vitam Pompeio Penno, si dat qui non aufert. Deinde absoluto et agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem. Qui excusant et negant id insolentie causa factum, aiunt socculum auratum, immo aureum, margaritis distinctum ostendere eum voluisse. Ita prorsus. Quid hic contumeliosum est si vir consularis aurum et margaritas osculatus est, et alioquin nullam partem corporis electurus quam purius oscularetur? Homo natus in hoc ut mores libere civitatis Persica servitute mutaret, parum iudicavit si senator senex summis usus honoribus in conspectu principum supplex sibi eo more iacuisset quo hostes victi hostibus iacuere; invenit aliquid infra genua quo libertatem detruderet. Non hoc est rem publicam calcare, et quidem, licet aliquis non putet ad rem pertinere, sinistro pede? Parum enim fede furioseque insolens fuerat qui de capite consularis viri soccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset imperator epigrammatis sui. O superbia, magne fortune stultissimum malum, ut a te nichil accipere iuvat, ut omne beneficium in iniuriam vertis, ut te omnia dedecent. Quo altius te sublevasti, hoc depressior es, ostendisque tibi non agnoscere ista bona quibus tantum inflaris. Quicquid das corrumpis. Libet itaque interrogare quid se tanto opere resupinet, quid vultum habitumque oris pervertat ut malit habere personam quam faciem. Iocunda sunt que humana fronte, certe leni placidaque tribuuntur, que cum daret michi superior, non exultavit supra me, sed quam potuit benignissimus fuit descenditque in equum

Gay. Cesar

et detraxit muneri suo pompam, si observavit idoneum tempus ut in occasione potius quam in necessitate succurreret. Uno modo istis persuadebimus ne beneficia sua insolentia perdant, si ostenderimus non ideo videri maiora quod tumultuosius data sunt, ne ipsos quidem ob id cuiquam posse maiores videri; vanam esse superbie magnitudinem et que odium etiam amanda perducat. Sunt quedam nocitura impetrantibus que non dare sed negare beneficium est. Estimabimus itaque utilitatem potius quam voluntatem petentium. Sepe enim noxia concupiscimus, nec dispicere quam perniciosa sint licet, quia iudicium interpellat affectus. Sed cum subsedit cupiditas, cum impetus ille flagrantis animi qui consilia fugat cecidit, detestamur perniciosos malorum munerum auctores. Ut frigidam egris negamus et lugentibus ac sibi iratis ferrum, ut amantibus quicquid contra se usurus ardor petit, sic omnia que nocitura sunt impense ac submisse, non numquam etiam miserabiliter precantibus, non dare. Cum initia beneficiorum spectare tum etiam exitus decet et ea dare que non tantum accipere sed etiam accepisse delectet. Multi sunt qui dicant: Scio hoc illi non profuturum, sed quid faciam? Rogat; resistere precibus eius non possum. Videbit; de se non de me queretur. Falsum est, immo de te et merito quidem; cum ad mentem bonam redierit, cum accessio illa que animum inflammabat remiserit, quidni eum oderit a quo in damnum et periculum suum adiutus est? Exorari in perniciem rogantium seva bonitas est. Quemadmodum pulcherrimum opus est etiam invitos nolentesque servare, ita rogantibus pestifera largiri blandum et affabile odium est. Beneficium demus quod in usu magis ac magis placeat, quod numquam in malum vertatur. Pecuniam non dabo quam numeraturum adultere sciam, ne in societate turpis facti

aut consilii convincar si potero revocabo
Si minus non adiuvabo scelus. Sive
illum ira quo non debeat impellet sive
ambitionis calor abducet a tutis
In nullum malum vires a semetipso
patiar nec possit comitta ut possit
quandoque ille amando me occidit. Saepe
nihil interest inter amicorum munera
et hostium vota. Quidquid illi accidere
optant in id horum intempestiva indul-
gentia impellit atque instruit. Et quid
autem turpius est quam quod evenit fre-
quentissime ut nihil intersit inter
odium et beneficium. Numquam in turpi-
tudinem nostram reditura tribuamus. Cum
summa amicitiae sit amicum sibi aequare
utrique simul consulendum est. Dabo egenti
sed ut ipse non egeam. Succurram perituro
sed ut ipse non peream nisi si futurus
ero magni hominis aut magnae rei mer-
ces. Nullum beneficium dabo quod turpiter
peterem. Nec exiguum dilatabo nec
nec magna pro parvis accipi patiar
Nam qui quod dat imputat gratiam
destruit. Ita qui quantum det ostendit
ostendit munus suum quemadmodum non
exprobrat. Respicienda sunt cuique
facultates suae viresque ne aut
plus praestemus quam possimus aut minus
Aestimanda est eius persona cui damus
Quaedam minora sunt quam ut exire
a magnis viris debeant. Quaedam
accipiente maiora sunt. Utriusque itaque
personam confer et ipsum inter illas quod
quod donabis examina. Numquid aut danti
sit grave aut parum. Numquid id quod
qui accepturus est aut fastidiat
aut non capiat. Urbem cuidam Alexander
dabat vesanus et qui nihil animo nisi
grande conciperet. Cum ille cui donabatur
se ipse mensus tanti muneris invidiam
refugisset dicens non convenire fortunae
suae. Non quaero inquit quid te accipere
deceat sed quid me dare. Animosa vox
videtur et regia cum sit stultissima
Nihil enim per se quemquam decet. Refert
quid cui quando quare ubi et cetera

sine quibus facti ratio non constabit
Tumidissimum animal si illum acciperet
hoc non deceret nec te dare. Habetur
personarum ac dignitatum portio. Et cum
sit ubique virtutis modus aeque peccat
quod excedit quam quod deficit. Liceat
istud sane tibi et te in tantum fortuna sub-
tulerit ut congiaria tua urbes sint
quanto melioris animi fuit non capere
sed spargere. Esse tu ab insolentissimo quam in summis
cuius condenda est civitas. Ab Anti- *Cinici Antigoni*
gono rege Cinicus petiit talentum
Respondit rex plus esse quam quod Cinicus *denarium*
petere deberet. Repulsus petiit denarium
Respondit rex minus esse quam quod regem
deceret dare. Turpissima huiusmodi ca-
villatio est. Invenit rex quomodo neutrum
daret. In denario regem in talento
Cinicum respexit cum posset et denarium
tamquam Cinico dare et talentum tamquam rex
ut si aliquid maius quam quod Cinicus
accipiat nihil tam exiguum est
quod non honeste regis humanitas tribuat
Si me interrogas probo. Est enim in-
tollerabilis res poscere nummos et
contempnere. Indixisti pecuniae odium
hoc professus es hanc personam induisti
agenda est. Iniquissimum est sub gloria
egestatis acquirere. Aspicienda ergo non
minus sua cuique persona est quam eius de quo
iuvando quis cogitat. Volo Crisippi
nostri uti similitudine de pile lusu quam *de Crisippo*
cadere non est dubium aut mittentis
vitio aut excipientis. Tum cursum suum
servat ubi inter manus apte ab utroque
et iactata et excepta versatur. Necesse
est autem lusor bonus aliter illam col-
lusori longo aliter brevi mittat. Eadem
beneficii ratio est nisi utrique personae
dantis et accipientis aptatur nec ab hoc
exibit ut debet nec ad illum perveniet
ut debet. Si cum exercitato et docto
negotium est audacius pilam mittemus
ut tamen cum venerit manus illam
expedita et agilis repercutiet. Si cum
tirone et indocto non tam rigide nec
tam excusse sed languidius et in ipsius
dirigentes manum remisse occurremus

Cum das videto

Hoc faciendum est in beneficiis quosdam do-
cebimus et satis iudicabimus si audeant sed
audeunt. si voluerint. efficimus autem plerosque
ingratos et ut sint favemus. tamquam
ita demum magna sint beneficia nostra
si gratia illis referri non potuit. ut ma-
lignis lusoribus propositum est collu-
sorem traducere. cum sibi liceat
cum eos se nisi consentiat contendi.
Multi sunt tamen nature ut malint
sordide que prestiterint quam videri recepisse
superbi et imputatores. Quanto melius
quanto que humanius id agere ut illis quoque
partes sue constent etiam favere ut gratia
sibi referri possit benigne omnia interpretari
gratias agentem non aliter quam si referat
audire prebere se facilem ad hoc ut quem
obligavit etiam exsolvi velit. Male
audire solet fenerator si acerbe ex-
igit eque si in recipiendo tardus ac
difficilis moras querat. Beneficium
tam recipiendum est quam non exigendum. Optimus
ille qui dedit facile numquam exegit
reddi vero gavisus est bona fide quod
prestitisset oblitus qui accipientis animo
recepit. Quidam non tantum dant beneficia
superbe sed etiam accipiunt quod non est
committendum. Iam enim transeamus ad alteram
partem tractaturi quomodo se homines gerere
in accipiendis beneficiis debeant. Quodcumque
ex duobus constat officium tantundem
ab utroque exigit. Qualis pater esse debeat
cum inspexeris scies non minus operis
illic superesse ut despicias qualem esse
oporteat filium. Sunt aliquae partes
mariti sed non minores uxoris. Invicem
est ista quantum exigunt prestant et pa-
rem desiderant regulam que ut ait
Hecaton difficilis est. Omne enim honestum
in arduo est etiam quod vicinum est
honesto. Non enim tantum fieri sed de ratione
fieri. Hac duce per totam vitam eundum
est minima maxima que ex huius consilio
gerenda. quomodo hec suaserit dandum
hec ad primum hoc censebit ne ab
omnibus accipiendum. A quibus ergo accipiemus
ut breviter tibi respondeam ab hiis quibus
dedisse vellem. Ita etiam maiore de-
lectu querendus est cui debeas quam cui
prestemus. Nam ut non sequantur ulla incom-
moda. sequuntur autem plurima. grave
tamen tormentum est debere cui nolis
contra iocundissimum ab eo accepisse
beneficium quem amare etiam post iniuriam
possis. ubi amicitiam que iam iocunda
erat fecit et iustam. Illud vero homini
verecundo et probo miserrimum est si
eum amare oportet quem non iuvat.
Totiens admoneam necesse est non loqui
de sapientibus nunc quibus quicquid oportet
et iuvat. qui animum in potestate habent
et legem sibi quam volunt dicunt quam
dixerunt servant. Sed de imperfectis hominibus
honesta vero sequi volentibus quorum
affectus sepe contumaciter parent. Itaque
eligendus est a quo beneficium acci-
piam et quidem diligentius querendus
beneficii quam pecunie creditor. Huic
enim reddendum est quantum accepi et
si reddidi solutus sum ac liber. At
illi plus solvendum est et nihilominus
etiam relata gratia coheremus. Debeo
enim cum reddidi rursus incipere.
monetque amicitia non recipere indig-
num. Sic ne de beneficiis quidem sacratissimum
ius quoque amicitia oritur. Non semper
michi licet dicere nolo. Aliquando
beneficium accipiendum est et ab invito.
Dat tyrannus crudelis et iracundus
qui munus suum fastidire te iniuriam
iudicaturus est. Non accipiam? eodem
loco latronem pone. piratam. Regem
animum latronis ac pirate habentem.
Quid faciam. parum dignus est cui
debeam. Cum eligendum dico cui de-
beas vim maiorem et metum excipio
quibus adhibitis electio perit. Si li-
berum est tibi si arbitrii tui utrum
velis an non id apud te ipse perpendes
si necessitas tollit arbitrium scies
te non accipere sed parere. Nemo in id ac-
cipiendo obligatur quod illi repudiare non
licuit. Si vis scire an velim effice
ut possim nolle. Vitam tamen tibi dedit

Non refert cuius sit quod datur. Si a nolente
nolenti datur. Si suasisti mihi ut id susci-
perem venenum aliquando remedia sunt non
idcirco numerantur inter salubria. Quedam prosunt
nec obligant. Tiberius quidam tyranni gla-
dio diuisit qui ad occidendum eum vene-
rat. Non ideo tyrannus gratias egit quod
rem quam medicorum manus reformida-
uit nocendo sanauit. Vides non esse
magnum in ipsa re momentum quoniam non vi-
detur dedisse beneficium quia malo animo
profuit. Casus enim beneficium est hominis in-
iuria. Leonem in amphitheatro spectauimus
qui unum ex bestiariis agnitum cum
quondam eius fuisset magister protexit ab im-
petu bestiarum. Non ergo beneficium est fere
auxilium. Minime quia nec voluit fa-
cere nec faciendi animo fecit. Quo loco
feram posui tyrannum pone. et hic vitam
dedit et illa. Nec hic nec illa. Nec hic
nec illa beneficium. quia non est beneficium
accipere cogi. non est beneficium debere cui no-
lis. Ante des oportet mihi arbitrium mei
deinde beneficium. Disputari de M. Bruto
solet. an debuerit accipere a diuo Iulio
vitam cum eum occidendum iudicaret. Qua
racionem in occidendo secutus sit alias
tractabimus. michi enim cum vir magnus
fuerit in aliis in hoc videtur vehementer er-
rasse nec institucione stoica se egisse
quia aut regis nomen extimuit cum
optimus status ciuitatis sub rege iu-
sto sit. aut ibi sperauit libertatem
futuram ubi tam magnum premium erat et
imperandi et seruiendi. Aut extimauit
ciuitatem in priorem formam posse reuo-
cari amissis pristinis moribus. futuramque
ibi equalitatem ciuilis iuris et staturas
loco suo leges. ubi viderat tot mi-
lia hominum pugnantia. Non enim an seruiret sed
vtri. Quanta non illum aut rerum natura aut ur-
bis sue tenuit obliuio qui uno inter-
empto defuturum credidit alium qui
idem vellet cum Tarquinius esset inuentus post
tot reges ferro ac fulminibus occi-
sos. Sed vitam accipere debuit. ob hoc
tamen non illum parentis loco. quia iniuria
dandi beneficium in iniuriam venerat. Non ei
seruauit is qui non interfecit. nec beneficium
dedit sed missionem. Illud magis venit
in disputacionem. quid aliquando faciendum sit
captiuo cui redempcionis precium homo
prostituti corporis et infamis ore promittit.
Patiar me ab impuro seruari? Seruatus
deinde quam illi gratiam referam? viuam
cum obsceno? Non viuam cum redemptore?
Quid ergo placeat dicam. Et ab aliquo

accipiam pecuniam quam pro capite dependam.
Accipiam tamquam creditum. non tamquam
beneficium. Soluam illi pecuniam et si occa-
sio fuerit seruandi periclitantem seruabo.
In amiciciam que similes iungit descendam.
nec seruatoris loco illum numerabo sed fenera-
toris cui sciam reddendum quod accepi.
Est aliquis dignus a quo beneficium acci-
piam sed dandi nocitura est. Ideo non acci-
piam quia ille paratus est in meum incommodum
aut in periculo suo prodesse. defensurus est me
reum sed illo patrocinio regem sibi facturus
est inimicum. Inimicus sum si cum ille peri-
clitari velit. ego facilius est non facio
ut sine illo periclitarer. Ineptum et friuolum
hoc Hecaton ponit exemplum Arcesilai
quem a filio ait familie allatam pecuniam
non accepisse ne ille patrem sordidum offen-
deret. Quid fecit laude dignum quod fur-
tum non accepit. quod maluit non accipere
quam reddere. Quem est et alienam rem non
accipere moderacionis. Si exemplo magni
animi opus est utamur Grecini Iulii viri
egregii quem C. Caesar occidit ob hoc unum
quod melior vir erat quam esse quemquam tyran-
no expedit. Is cum ab amicis conferen-
tibus ad impensam ludorum pecunias acci-
peret magnam pecuniam a Fabio Persico
missam non accepit. et obiurgantibus
his qui non extimabant mittentes sed
missa quod repudiasset. Ego inquit ab
eo beneficium accipiam a quo propinandum accep-
turus non sum. Cum illi Rebilius consularis
homo eiusdem infamie maiorem summam
misisset instaretque ut accipi iuberet.
Rogo inquit ignoscas. Et a Persico non
accepi. Utrum hoc munera accipere est an
senatum legere. Cum accipiendum iudicaui-
mus hilares accipiamus profitentes gaudium
et id danti manifestum sit ut fructum presentem
capiat. Iusta enim causa leticie est letum ami-
cum videre. iustior fecisse. Quam grate ad
nos peruenisse indicemus effusis affecti-
bus. quod non ipso tantum audiente sed ubique
testemur. Qui grate beneficium accipit primam
eius pensionem soluit. Sunt quidam
qui nolunt nisi secreto accipere. teste
beneficii et conscio uitato. Quos scias licet
male cogitare. Quomodo danti in tantum
producenda notitia est muneris in
quantum delectatura est cui datur. Ita acci-
pienti adhibenda concio est. Quod pudet
debere ne acceperis. Quidam furtiue
agunt gratias et in angulo et ad aurem.
Non est ista verecundia sed infitiandi genus. In-
gratus est qui remotis arbitris agit gratias.
Quidam nolunt (vel volunt) nomina secum fieri nec interpo-
ni parários (vel parios) nec signatores ad nomina
dare. Idem faciunt qui dant operam
ut beneficium in ipsos collatum quam ignotissimum

sunt vetere palam ferre, ut sua potius virtute quam alieno adiutorio consecuti videantur. Rariores in eorum officiis sunt quibus vitam ac dignitatem debent. Et dum opinionem clientum timent graviorem subeunt ingratorum. Alii pessime loquuntur de optime meritis. Tutius est quosdam offendere quam demeruisse. Argumentum enim nihil debentium odio quaerunt. At qui nihil magis praestandum est quam ut memoria nobis meritorum haereat, quae subinde refricanda est, quia nec referre potest gratiam nisi qui meminit, et qui meminit iam refert. Nec delicate accipiendum est nec summisse et humiliter. Nam qui negligens est in accipiendo, tunc omne beneficium recens placet, quid faciet cum prima eius voluptas refrixit? Alius accipit fastidiose tamquam qui indicat: non quidem mihi opus est, sed quia tam valde vis faciam tibi mei potestatem. Alius supine, ut dubium praestanti relinquat an senserit. Alius vix labra diduxit et ingratior quam si tacuisset fuit. Loquendum est pro magnitudine rei impensius et illa adiciendum: plures quam putas obligasti. Nemo enim non gaudet beneficium suum latius patere. Nescis quid mihi praestiteris, sed scire te oportet quanto plus sit quam existimas. Statim gratus est qui se oneravit. Numquam tibi gratiam referre potero. Illud certe non desinam ubique confiteri, me referre non posse. Nullo magis Caesarem Augustum et ad alia impetranda facilem sibi reddidit Furnius quam quod, cum patri Antonianas partes secuto veniam impetrasset, dixit: Hanc unam, Caesar, habeo iniuriam tuam: effecisti ut viverem et morerer ingratus. Quid est tam grati animi quam nullo modo sibi satisfacere, quam ne ad spem quidem exaequandi umquam beneficii accedere? His atque huiusmodi vocibus id agamus ut voluntas nostra non lateat, sed aperiatur et luceat. Verba cessent licet: si quemadmodum debemus affecti sumus, conscientia eminebit in vultu. Qui gratus futurus est statim dum accipit de reddendo cogitet. Chrysippus quidem inquit illum velut in stadium certamine compositum et carceribus inclusum opperiri tempus suum ad quod velut dato signo prosiliat. Et quidem magna illi celeritate opus est, magna contentione ut consequatur antecedentem. Videamus nunc quid maxime faciat ingratos: aut nimius sui suspectus et insitum mortalibus vitium se suaque mirandi, aut aviditas aut invidia. Incipiamus a primo. Nemo non benignus est sui iudex; inde est ut omnia meruisse se existimet et in solutum accipiat, nec satis suo pretio se aestimatum putet. Hoc mihi dedit,

Exemplum Furnii

vel mirabilibus

sed quam sero, sed post quot labores! Quanto consequi plura potuisse si illum aut illum aut me colere maluissem! Non hoc speraveram; in turbam coniectus sum; tam exiguo dignum me iudicavit? Honestius praeteriri fuit. Gneus Lentulus augur, divitiarum maximum exemplum antequam illum libertini pauperem facerent, hic qui quater milies sestertium suum vidit (proprie dixi; nihil enim amplius quam vidit), ingenii fuit sterilis tam quam pusilli animi. Cum esset avarissimus, nummos citius emittebat quam verba; tanta illi inopia erat sermonis. Hic cum omnia incrementa sua divo Augusto deberet, ad quem attulerat paupertatem sub onere nobilitatis laborantem, princeps iam civitatis et pecunia et gratia, subinde de Augusto solebat queri dicens a studiis se abductum: nihil tantum in se congestum esse quantum perdidisset relicta eloquentia. At illi inter alia hoc quoque divus Augustus praestiterat, quod illum derisu et labore irrito liberaverat. Non patitur aviditas quemquam esse gratum; numquam enim improbae spei quod datur satis est. Eo maiora cupimus quo maiora venerunt, multoque concitatior est avaritia in magnarum opum congestu collocata, ut flammae infinito acrior vis est quo ex maiore incendio emicuit. Aeque ambitio non patitur quemquam in ea mensura honorum conquiescere quae quondam eius fuit impudens votum. Nemo agit de tribunatu gratias, sed queritur quod non est ad praeturam usque perductus; nec haec grata est, si deest consulatus; ne hic quidem satiat, si unus est. Ultra se cupiditas porrigit et felicitatem suam non intelligit, quia non unde venerit respicit, sed quo tendat. Omnibus his vehementius et importunius malum est invidia, quae nos inquietat dum comparat. Hoc mihi praestitit, sed illi plus, sed illi maturius. Et deinde nullius causam agit, contra omnes sibi favet. Quanto simplicius, quanto prudentius beneficium acceptum augere, scire neminem tanti ab alio quanti a se ipso aestimari! Plus accipere debui, sed illi facile non fuit plus dare; in multos dividenda liberalitas erat. Hoc initium est; boni consulamus et animum eius grate excipiendo evocemus; parum fecit, sed saepius faciet. Illum mihi praetulit, et me multis. Ille mihi non est par virtutibus nec officiis, sed habuit suam venerem. Querendo non efficias ut maioribus dignus sis, sed ut datis

Lentulus augur

vel libertini

de invidia

indignus plus illis hominibus pretiosissimis
data sunt. Eodem ad rem qua vos fortuna
indicat. Eiusmodi queruntur malos esse
felices. Saepe quia agellos pessimum tempestas
transierat optimorum vicinorum segetem quondam
percussit. fert sortem suam quisque ut ceteri
debes ita in animantibus. Nullum tam plenum
beneficium quod non vellicare malignitas possit.
Nullum tam angustum quod non bonus interpres
extendat. Numquam deerunt causae querendi
si beneficia a deteriore parte spectaveris.
Vide quam iniqui sint divinorum munerum aestima
tores et quidam professi sapientiam. queruntur
quod non magnitudine corporum aequemus ele
phantos velocitate cervos levitate aves
impetu tauros quod solida sit cutis
beluis. decentior damis. densior ursis.
mollior fibris. quod sagacitate narium
canes vincant. quod acie luminum aquilae
spatio aetatis corvi. multa sunt animalia
nandi felicitate. Et cum quaedam ne coire quidem
in idem natura patiatur ut velocitatem corporum
et vires ex diversis ac dissidentibus bonis
hominem non esse compositum iniuriam vo
cant et negligentes nostri deos. quod non bo
na valitudo et vitiis inexpugnabilis
data sit. quod non futuri scientia mens sibi tem
perant qui convicium in providentiam provehant
ut naturam oderint quod infra deos sumus
quod non in aequo illis stetimus. Quanto satius
est ad contemplationem tot tantorumque bene
ficiorum reverti et agere gratias quod nos in hoc
pulcherrimo domicilio voluerunt secunda
sortiri. quod terrenis praefecerunt. Aliquis
cum alia comparat nobis quorum potestas apud nos
est. Quicquid nobis negatum est dari non po
tuit. Proinde quisquis es iniquus aestimator
sortis humanae cogita quanta nobis tribuerit
parens noster. quanto valentiora alia sub
iugum miserimus. quanto velociora consequimur
quam nihil sit mortale non subiectum nostro
positum. Tot virtutes accepimus. tot
artes. animum denique cui nihil non eodem
quo intendit momento pervium est. side
ribus velociorem. quorum post multa saecula
futuros cursus antecedit. Tantum deinde
frugum. tantum opum. tantum rerum aliarum
super alias acervatarum. Circumeas licet
cuncta et quia nihil toto invenies quod esse
te malles. ex omnibus singula excerpas
quae tibi dari velles bene aestimata naturae
indulgentia confitearis necesse est in deliciis
te illi fuisse. Ita est. Carissimos nos ha
buerunt dii immortales habentque et qui maximus
tribui honos potuit ab ipsis proximos col
locaverunt. Magna accepimus maiora non
cepimus. Haec mi Liberalis necessaria cre
didi et quia loquendum aliquid de maximis be
neficiis erat. et cum de minimis loquerem

: quam parens dedit dona

et quia inde manat et incepta haec de
testabilis nimis audacia. Cui enim re
debit gratiae. quis umquam aestimabit magis
aliquid reddendum. qui summa beneficia sper
nit. Cui salutem. cui spiritum debebit
qui vitam accepisse se a diis negat
quam cotidie ab illis petit. Quisquis ergo
gratos esse docet et hominum causam agit et
deorum quibus nullius rei indigentibus
potest ex desiderio referri nihilominus
gratia possumus. Non est quod quisquam excusa
tionem mentis ingratae ab infirmitate atque ino
pia petat et dicat. Quid enim faciam et
quomodo et quando superioribus dominisque rerum omnium
gratiam referam. Referre facile est si ava
rus es sine impendio. si iners sine opera. Eodem quidem
momento quo obligatus es si vis cum
quolibet paria fecisti. quoniam qui libenter beneficium
accepit reddidit. Hoc ex paradoxis
stoicae sectae minime mirabile ut mea
fert opinio aut incredibile est. eum qui
libenter beneficium accipit reddidisse. Nam
cum omnia ad animum referamus fecit quisque
quantum voluit. et cum pietas fides iustitia
omnis denique virtus intra se perfecta sit etiam
si illi exserere manum non licuit. gratus
quoque homo esse potest voluntate. Quotiens quod
proposuit quisque consequitur capit operis sui
fructum. Qui beneficium dat quid proponit.
Prodesse ei cui dat et voluptati
sibi esse. Si quod voluit effecit pervenitque
ad me animus eius ac mutuo gaudio
adfecit. Tulit quod petiit. Non enim sibi
in vicem aliquid reddi voluit. aut non
fuit beneficium sed negotiatio. Bene navi
gavit qui quem destinavit portum tenuit.
Teli iactus certae manus peregit officium
si petita percussit. Beneficium qui dat
vult excipi grate. habet quod voluit si bene
acceptum est. Sed speravit emolumenti aliquid.
non fuit hoc beneficium cuius proprium est nihil
de reditu cogitare. Quod accipiebam
eo animo accepi quo dabatur. reddidi. Alio
quin pessima optimae rei condicio est ut gratus
sim ad fortunam mittor. Si illius iniquitate
Quid ergo non quicquid potuero et faciam
et reddam. et tempore rerum occasionem sequar
et implere eius sinum cupiam a quo accepi.
Sed malo loco beneficium est nisi et
ex excussis manibus esse gratus potest. Qui
accepit inquit beneficium licet illud beni
gnissimo animo acceperit nondum consummavit
officium suum. Restat enim pars sui reddendi
sicut in lusu est aliquid pilam scite ac dili
genter excipere. sed non dicitur bonus lusor
nisi qui apte et expedite remisit
quam acceperat. Exemplum hoc dissimile est. quare.
quia huius rei laus in corporis motu est et in agilitate

omnis virtus perfecta

si iniquitate respondere non possum sufficit animus

non in animo. Explicavi itaque totum hoc de quo
agitur iudicavero. Hic sum id non bonum liquore
dicta. qui pila ut oportebat excepit
si post moram quod minus remiserit n
fuit. Et quibus inquit arti indocti minus
decepit quia pte fecit quidem. sed pte qua
non fecit potuit facere. Ludus ipse imperfectus
est qui non consumatur mitibus mittendi ac re
mittendi. Nolo diutius hoc referre exempli
mens ita ee. deest aliquid lusui non
lusori. Sic et in hoc de quo disputamus
debetur aliquid rei date cui pars alia
debetur non animo. Animi autem parte sibi
negatur est. Et quod in illo est. qd voluit
efficit. Beneficium mihi dedit. Accepi non
aliter quam ipse accipi voluit. Iam habet qd
petiit et quod unum petiit. Ergo gratus sum.
Post hoc usus mei restat et aliquid ex
homine grato commodum. hec non imperfecti offi
cii pars est. sed perfecti accessio. Fecit Phidi
as statuam. Alius est fructus artis. alius
artificis. Artis est fecisse qd voluit.
Artificis fecisse cum fructu. Perfecit opus
suum Phidias etiam si non vendidit. Triplex
illi fructus operis sui unus conscientie. hunc
absoluto opere percepit. Alter fame. tercius
utilitatis qua allatura est aut gratia aut ven
ditio aut aliqua commoditas. Sic benefi
cii fructus primus ille est conscientie. hunc percepit
qui quo voluit munus suum pervenit. Secundus
est et fame et tercius eorum que possunt invicem prestari.
Itaque cum benigne acceptum est beneficium
qui dedit gratiam quidem iam recepit mer
cedem nondum. Debeo itaque quod extra benefi
cium est. Ipsum quidem bene accipiendo persolvi.
Quid ergo inquit retulit gratiam qui nichil
fecit. Primum fecit bona animo. bonum ob
tulit et quod est amicicie ex equo. Post
deinde aliter beneficium aliter creditum solvi
tur. est quod expectes ut solucionem tibi osten
dam. Res inter animos geritur. quod non videbitur
necesse. Quibus primo quamvis repugnet
tua. Si te commendamus in hec
cogitacionibus plures esse res quam verba invenies
copia est rerum sine nomine. quas non propriis
appellacionibus notamus sed alienis commodatis
Pedem et nostrum dicimus et lecti et veli
et carminis dicimus et venaticum et mar
inum et predas. Quare non sufficimus ut singulis
singula assignemus quotiens opus est mutua
mur. Sic fortitudo est pars picta iusta contem
nens aut scientia periculorum repellendorum exci
piendorum provocandorum. dicimus tamen et gla
diatores fortes viros et servum nequam quem
in contemptum mortis temeritas impulit.
Parsimonia est scientia vitandi sumptus super
vacuos aut ars re familiari modice utendi
utendi. Parcissimum tamen hominem vocamus
pusilli animi et contracti. Cum infinitum intersit
inter modum et angustias. Hec alia sunt natura

Sed efficit inopia sermonis ut hunc
et illum parcum vocemus ut et ille fortis
dicatur cum racione fortuita despiciens et
hic sine racione in pericula discurrens. Sic
beneficium est et actio ut diximus benefica
et ipsum quod datur per illam actionem ut pecunia
domus pretexta. unum utrique nomen
est. vis quidem ac potestas longe alia.
Itaque attendite iam intelliges nichil
me quod opinio tua refugiat dicere.
Illi beneficio quod actio perficit relata gratia
est si illud benivole excipimus. Illud
autem quod re continetur nondum reddidimus
et volumus reddere voluntati voluntati
satisfecimus rei rem debemus. Itaque quamvis
retulisse illum gratiam dicamus
qui beneficium libenter accepit iubemus tamen
et quod eius quod accepit reddere aliquid simile.
Quedam que dicimus abhorrent a consuetudine
alia via ad consuetudinem redeunt. Ne
gamus iniuriam accipere sapientem. tamen
illum qui pugno percussit iniurie
damnamus. Negamus stulti aliquid esse
et tamen eum qui rem aliquam stulto sub
ripuit furti condempnabimus. Insanire
omnes dicimus. non tamen omnes curamus
elleboro. his ipsis quos vocamus insanos
et suffragium et iurisdictionem committimus.
Sic dicimus eum qui beneficium bono animo
accepit gratiam retulisse. nichilominus
eum in ere alieno relinquimus gratiam
relaturum etiam cum retulit. Exhortacio
est illa non inficiacio beneficii. Ne expavescamus
ne velut intollerabili sarcina depressi
deficiamus. Mihi bona donata sunt
et fama defensa. detracte sordes re
ddita spiritus et libertas potior spiritu. Et
quo gratiam referre potero. Quando ille ve
niet dies quo illi animum meum ostendam.
Hic ipse est quo ipse suum ostendit. Excipe
beneficium. amplexare. gaude non quam ac
cipias sed quod reddas debiturus semper
prias. sed quod non adhibis iam magne rei periculum
ut casus ingratum facere possit. Nullas
tibi proponam difficultates ne dispondeas
animo. ne laborum ac longe servitutis
expectacione deficias. Non differo te
de presentibus fiat. Nunquam eris gratus
nisi statim es. Quid ergo facies. Non
arma sumenda sunt et fortasse erunt
non maria metienda. fortasse et ventis
minantibus solves. Vis reddere beneficium
benigne accipe. Retulisti gratiam non
ut solvisse te putes. sed ut securior debeas.

Explicit liber ii incipit tercius

Non referre beneficiis et est turpe
et apud omnes habetur Ebucii Li-
beralis. Ideo de ingratis et
ingrati querunt. cum interim

hoc omnibus herere quod omnibus displicet adeo contrarium itur ut quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantum sed etiam propter beneficia. Hic putaverim accidere quibusdam non negaverim. Pluribus quia memoriam tempus interpositum subduxit. Nam que recentia apud illos viguerunt ea interiecto spatio obsolescunt. De quibus fuisse mihi tecum disputationem scio cum tu illos non ingratos vocares sed oblitos tamquam ea res ingratum excuset que facit ut tamen hoc accidit alicui non sit ingratus cum hoc non accidat nisi ingrato. Multa sunt genera ingratorum ut furum homicidarum quorum una culpa est ceterum in partibus varietas magna. Ingratus est qui accepisse beneficium se negat quod accepit. Ingratus est qui dissimulat. Ingratus est qui non reddidit. Ingratissimus omnium qui oblitus est. Illi enim si non solverint tamen debent. Extat apud illos vestigium certe meritorum intra malam conscientiam inclusorum. Aliquando ad referendam gratiam converti ex aliqua causa possunt si illos pudor admonuerit si subita honeste rei cupiditas qualis solet ad tempus etiam in malis pectoribus exurgere si invitaverit facilis occasio. Hic numquam gratus potest apud quem beneficium totum elapsum est. Et utrum tu peiorem vocas apud quem gratia beneficii intercidit an apud quem etiam memoria. Vitiosi oculi sunt qui lucem reformidant ceci qui non videant. Et parentes suos non amare impietas est non agnoscere insania. Quis tam ingratus est quam qui quod in prima parte animi positum esse debuit et semper occurrere ita seposuit et abiecit ut in ignorantiam verteret. Apparet illum non sepe de reddendo cogitasse cui obrepsit oblivio. Denique ad reddendam gratiam et virtute opus est et tempore et felicitate et aspirante fortuna. Qui meminit sine impendio gratus est. Hoc quod non operam exigit non opes non facultatem qui non prestat nullum habet quo lateat patrocinium. Numquam enim voluit gratus esse qui beneficium tam longe proiecit ut extra conspectum suum poneret. Quemadmodum que in usu sunt et manum cotidie tactumque patiuntur numquam periculum situs adeunt. Illa vero que ad oculos non revocantur sed extra conversationem ut supervacua iacuerunt sordes ipso colligunt vetustate. Ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renovat memorie numquam subducitur que nichil perdit nisi ad quod non sepe respexit.

Post hanc causam alie quoque sunt que nobis merita non numquam maxima evellant. Prima omnium ac potentissima omnium est quod novis cupiditatibus occupati non quid habeamus sed quid petamus intendimus. Ad id quod appetit intenti quicquid domi est vile est. Sequitur autem ut ubi quod acceperis leve novorum cupiditas fecit auctor quoque eorum non sit in pretio. Amavimus aliquem et suspeximus et fundatum ab illo statum nostrum professi sumus quamdiu nobis placebat ea que consecuti sumus. Deinde irrumpit animum aliorum admiratio et ad ea impetus factus est uti mortalibus mos est ex magnis maiora cupiendi. Protinus excidit quicquid ante apud nos beneficium vocabatur. Nec ea intuemur que nos aliis preposuere sed ea sola que fortuna precedentium ostendit. Non potest autem quisquam et invidere et gratias agere quia invidere querentis et mesti est gratias agere gaudentis. Deinde quia nemo nostrum novit nisi id tempus quod cum maxime transit ad preterita rari animum torquent. Sic fit ut preceptores eorumque beneficia intercidant quia pueritiam reliquimus. Sic fit ut in adolescentiam nostram collata pereant quia ipsa numquam retractatur. Nemo quod fuit tamquam in preterito sed tamquam in perdito ponit ideoque caduca memoria futuro imminentium. Hoc loco reddendum est Epicuro testimonium qui assidue queritur quod adversus preterita simus ingrati quod quecumque percepimus bona non reducamus nec inter voluptates numeremus cum certior nulla sit voluptas quam que iam eripi non potest. Presentia bona nondum tota in solido sunt. Potest illa casus aliquis incidere. Futura pendent et incerta sunt. Quod preteriit inter tuta sepositum est. Quomodo gratus esse adversus beneficia potest qui omnem vitam suam transilit presentium totus ac futurorum. Memoria gratos facit. Memorie minimum tribuit quisquis spei plurimum. Quemadmodum mi Liberalis quedam res semel percepte herent quedam ut scias non est satis didicisse. Intercidit enim eorum scientia nisi continuetur. Geometriam dico et sublimium cursum et si qua alia propter subtilitatem lubrica sunt. Ita beneficiorum quedam magnitudo non patitur excidere quedam minora sed numero plurima et temporibus diversa effluunt quia ut dixi non subinde illa tractamus nec libenter quid cuique debeamus recognoscimus. Audi voces petentium. Nemo non victuram semper memoriam in animo suo dixit. Nemo

no deditu se et deuotu psessus
z Et si quid aliud tpuluq vm qo
se obpignoraret i uenit po exi
gui tpr et ide illi porta pa qi
fordida et pat liberi cuitat pue
nuit dem eo qo ut ego esso pe
ssimo qsq sit ingratissimus pueit
ut oblimsrat adeo ei ingratus
qui oblitus z ut ingratus sit cui bu
fitiu i mete ueit Hoc at inuisu
magis an impunitu ee debeat
quer an h lex que i scolis exer
cet i ciuitate ponenda sit qua in
grati dat actio que inde equa
omnibus Cuius eni su vrbes que
vrbibus que psunt explet et ma
iores collata a postis exigunt
Nisi maioes maxim si liquimi
ab hostibus tm expetierunt bnficia
magno aio dabat mago pdebat
excepta macedonii gente nō i
ulla data adusus ingratu actio
magnum ee argumentu z deuedas no
fuisse quia aduso maleficiu de
cosesimus z homicidij et ueneficij
parricidij uiolatarum regionum ali
ubi at alibi duisa pena z h ubi
ee aliqua h frequentissima crimen
ubiq puiunt ubiqz ingratus Nec
absolvimus illu h cu difficilius est
incte rei estimatio uni odio dā
nauimus et cu relinquimus ee ad
iudices deos mittimus Rationes
sunt multe ni occurrunt pquas hunc
h i lege cadē no debeat Primu
omis pte optia bnficij pit h actio
sicut ecte pecunie a exq ducto et
locato dat hoc en i illo sperio
sissimum z qd dedimus ut poteriu
qd totu p uisum accipienda ee
Si appellom si admiceri
uero incipit bnficiu no esse h
creditum dem su res honesti
ssima sit reffer gratiam desinit
ee honesta si necessariu no ma
gs laudamt qsq grtu homine
quam eu qui depositu reddidit
aut qd debebat citra iudicem
soluit Ita duas res quibus s
i uita hua nichil pulcrius z cor
rumpimus Gratum homines et bnfi
ciu Quod ei aut i hec magnificu
si bnficiu nō h comodat aut
i illo qui reddidat nō qr uult
h qr necesse z Non gloria res grtu
esse hominem z ingratum fuisse Deinde

nuc qui hunc huic legi oia fora uix
sufficiunt Quis erit qui agat quis
cu qo no agat Omnis sunt excusantes
omnis vel inimica que i alios qumi
dilatat Preterea quicq i cognitione
duit comphendi pōt et no dare infi
nita libertatis iudicium Ideo melior
iudex causa uidet bone si ad iu
dicem Quod si ad arbitrium mittit q
illu formula includit et certos quos
no excedat timos ponit hic eius
libera et nullis astricta uinculis re
ligio et detrahere aliquid pt et adi
cere et sicut sua no prout lex a
iustitia suadet h p ut humanitas
a mie impulit lege Ingrati
actio no erat incite allegatur
h regno libitinis poteram Quid sit
ei si bnficiu no constat Deinde
ei si bnficiu no constat Deinde
optime sit ressert ee benignie id
intpte iudex quid sit ingratus ulla
lex monstrat Sepe et qui reddi
dit qd accepit ingratus z et qui
no reddidit gratus Deque busdam
et impitus iudex dimittit tabella
pt ubi fecisse et no fecisse p ui
ciand z ubi platis cautionibus
controusia tollit ubi inter disputa
ciones ratio dicit ubi no a coniec
tura cognitione capienda z ubi id deque
sola sapia decut i controusia i
cidit no pt ad h sumi iudex
ex ebba electoris quem census i albu
et equestris hereditas misit Itaque
no h pay ydonea res uisa z q
duceret ad iudice h neo homines reci
satus ydoneos iudex inuentus z cum
no admirabilis si extuseris que qui
tiuis fuit difficultatem cuiusque ire di
reco existet donat et quibus magna
petiuerit h amicos h no sensus in
pendum Donat alicui h toto prio
ris cessimus Summa eadem z bnficiu
est ii z Tractum nunc aduer hic ei
petulatum paratus dependit h mi cum
domo protulisset ille dedit eadem sed
amictum suppsit et rogauit et se ob
ligari mecum uito passus z Dedit
estimas loco ac illa qui bnficiu ex
fariti ingratus z et hunc qui accepit
no dedit Ista quedam magna fuit
no similia Bnficiu z donata po
ssessio eius fertilitas laxare possit
annona Bnficiu z nemo i fame
primus Bnficiu z doat regiones

per quas magna et flumina et navigabilia
decurrunt. Beneficium est arentibus siti et mix
tum pro siccitatis fontibus ductibus minare
fonte enim se inter ista comparabit quis
expendens difficultates et summa que non exem
sed unum rei qualitas, eadem sed sunt aliter data
non idem perdidit. Dedit quis in tempore, sed
non libenter, sed dedisse se questus est, sed su
perbius quam solebat aspexit, sed tam tar
de dedit, ut plus prestaturus fuerit, si ci
to negasset. Horum quomodo iudex inibit estima
cionem, cum sermo et dubitatio et vultus
meriti gratiam destruant? Quid quod quedam
beneficia vocantur, que nimis concupiscuntur,
quedam non sunt ex hac vulgari nota,
sed maiora, etsi minus apparent? Bene
ficium vocas dedisse potentis populi
civitatem, in quatuordecim deduxisse et de
fendisse capitis reum; quid utilia sua
sisse? Quid tenuisse ne in scelus rueret? Quid
gladium excussisse morituro? Quid effi
cacibus remediis lugentem et quos deside
rabat volentem sequi ad vite con
silium reduxisse? Quid assedisse egro
cum valitudo eius et salus momentis
constaret, excepisse idonea cibo tem
pora et cadentes venas vino refecisse
et medicum adduxisse morienti? Hec
quis estimabit? Quis dissimilibus benefi
ciis iubebit beneficia pensari? Do
navit tibi domum, sed ego tuam supra te
ruere predixi. Dedit tibi patrimonium,
sed ego naufrago tabulam porrexi. Pugnavit
pro te et vulnera excepit, at ego tibi
vitam silentio dedi. Cum aliter beneficium
detur, aliter reddatur, paria facere difficile
est. Dies preterea beneficio reddendo non
dicitur sicut pecunie credite. Itaque potest
qui nondum reddidit reddere. Dic enim tibi
intra quod tempus deprehendatur ingratus. Ma
xima beneficia probationem non habent. Sepe
intra tacitam duorum latent conscienciam;
an in hoc inducimus, ut non demus bene
ficia sine teste? Quam deinde penam
ingratis constituimus? Unam omnibus, cum di
sparia sint? An inequalem et pro cuiusque
beneficio maiorem aut minorem? Age, in
tra pecuniam versabitur taxatio? Quid quod
quedam vite beneficia sunt et maiora vita?
His que pronunciabitur pena? Minor benefi
cio? Iniqua est. Par et capitalis? Quid in
humanius quam cruentos esse beneficiorum exitus?
Quedam inquit privilegia parentibus data
sunt; quomodo horum extra ordinem habita ratio est,
sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet. Parentum
condicionem sacravimus, quia expediebat
liberos tolli; sollicitandi ad hos labores
erant incertam adituri fortunam. Non pote
rat illis dici, quod beneficia dantibus dici
tur: Cui des, elige; ipse tecum, si deceptus
es, de te querere; dignum adiuva. In
liberis tollendis nichil iudicio tollen
tium licet, tota res voti est. Itaque ut e
quiore animo adirent aleam, danda illis
aliqua potestas fuit. Deinde alia condicio
est parentum, qui beneficia quibus dederunt
dant nichilominus daturique sunt, nec est periculum
ne dedisse illos mentiantur. In ceteris que
ri debet non tantum an receperint, sed an dede
rint; horum in confessione merita sunt. Et quia
utile est iuventuti regi, imposuimus illi
quasi domesticos magistratus, sub quorum cu
stodia detineretur. Deinde omnium parentum
unum erat beneficium, itaque estimari
semel potuit; alia diversa sunt, dissimilia,
infinitis inter se intervallis distantia. Itaque sub
nullam regulam cadere potuerunt, cum equius
esset omnia relinqui quam omnia equari. Quedam
magno dantibus constant, quedam acci
pientibus magna sunt, sed gratuita tribuen
tibus. Quedam amicis data sunt, quedam
ignotis; plus est, quamvis idem detur, si
ei das, quem nosse a beneficio tuo in
cipis. Hic auxilia tribuit, ille orna
menta, ille solacia. Invenies qui nichil
putet esse iocundius, nichil maius quam habere
in quo calamitas acquiescat; invenies
rursus qui dignitati sue quam securitati
consuli malit; et qui plus ei debere
se iudicet, per quem tucior est, quam ei
per quem honestior. Proinde ista maiora
aut minora erunt, prout fuerit iudex ad
illa inclinatus animo. Preterea cre
ditorem mihi ipse eligo, beneficium sepe
accipio ab eo a quo nolo, et aliquando
ignorans obligor. Quid facies? In
gratum vocabis eum, cui beneficium inscio
et si scisset non accepturo impositum est?
Non vocabis eum qui utcumque acceptum
non reddidit? Aliquis mihi dedit beneficium, sed idem
postea fecit iniuriam. Utrum uno munere
ad pacienciam iniuriarum omnium astringor,
an perinde erit ac si gratiam retulerim,
quia beneficium suum ipse insequenti in
iuria rescidit? Quomodo deinde estima
bis, utrum sit plus quod accepit an quo
lesus est? Dies me deficiet omnes
difficultates persequi temptantem. Tar
diores, inquit, ad beneficia danda facimus
non vindicando data nec infitiatores
eorum afficiendo pena. Sed illud quoque e contrario
tibi occurrat, multo tardiores futuros
ad accipienda beneficia, si periculum cause
dicende adituri erunt et in sollicitiore
loco innocentiam habituri. Deinde erimus
ipsi quoque ad danda tardiores. Nemo
enim libenter dat invitis, sed quicumque

ad beneficii [reddendi necessitatem] irritatis et ipsa pulchritudo
rei liberius dabit quicquid debitur. Sed
quod voluit exemit cum gloria eius offi-
cii tui diligentiam tantum. Deinde pauci-
ora erunt beneficia sed veriora. Quid
autem mali est inhiberi beneficiorum temeritatem?
Hoc enim ipsum secuti sunt qui nullam legem
huic constituerunt, ut circumspectius dona-
remus et circumspectius eligeremus eos in quos
merita conferuntur. Etiam atque etiam cui des
considera. Nulla actio erit, nulla repe-
titio. Erras si existimas succursurum tibi
iudicem. Nulla lex te in integrum restituet.
Sola accipientis fides spectanda est. Hoc modo benefi-
cia auctoritatem suam tenent et magnifica sunt.
Polluis illa si materiam litium feceris. Aequi-
ssima vox est et ius gentium prae se ferens:
redde quod debes. Haec turpissima est in bene-
ficio. Redde. Quid reddet? Vitam quam
debet, dignitatem, securitatem, sanitatem? Reddi
maxima quaeque non patiuntur propter magnitudinem[?].
Aut quid? quanti est hoc est quod dicebam
interituram tantae rei dignitatem si bene-
ficium mercem facimus. Non est irritandus
animus ad avaritiam, ad querelas, ad di-
scordiam. Sua sponte in ista fertur. Quantum
possumus resistamus et quaerenti occa-
siones amputemus. Utinam quidem persuadere
possimus ut pecunias pacto creditas
tantum a volentibus acciperet. Utinam nulla stipulatio emptorem venditori
obligaret, nec pacta conventaque impressis
signis custodirentur. Fides potius illa
servaret et aequum colens animus. Sed necessaria
optimis praetulerunt et cogere fidem quam spectare
malunt. Adhibentur ab utraque parte
testes. Ille per tabulas plurium nomina
interpositis parari facit. Ille non est inter-
rogatione contentus nisi reum manu
sua tenuit. O turpem humani generis
et fraudis ac nequitiae publicae confessionem!
Anulis nostris plus quam animis creditur.
In quid isti viri ornati adhibiti sunt?
In quid imprimunt signa? Nempe ne ille
neget accepisse se quod accepit. Hos
incorruptos viros et vindices veritatis
existimas? At his ipsis non aliter statim pe-
cunia committetur. Ita non honestius erat
a quibusdam fidem falli quam ab omnibus
perfidiam timeri? Hoc unum deest avari-
tiae, ut beneficia sine sponsore non demus.
Generosi animi est et magnifici iuvare, prodes-
se. Qui dat beneficia deos imitatur,
qui repetit feneratores. Quid illos
dum vindicamus in turbam sordidissimam
redigimus? Plures inquit ingrati
erunt si nulla adversus ingratum
datur actio. Immo pauciores, quia maiore
dilectu dabuntur beneficia. Deinde non ex-
pedit notum omnibus fieri quam multi ingrati
sunt. Pudorem enim rei tollit
multitudo peccantium et desinet esse
probri loco commune maledictum. Numquid
iam ulla repudio erubescit postquam
illustres quaedam ac nobiles feminae
non consulum numero sed maritorum annos suos computant
et exeunt matrimonii causa, nubunt repu-
dii? Tamdiu istud timebatur quamdiu
rarum erat. Quia nulla sine divortio
acta sunt, quod saepe audiebant facere
didicerunt. Numquid iam ullus adulterii
pudor est, postquam eo ventum est ut nul-
la virum habeat nisi ut adulterum irritet?
Argumentum est deformitatis pudicitia.
Quam invenies tam miseram tam sordidam
ut illi satis sit unum adulterorum par,
nisi singulis divisit horas, et non
sufficit dies omnibus, nisi apud alium
gestata est, apud alium mansit? Infrunita
est et antiqua quae nesciat matrimonium
vocari unum adulterium. Quemadmodum horum
delictorum iam evanuit pudor, postquam
res latius evagata est, ita ingratos
plures efficies et auctoritatem sibi in numero
crescent, si repererint. Quid ergo? Impunitus erit
ingratus? Quid ergo? Impunitus erit impius,
quid malignus, quid avarus, quid impo-
tens, quid crudelis? Impunita tu cre-
dis esse quae invisa sunt, aut ullum sup-
plicium gravius existimas publico odio?
Poena est quod non audet ab ullo beneficium
accipere, quod non audet ulli dare, quod omnium
designatur oculis aut designari se iu-
dicat, quod intellectum optimae rei ac dul-
cissimae amisit. An tu infelicem vo-
cas ~~miserum eum~~ qui caruit acie oculorum,
cuius aures morbus obstruxit, non
vocas miserum eum qui sensum beneficiorum
amisit? Testes ingratorum omnium deos metuit.
Urit illum et angit intercepti beneficii
conscientia. Denique satis haec ipsa poena
magna est, quod rei, ut dicebam, iucundissimae
fructum non percipit. At quem iuvat ac-
cepisse, aequali perpetuaque voluptate
fruitur, et animum eius a quo accepit, non
rem intuens, gaudet. Gratum hominem
semper beneficium delectat, ingratum semel.
Comparari autem potest utriusque vita? Al-
ter tristis est et sollicitus, qualis esse
infitiator aut fraudulentus solet, apud
quem non parentium quidem honor est, non
educatorum, non praeceptorum. Alter laetus,
hilaris, occasionem referendae gratiae ex-
spectans, et ex hoc ipso affectu gaudium
grande percipiens, nec quaerens quomodo de-
coquat, sed quemadmodum plenius uberiusque
respondeat, non solum parentibus et amicis,
sed humilioribus quoque personis. Nam etiam si
a servo suo beneficium accepit, existimat

non a quo sed an accipit. Ceterum quaeritur a quibusdam sicut ab ecatone an et beneficium servus domino possit. Sunt enim qui ita distinguant quaedam beneficia esse, quaedam officia, quaedam ministeria. Beneficium esse quod alienus det (alienus est qui potuit sine reprehensione cessare). Officium esse filii, uxoris, earum personarum quas necessitudo suscitat et ferre opem iubet. Ministerium esse servi quem conditio sua eo loco posuit ut nichil eorum quae praestet imputet superiori. Praeterea servus qui negat dare domino suo beneficium ignarus est iuris humani. Refert enim cuius animi sit qui praestat, non cuius status. Nulli praeclusa virtus est, omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat, ingenuos, libertinos, servos, reges et exules. Non eligit domum nec censum, nudo homine contenta est. Quid enim erat tuti adversus repentina, quid animus magnum promitteret sibi si certam virtutem fortuna mutaret? Si non dat beneficium servus domino, nec regi quisquam suo nec duci suo miles. Quid enim interest quali quis teneatur imperio si summo tenetur? Nam si servo quominus in nomen meriti perveniat necessitas obstat et patiendi ultima timor, idem istud obstabit et ei qui regem habet et ei qui ducem, quoniam sub dispari titulo paria in illos licent. At qui dant regibus suis, dant imperatoribus beneficia, ergo et dominis. Potest servus esse iustus, potest fortis, potest magni animi, ergo et beneficium dare potest, nam et hoc virtutis est. Adeo quidem dominis servi beneficia possunt dare ut ipsos saepe beneficii sui fecerint. Non est dubium quin servus beneficium dare possit cuilibet; quare ergo non et domino suo possit? Quia non potest creditor domini sui fieri si pecuniam sibi dederit. Alioquin dominum suum obligat: peregrinantem sequitur, aegro ministrat, agrum laboriosissimo colit. Omnia tamen ista quae alio praestante beneficia dicuntur, praestante servo ministeria sunt. Beneficium enim id est quod quis dedit cum illi liceret et non dare. Servus autem non habet negandi potestatem; itaque non praestat sed paret, nec id se fecisse iactat quod non facere non potuit. Iam sub ista lege vincam et eo servum perducam ut in multa liber sit. Interim dic mihi, si tibi ostendero aliquem servum pro salute domini sui sine respectu sui dimicantem et confossum vulneribus reliquias tamen sanguinis ab ipsis vitalibus fundentem, et ut ille effugiendi tempus habeat moram sua morte quaerentem, hunc tu negabis beneficium dedisse quia servus est? Si tibi ostendero aliquem ut secreta domini prodat nulla tyranni pollicitatione corruptum, nullis territum minis, nullis cruciatibus victum avertisse quantum potuit suspiciones quaerentis et impendisse

spiritum fidei, hunc tu negabis beneficium domino dedisse quia servus est? Vide ne eo maius sit quo rarius exemplo virtutis in servis, eoque gratius quod cum fere invisum sit imperium et omnis necessitas gravis, commune servitutis odium in aliquo domini caritas vicit. Ita non ideo beneficium non est quia a servo profectum est, sed ideo maius quia deterrere ab illo ne servitus quidem potuit. Errat si quis existimat servitutem in totum hominem descendere. Pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt et ascripta dominis, mens quidem sui iuris, quae adeo libera et vaga est ut ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est teneri queat quominus impetu suo utatur et ingentia agitet et in infinitum comes caelestibus exeat. Corpus itaque est quod domino fortuna tradidit; hoc emit, hoc vendit; interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid venit liberum est. Non enim aut nos omnia iubere possumus aut in omnibus servi parere coguntur. Contra rem publicam imperata non faciant, nulli sceleri manus commodabunt. Quaedam sunt quae nec leges iubent nec vetant facere; in his servus materiam beneficii habet. Quamdiu praestatur quod a servo exigi solet, ministerium est; ubi plus quam quod servo necesse est, beneficium est; ubi in affectum amici transit, desinit vocari ministerium. Est aliquid quod dominus praestare servo debeat, ut cibaria, ut vestiarium; nemo hoc dixit beneficium. At indulsit, liberalius educavit, artes quibus erudiuntur ingenui tradidit: beneficium est. Idem e contrario fit in persona servi. Quicquid est quod servilis officii formulam excedit, quod non ex imperio sed ex voluntate praestatur, beneficium est, si modo tantum est ut hoc vocari alio praestante potuerit. Servus ut placet Crisippo perpetuus mercenarius est. Quemadmodum ille beneficium dat ubi plus praestat quam in quod operas locavit, sic servus ubi benivolentia erga dominum fortunae suae modum transit et altius aliquid ausus quod etiam feliciter natis decori esset et spem domini antecessit, beneficium est intra domum inventum. An aequum tibi videtur quibus si minus debito faciant irascimur, non haberi gratiam si plus solito fecerint? Vis scire quando non sit beneficium? Ubi dici potest: Quid si nollet? Ubi vero id praestitit quod nolle licuit, voluisse laudandum est. Inter se contraria sunt beneficium et iniuria; potest dare beneficium domino si a domino iniuriam accipere. Atqui de iniuriis dominorum in servos qui audiat positus est, qui et saevitiam et libidinem et in praebendis ad victum necessariis avaritiam compescat. Quid ergo? beneficium dominus a servo accipit? Immo homo ab homine. Denique

quod in illius potestate fuit fecit beneficium
quod dedit ne a suo deciperetur in sua
potestate. Demus aliquid fatigatis quae non ser-
bia indigentibus recipimus rogat multa
ad beneficiorum genera reservata et difficilia
et quod quamvis se gratia dedit alius dominos
suo vita dedit morte servavit perituram
hic si partus remedio servavit. Alius
morte domini admirat alius decepit
Ex servorum quorundam dominam servaverunt
Claudius quadrigarius in duodevi-
cesimo annalium tradit cum obsideret
grumentum et ad summam desperationem ve-
ntum esset duos servos ad hostem trans-
fugisse et operae pretium fecisse. Deinde
urbe capta passim discurrente vi-
ctore illos per nota itinera ad domum
in qua servierant praecucurrisse et dominam
suam ante se egisse quaerentibus quaenam
esset dominam quidem crudelissimam ad sup-
plicium ab ipsis duci professos esse. E-
ductam deinde extra muros summa cura
celasse donec hostibus ira consideret.
Deinde ut satiatus miles cito ad ro-
manos mores rediit illos quoque ad
suos redisse et dominam ipsos sibi de-
disse. Manu misit utrumque e vestigio
illa nec indignata est ab his se vitam ac-
cepisse in quos vitae necis potestatem
habuisset. Potuit sibi hoc vel magis gratu-
lari aliter enim servata munus notae et vul-
garis clementiae habuisset sic servata no-
bilis fabula et exemplum duarum urbium
fuit. In tanta confusione captae civitatis
cum sibi quisque consuleret omnes ab illa
praeter transfugas fugerunt et hi
ut ostenderent quo animo facta erat prior
illa transitio a victoribus ad captivam
transfugerunt personam parricidarum feren-
tes quod in illa beneficio maximum fuit
tantis iudicaverunt ne domina occideret-
ur videri dominam occidisse. Non est mihi cre-
de non est servilis animi egregium factum
fama sceleris emisse. Vectenus
Ex servi quondam occidendo servavit
praetor marsorum ducebatur ad romanum
imperatorem. Servus eius gladium militi
ipsi a quo trahebatur eduxit et primum occi-
dit dominum. Deinde tempus est inquit me
et mihi consulere. Iam dominum manu misi
atque ita se uno ictu transiecit. Da
mihi quemquam qui magnificentius dominum
servaverit. Corfinium caesar obsidebat
tenebatur inclusus domitius. Imperavit medi-
co eidemque servo suo ut sibi venenum
Ex servi quondam innoxio medicato servavit
daret. Cum tergiversantem videret quid
cunctaris inquit tamquam in tua potestate to-
tum istud sit mortem rogo armatus. Tunc
ille promisit et medicamentum inno-
xium bibendum illi dedit quo cum so-
pitus esset accessit ad filium eius Iube
inquit me adservari dum ex eventu
dum

intellegis an venenum patri tuo dederim.
Vixit dominus et servatus ad caesare
prior tamen illum servus servaverat. Bello
civili proscriptum dominum servus abscondit et
cum anulos eius sibi aptasset ac
veste induisset speculatoribus occurrit
nichil quod se deprecari quo minus impera-
ta peragerent dixit et deinde cervicem
porrexit. Quanti viri est pro domino eo tempore
mori velle quo erat fides dominum mori
nolle in publica crudelitate mitem in-
veniri in publica perfidia fidelem cum prima
hic libidini deditus est, aut, si nondum deditus, ita formatus, ut in hoc illum mores sui ferant. Itaque, ut ad propositum revertar, nemo non ingratus est, qui malus; habet enim omnia nequitiae semina; tamen proprie ingratus appellatur, qui ad hoc vitium vergit. Huic ergo beneficium non dabo. Quomodo male filiae suae consulet, qui illam contumelioso et saepe repudiato collocavit, malus pater familiae habebitur, qui negotiorum gestorum damnato patrimonii sui curam mandaverit, dementissime testabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorum spoliatorem, sic pessime beneficia dare dicetur, quicumque ingratos eligit, in quos peritura conferat. Di quoque, inquit, multa ingratis tribuunt. Sed illa bonis paraverunt; contingunt autem etiam malis, quia separari non possunt. Satius est autem prodesse etiam malis propter bonos quam bonis deesse propter malos. Itaque, quae refers, diem, solem, hiemis aestatisque cursus et media veris autumnique temperamenta, imbres et fontium haustus, ventorum statos flatus pro universis invenerunt; excerpere singulos non potuerunt. Rex honores dignis dat, congiarium et indignis; frumentum publicum tam fur quam periurus et adulter accipiunt et sine dilectu morum quisquis incisus est; quidquid aliud est, quod tamquam civi, non tamquam bono datur, ex aequo boni et mali ferunt. Deus quoque quaedam munera universo humano generi dedit, a quibus excludit neminem. Nec enim poterat fieri, ut ventus bonis viris secundus esset, contrarius malis, commune autem bonum erat patere commercium maris et regnum humani generis relaxari; nec poterat lex casuris imbribus dici, ne in malorum improborumque rura defluerent. Quaedam in medio ponuntur. Tam bonis quam malis conduntur urbes; monumenta ingeniorum et ad indignos perventura publicavit editio; medicina etiam sceleratis opem monstrat; compositiones remediorum salutarium nemo suppressit, ne sanarentur indigni. In hiis exige censuram et personae aestimationem, quae separatim tamquam digno dantur, non in hiis, quae promiscue turbam admittunt. Multum enim refert, utrum aliquem non excludas an eligas. Ius et furi dicitur; pace et homicidae fruuntur; sua repetunt etiam, qui aliena rapuerunt; percussores et domi ferrum exercentes murus ab hoste defendit; legum praesidio, qui plurimum in illas peccaverunt, proteguntur. Quaedam non poterant ceteris contingere, nisi universis darentur.

Nam et illa eque de istis disputes ad que publice in civitatem simus. Illud quod iudicio meo ad aliquem pervenire debebit, ei quem nequam sciam non dabo, quo minus et ipsum quod deliberatum dabo nequam. nec aquam haurire permittes ut viam ex tramite monstrabis nequam. Aut hec quidem facies sed nihil donabis. Distinguam istud et certe temptabo distinguere. Beneficium est opera utilis sed non omnis opera utilis beneficium est. Quedam enim tam exigua sunt ut beneficii nomen non occupent. Due res coire debent que beneficium efficiant. Primum rei magnitudo. Quedam enim sunt infra huius nominis mensuram. Quis beneficium dixit quadram panis aut stipem eris abiecti aut ignis accendendi factam potestatem. et interdum ista plus prosunt quam maxima. Sed tamen vilitas sua detrahit etiam ubi temporis necessitate facta sunt necessaria. Deinde hoc quod potissimum est oportet accedat ut eius causa faciam ad quem volebam pervenire beneficium dignumque eum iudicem et libens id tribuam percipiens ex munere meo gaudium. Quorum nichil est in istis de quibus loquebamur. Non enim tamquam dignis illa tribuimus sed negligenter tamquam parva et non homini damus sed humanitati. Aliquando me daturum etiam indignis quedam non negaverim in honorem aliorum, sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis novis pretulit non sine ratione. Sacra est enim magnarum virtutum memoria et esse plures bonos iuvat si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronis filium imperatorem quae res ad consulatum recepit, et hostium castris, quae Sextum Pompeium aliosque Pompeios nisi unius viri magnitudo tanta quondam ut satis alte omnes suos etiam ruina eius attolleret. Quid nuper Fabium Persicum cuius osculum etiam impudici devitabant sacerdotem non in uno collegio fecit nisi Verrucosi et Allobrogici et illi trecenti qui hostium incursioni pro re publica unam domum obiecerant. Hoc debemus virtutibus non ut presentes solum illas sed etiam ablatas e conspectu colamus. Quomodo ille id egerunt ut non in unam etatem prodessent sed beneficia sua etiam post ipsas relinquerent, ita nos non una etate grati simus. Hic magnos viros genuit, dignus est beneficiis qualiscumque est, dignos dedit. Hic egregiis maioribus ortus est, qualiscumque est sub umbra suorum lateat. Ut loca sordida repercussu solis illustrantur, ita inertes maiorum suorum luce resplendeant. Excusare hoc loco mirabiles deos volo. Interdum enim solet dici: quid sibi voluit providentia que Arrhideum

regno imposuit. Illi putas hoc datum, patri eius datum est et fratri. Quare Gaium Cesarem orbi terrarum prefecit hominem humani sanguinis avidissimum, quem non aliter fluere in conspectu suo iubebat quam si ore excepturus esset. Quid ergo tu hoc illi datum existimas. Patri eius Germanico datum, avo proavoque et ante hos aliis non minus claris viris etiam si privatam paremque aliis vitam exegerunt. Quid tu cum Mamercum Scaurum consulem faceres ignorabas ancillarum suarum menstruum ore illum hiante exceptare. Numquid enim ipse dissimulabat, numquid purus videri volebat. Referam dictum eius tibi in se quod circumferri memini et ipso presente laudari. Pollioni Asinio iacenti obsceno verbo dixerat se facturum id quod pati mallebat, et cum Pollionis attractiorem vidisset frontem, quicquid inquit mali dixi mihi et capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat. Hominem tam palam obscenum ad fasces et ad tribunal admisisti. Nempe dum veterem illum Scaurum senatus principem cogitasset indigneque fers subolem eius iacere. Deos verisimile est ut alios indulgentius tractent propter parentes avosque, alios propter futuram nepotum pronepotumque ac longe sequentium posterorum indolem. Nota est enim illis operis sui series, omnisque illis rerum per manus suas iturarum scientia in aperto semper est. Nobis ex abdito subit et que repentina putamus illis provisa veniunt ac familiaria. Sint hii reges quia maiores eorum non fuerunt, quia pro summo imperio habuerunt iustitiam abstinentiam, quia non rem publicam sibi sed se rei publice dicaverunt. Regnent hii quia vir bonus quidam proavus eorum fuit, qui animum super fortunam gessit, qui in dissensione civili quoniam ita expediebat rei publice vinci quam vincere maluit. Referri illi gratia tam longo spatio non potuit. In illius respectum iste populo presideat non quia scit aut potest sed quia alius pro illo meruit. Hic corpore deformis est, aspectu fedus et ornamenta sua traducturus. Iam me homines accusabunt, cecum ac temerarium dicent, nescientem quo loco que summis atque excelsissimis debentur ponam. Unde isti norunt illum quondam glorie sequacissimum fugacem, eo vultu ad pericula euntem quo alii e periculo redeunt, numquam bonum suum a publico distinguentem. Ubi inquis iste aut quis est. Unde vos. Apud me iste expensorum acceptorumque ratio dispungitur. Ego quid cui debeam scio. Aliis post longam diem repono, aliis in antecessum ac prout occasio

Et experimentis facultas tollitur. Ingrato quod in
sciens quod si non sit ipsum dabo. Quid si in gratis
nescias utrum ingratus sit an gratus expectabis
donec scias an dandum beneficium sit, tempus
non admittes. Expectare longum est. Nam
ut ait plato difficilis humani animi con-
iectura est; non expectare temerarium est.
Huic respondebimus numquam expectare nos
certissimam rerum comprehensionem quoniam in arduo
est veri exploratio, sed ea qua ducit
veri similitudo ire; hac via procedit officium.
Sic serimus, sic navigamus, sic mi-
litamus, sic uxores ducimus, sic libe-
ros extollimus. Cum omnium rerum incertus
sit eventus, ad ea accedimus de quibus
bene sperandum esse credimus. Quis enim
pollicetur serenti proventum, naviganti por-
tum, militanti victoriam, marito pudicam
uxorem, patri pios liberos? Sequimur qua ratio,
non qua veritas trahit. Expecta ut nisi
bene cessura non facias et nisi comperta
veritate nichil moveris: relicta omni vita
actu consistit. Dum verisimilia me in hoc
aut in illud impellant, non verebor ei beneficium
dare quem verisimile gratum esse erit. Multa
inquit interveniunt propter que et malus pro bono
obrepat et bonus pro malo displiceat;
fallaces enim sunt rerum species quibus credimus.
Quis enim negat? Sed nichil aliud invenio per quod
cogitationem regam. His veritas mihi vesti-
giis sequenda est. Haec ut quam diligentissime
extimem operam dabo nec cito illis assenti-
ar. Sic enim in prelio potest accidere ut telum
meum in commilitonem manus dirigat a-
liquo errore decepta, et hosti tamquam meo
parcam. Sed hoc et raro accidit et non vitio
meo, cuius propositum est hostem ferire, civem
defendere. Si sciam ingratum esse, non dabo be-
neficium. At obrepsit, at imposuit; nulla
hic culpa tribuentis est, quia tamquam grato dedi.
Si promiseris inquit te daturum beneficium
et postea ingratum sciveris esse, dabis an non?
Si facies, sciens peccabis: dabis enim cui
non debes. Si negabis, et hoc modo
peccabis: quia non dabis cui promisisti. Constan-
tia hic loco titubat et illud superbum
promissum numquam sapientem facti sui peni-
tere nec umquam emendare quod fecerit nec
mutare consilium. Non mutat sapiens
consilium omnibus hiis manentibus que erant
cum sumeret. Ideo illum numquam penitentia subit,
quia nichil melius illo tempore fieri potuit
quam quod factum est, nichil melius constitui
quam quod constitutum est. Ceterum ad omnia cum
exceptione veniet: si nichil acciderit
quod impediat. Ideo illi omnia succedere
dicimus et nichil contra opinionem accidere,
quia presumit animo posse aliquid inter-
venire quod destinata prohibeat. Impru-
dentium ista fiducia est fortunam sibi spon-
dere. Sapiens utramque partem eius cogi-
tat. Scit quantum liceat errori, quam incer-
ta sint humana, quam multa consiliis ob-
stent. Ancipitem rerum ac lubricam
sortem suspensus sequitur, consiliis certis incertos
eventus. Exceptio autem, sine qua nichil
destinat, nichil ingreditur, et hic illum tuetur.
Promisi beneficium nisi si quid incidisset
quare non deberem dare. Quid enim si quod
pollicitus sum patria sibi dari iusserit?
si lex lata erit ne id quisquam faciat
quod ego me amico meo facturum promi-
seram? Promisi tibi filiam in matrimonium;
postea peregrinus apparuisti; non est mihi cum
externo connubium; eadem res me
defendit que vetat. Tunc fidem fallam,
tunc inconstantie crimen audiam, si cum eadem omnia
sint que erant promittente me, non prestitero
promissum. Alioquin quicquid mutatur libertatem
facit de integro consulendi et me fide
liberat. Promisi advocationem; postea
apparuit per illam causam preiudicium in patrem
meum queri. Promisi me peregre profectu-
rum, sed iter infestari latrociniis
nunciatur. In rem presentem venturus
fui, sed eger filius et puerpera uxor
tenet. Omnia esse debent eadem que fuerunt cum promit-
terem, ut promittentis fidem teneas. Que
autem maior mutatio fieri potest quam si te ma-
lum virum et ingratum comperi? Quod tamquam digno
dabam, indigno negabo; irascendi quoque
causam habeo deceptus. Inspiciam tamen
quantum sit de quo agitur. Dabit mihi consilium
promisse rei modus. Si exiguum est, da-
bo, non quia dignus es, sed quia promisi; nec
tamquam munus dabo, sed verba mea redimam
et aurem mihi pervellam. Damno castigabo
promittentis temeritatem. Ecce ut non doleat
tibi, ut postea consideratius loquaris, quod dicere
solemus, linguarium dabo. Si maius erit,
non committam quemadmodum Mecenas ait, ut
sestertio centies obiurgandum me putem. Inter
se enim utraque comparabo: est aliquid in eo
quod promiseris perseverare; est rursus
multum in eo ne in indignum beneficium dederis. Hoc
tamen quantum sit refert. Si leve, conniveamus;
si vero magno mihi aut detrimento aut rubori
futurum, malo semel excusare quare
negaverim quam semper quare dederim. Totum
inquam in eo est quanti promissi mei verba ta-
xentur. Non tantum quod temere promisi re-
tinebo, sed quod non recte dedi repetam.
Demens est qui fidem prestat errori. Philippus exemplum de ingrato et avaro(?) milite

Macedonum rex habebat militem manu for-
tem cuius in multis expeditionibus utilem
expertus operam subinde ex preda aliquid
illi virtutis causa donaverat et hominem
venalis anime crebris auctoramentis accen-
debat. Hic naufragus in possessiones
cuiusdam Macedonis expulsus est. Qui
ut nunciatum est accurrit spiritum eius re-
collegit in villam illum suam transtulit lectu-
lo suo recepit affectum languentemque
recreavit diebus XXX sua impensa
curavit refecit viatico instruxit
subinde dicentem gratiam tibi referam vi-
dere tantum imperatorem meum contingat. Nar-
ravit Philippo naufragium suum. Au-
xilium tacuit et protinus petivit ut sibi
cuiusdam predia donaret. Ille quidem
erat hospes eius, is ipse a quo receptus
erat a quo sanatus. Multa interim reges
in bello presertim apertis oculis donant.
Non sufficit homo iustus tot armatis
cupiditatibus non potest quisquam eodem tempore et
bonum virum et bonum ducem agere. Quomodo
tot milia hominum insaciabilia satia-
buntur? Quid habebunt si suum quisque habuerit?
Hec Philippus sibi dixit. Cum illum in-
duci in bona que petebat iussit. Ex-
pulsus bonis suis ille non ut rusticus
iniuriam tacitus tulit contentus quod et
ipse donatus non esset, sed Philippo epistolam
strictam ac liberam scripsit. Qua acce-
pta ita exarsit ut statim Pausanie
mandaret bona priori domino restitue-
re, ceterum improbissimo militi ingratissimo
hospiti avidissimo naufrago stigmata
inscriberet ingratum hominem testantia.
Dignus quidem fuit cui non inscriberentur
ille litere sed insculperentur qui hospitem
suum nudo et naufrago similem in id quo
iacuerat ipse litus expulerat. Sed
videbimus quis modus pene servandus fue-
rat. Auferendum utique fuit quod summo
scelere invaserat. Quis autem pena eius
moveretur? Qui id commiserat propter quod
nemo misereri miserorum posset. Dabit
tibi Philippus quia promisit, etiam si non debet,
etiam si iniuriam facturus est, ~~in summo scelere~~
etiam si scelus facturus, etiam si uno facto preclu-
surus est naufragis litora? Non est le-
vitas a cognito et damnato errore
discedere et ingenue fatendum est: Aliud
putavi, deceptus sum. Hec vero superbe
stulticie perseverancia est: Quod semel di-
xi qualecumque est fixum ratumque sit. Non
est turpe cum re mutare consilium. Age si

Philippus possessorem illum eorum litorum
reliquisset que naufragio ceperat,
non omnibus miseris aqua et igni interdixisset?
Potius inquit intra fines regni
mei tu litteras istas oculis inscribendas
durissima fronte circumfer. Vade ostende quam sacra
res sit mensa hospitalis, prebe in
facie tua legendum istud decretum quo
cavetur ne miseros tecto iuvare capitale
sit. Magis ista constitutio sic rata erit
quam si illam in es incidissem. Quare ergo
inquit Zeno vester cum quingentos dena-
rios cuidam mutuos promisisset et ipse
illum parum ydoneum comperisset amicis sua-
dentibus ne daret perseveravit credere quia
promiserat? Primum alia condicio in cre-
dito alia in beneficio. Pecunie etiam male
credite exactio est et appellare debitorem
ad diem possum et si foro cesserit por-
tionem feram. Beneficium et totum perit
et statim. Preterea hoc mali viri est, illud
mali patrisfamilie. Deinde ne Zeno quidem
si maior fuisset summa credere perseverasset.
Quingenti denarii sunt, illud quod dici
solet, in morbo consumat. Fuit tanti re-
vocare promissum suum. Ad cenam quia
promisi ibo et si frigus erit, non quidem
si nives cadent. Surgam ad sponsalia
quia promisi quamvis non concoxerim, sed non
si febricitavero. Sponsum descendam quia
promisi, sed non si spondere me in incertum iube-
bis, si fisco obligabis. Subest inquam
tacita exceptio: si potero, si debebo, si
hec ita erunt. Effice ut idem status
sit cum exigitur qui fuit cum promitterem.
Destituere levitas erit. Si aliquid
intervenit novi quid miraris cum condicio
promittentis mutata sit mutatum esse
consilium? Eadem mihi omnia presta et idem
sum. Vadimonium promittimus, tamen deserti
non omnibus datur actio, deserentem vis maior
excusat. Idem etiam in illa questione responsum
existima an omni modo referenda sit gratia
et an beneficium utique reddendum sit.
Animum prestare gratum debeo, ceterum aliquando
me referre gratiam non patitur mea infelici-
tas, aliquando felicitas eius cui debeo.
Quid enim regi aut pauper diviti
reddam? Utique cum quidam recipere beneficium
iniuriam iudicent et beneficia subinde ali-
is beneficiis honorent. Quid amplius in horum
persona possum quam velle? Nec ideo bene-
ficium novum reicere debeo quia nondum
prius reddidi. Accipiam tam libenter quam dabit-
ur et prebebo me amico meo exercende bonitatis
sue capacem materiam. Qui nova accipere non vu-

Accepimus ostendi. Non refero gratiam. Credo ad rem
non pertinere moram, sicut occasio non de-
est et facultas. Ille presentit in tempore tu-
o occasionem querit, non facultate utrumque bonus
vir, sed cum malo. Apud bonum virum bo-
na certe res eo. apud malum non agonte
illud quidem existimo faciendum ut referen-
de gratie rem in aliis temporibus quibus referendam pre-
terimus et instemus reddentibus. Non sicut
fit gratum quod nolens accepis, voluisse re-
ddere. Verum cum aliquis illius misisse et im-
moderatum subinde illud intempestive
remittit, et inde se herere testatur.
Beneficii genus plurimum aliud in vice
mitte, eminus immune exprimitur. Aliquis
et non reddat beneficium eum possim. Quid
si plus in detrimentum eo quod illi collatum
fuit? Si ille non erit presumptor ullam a-
nimi? Si ille non erit ... reddo, inde
recessionem. recepto eo quod reddo. Nimium
multum abscessum est. Qui festinat
utique reddere non habet animum grati hominis sed
debitoris, et ut breviter qui nimis cupit
solvere invitus debet. Qui invitus debet ingratus est.

Explicit liber IIII^us. Incipit quintus.

In prioribus libris videbatur consummasse
propositum, cum tractassem quemadmodum dandum
esset beneficium, quemadmodum accipiendum. Hi enim
sunt huius officii fines. Quicquid ultra
moror, non servio materie sed indulgeo. Que
ducit sequenda est, non que invitat. Sub-
inde enim nascetur quod lacesset animum dul-
cedine, magis non supervacuum quam
necessarium. Verum quia ita precesserunt partes
que rem continebant. Scrutabimur etiam
ea que si iuncta verum quidem non cohereant
et nunc quisquis diligenter inspexerit ut faciat
opere pretium ut sit prodit operam. Tibi autem homi-
num optimo et ad beneficia proprio liberali-
us ebuti nulla eorum laudatio satisfacit.
Nemini unquam vidi tam benignum etiam levi-
ssimorum officiorum estimatorem. Iam bonitas
tua eo usque prolapsa est ut tibi dari
putes beneficium quod ulli datur. Paratus
es, ne quem beneficii peniteat, pro ingratis
dependere. Ipse usque eo abes ab omni
iactatione, usque eo statim vis exonerare
quos obligas, ut quicquid in aliquem conferas
velis videri non prestare, sed reddere. Ideo
plenius ad te sic data revertentur,
Nam fere sequuntur beneficia non repo-
scentem. Et ut gloria fugientes magis
sequitur, ita fructus beneficiorum gratius
redit per quod etiam esse negetur licet. Per te non
nomen mora quominus beneficia que acceperit

ultro repetet nec recusabit conferre alia
et suppressis dissimulatisque plura ac maiora
adicere. Propositum optimi viri et ingentis
animi tamdiu ferre ingratum, donec feceris
gratum. Nec te ratio ista decipiet.
Succumbunt vitia virtutibus, si illa tu cito
odisse properaveris. Illud utique unice tibi
placet velut magnifice dictum, turpe
esse beneficiis vinci quod amisit, verum non
immerito queritur solet. Longeque falsum est.
Quod victo conspicis. Nunquam enim in rerum honestarum
certamine superari turpe est, si duo arma
non proiecis et victus quoque velis vincere.
Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt
vires, easdem facultates, eandem
fortunam, que optimorum quoque consiliorum dumta-
xat exitus temperat. Voluntas ipsa recti
petens laudanda est, etsi illam alius
gradu velociore antecessit. Non ut
in certaminibus ad spectaculum editis meliorem
palma declarat, quamquam in illis quoque sepe
deteriorem pretulit casus. Ubi de officio
agitur, quod uterque a sua parte quam plenissimum
esse cupit, si alter plus potuit et
ad manum habuit materiam sufficientem animo
suo, si illi quantum conatus est fortuna
permisit, alter autem voto tenus par est, et
si minora quam accepit reddidit, aut
si non reddidit sed vult reddere et
toto in hoc animo intentus est, non
magis victus est quam qui in armis moritur,
quem occidere hostis facilius potuit
quam avertere. Quod tu turpe existimas, id accidere
viro bono non potest, ut vincatur. Nunquam
enim succumbet, nunquam renuntiabit, ad ultimum
usque diem vite stabit paratus, et in hac
statione morietur, magna se accepi-
sse pre se ferens, paria voluisse. Lacede-
monii vetant suos pancratio aut
cestu decernere, ubi inferiorem ostendit
victi confessio. Cursor cretam prior con-
tigit, velocitate illum, non animo antecessit.
Luctator ter abiectus perdidit palmam,
non tradidit. Cum invictos esse Lacede-
monii cives suos magno estimarent,
ab his certaminibus removerunt, in quibus
victorem facit non index, non ipsius
exitus, sed vox cedentis et tradere iubentis.
Hoc quod illi in civibus suis custodiunt,
virtus ac bona voluntas omnibus prestat,
ne unquam vincantur. Quoniam etiam inter
superantia animus invictus est. Ideo nemo
trecentos Fabios victos dicit, sed occisos.
Et Regulus captus est a Penis, non victus,
et quisquis alius, sevientis fortune
vi ac pondere oppressus, non summittit

animi. Idem in beneficiis est. Plura aliquis accepit
~~maiora frequenciora: non tamen victus est~~
~~et quibus aliquis senciunt fortune iniqui~~
~~tate oppressus non succumbit animus. Idem~~
~~in beneficiis est. Plura aliquis accepit ma~~
~~iora frequencia non tamen victus est.~~ Beneficia
fortasse beneficiis victa sunt si inter se da
ta et accepta computes. Si autem dantis
et accipientis compares animum quorum et per
se existimanda sunt penes neutrum erit
palma. Solet enim fieri ut cum
alter multis vulneribus confossus est alter
leviter quidem saucius pares exisse di
cantur quamvis alter videatur inferior. Ergo
nemo vinci potest beneficiis. Scit debere
si vult referre. Si quod rebus non po
test animo equat. Hic quamdiu in hoc permanet
quamdiu tenet voluntatem grati animi signis
approbandi. Quid interest ab utra parte mu
nuscula plura numerantur? Tu multa
dare potes et ego tantum accipere
possum. Tecum stat fortuna, mecum
bona voluntas. Tamen tam par tibi
sum quam multis armatissimis nudi aut
leviter armati. Nemo itaque beneficiis
vincitur quia tam gratus esse quam voluit.
Nam si turpe est beneficiis vinci non oportet
a prepotentibus viris accipere beneficium quibus
referre gratiam non possis. A principibus dico
et a regibus quos eo loco fortuna po
suit ex quo largiri multa possent pauca
admodum et inparia datis recepturi.
Reges et principes dixi quibus tamen
potest opera navari et quorum illa ex
celsa potestas per amicorum assensum mi
nisteriumque constat. Sunt quidam extra omnem
subducti cupiditatem qui vix ullis humanis
desideriis contingantur quibus nichil prestare
ipsa fortuna potest. Necesse est a Socrate vin
cari beneficiis, necesse est a Diogene qui
per medias Macedonum gazas nudus
incessit calcatis regiis opibus. Numquid
ille tunc merito et sibi et ceteris quibus
ad despiciendam veritatem non erat of
fusa caligo supra eum eminere visus
est infra quem omnia iacebant? Multo
potencior multo locupletior fuit
omnia tunc possidente Alexandro. Plus
enim erat quod hic nollet accipere quam quod
ille posset dare. Non est turpe ab his
vinci. Neque enim minus fortis sum si cum
invulnerabili me hoste committis
nec ideo ignis minus urere potest si
in materiam incidit inviolabilem flammis
nec ideo ferrum secandi vim perdidit

si non recipientes ictum lapis solidus invicte
adversus duriciam dividendus est. Idem tibi
de homine grato respondeo. Non turpiter vincitur
beneficiis si ab his obligatus est ad quos
aut fortune magnitudo aut eximia virtus aditum
redituris ad se beneficiis clusit. A paren
tibus fere vincimur. Nam quamdiu illos habemus
quamdiu graves iudicamus et quamdiu bene
ficia illorum non intelligimus. Cum iam etas
aliquid prudencie collegit et apparere
cepit propter illa ipsa eos amari a nobis
debere propter que non amabantur, admoniciones
severitatem et inconsulte adolescentie
diligentem custodiam, rapiuntur nobis.
Paucos usque ad verum fructum a liberis
percipiendum perduxit etas. Ceteri fi
lios onere senserunt. Non est tamen turpe
vinci beneficiis a parente. Quidni non
sit turpe, cum a nullo turpe sit. Quibusdam
enim et pares et inpares sumus: pares
animo quem solum illi exigunt quem nos
solum promittimus, inpares fortuna que
si cui obstitit quominus referat graciam
non ideo illi tamquam victo erubescendum est. Non
est turpe non consequi dum sequaris. Sepe
necesse est ante alia beneficia petamus quam
priora reddiderimus. Nec ideo non petimus
aut turpiter quia non reddituri debebimus
quia non per nos erit mora quominus
gratissimi simus sed interveniet aliquid
extrinsecus quod prohibeat. Nos tamen nec
vincemur animo nec turpiter his rebus super
abimur que non sunt in nostra potestate.
Alexander Macedonum ~~rex~~ rex gloriari
solebat a nullo se beneficiis victum.
Non est quod nimius animus Macedones
et Grecos et Caras et Persas et
naciones descriptas per exercitum suspici
at nec hoc sibi prestitisse regnum Tra
cie angulo porrectum usque ad litus
incogniti maris. Eadem re gloriari
Socrates potuit, eadem Diogenes
a quo utique victus est. Quidni victus
sit illo die quo tumidus supra mensuram humane
superbie tumens vidit aliquem cui nec
dare quicquam posset nec eripere. Arche
laus rex Socratem rogabat ut ad
se veniret. Dixisse Socrates traditur
nolle se ad eum venire a quo acciperet
beneficia cum reddere illi paria non posset.
Primum in ipsius potestate erat non accipere.
Deinde ipse dare beneficium prior incipie
bat. Veniebat enim rogatus et id quod
utique ille non erat Socrati redditurus

Quid tunc Archelaus daturus erat aurum et
argentum recepturus contemptum auri et ar-
genti? Non poterat referre Archelao
Socrates gratiam? Et quid tandem erat acce-
pturus quantum dabat? Si ostendisset ho-
minem mortis ac vite peritum, utriusque
fines tenentem? Si regem in luce media
errantem ad rerum naturam admisisset, usque
eo eius ignarum ut quo die solis de-
fectio fuit regiam clauderet et filium, quod
in luctu ac rebus adversis moris est, ton-
deret? Quantum fuisset beneficium si timentem
e latebris suis extraxisset et bonum
animum habere iussisset dicens: Non est ista solis
defectio sed duorum siderum coitus, cum
luna humiliore currens via infra
ipsum solem orbem suum posuit et illum
obiectu sui abscondit; que modo partes
eius exiguas si in transcursu strinxit
obducit, modo plus tegit si maiorem
partem sui obiecit, modo excludit totius
aspectum si recto libramento inter solem
terrasque media successit. Sed iam ista
sidera hoc et illo deducet velocitas
sua; iam recipient diem terre et hoc
ibit ordo per secula dispositos ac
predictos dies habentia, quibus sol intercursu
lune vetetur omnes radios effundere.
Paulum expecta, iam emerget, iam istam
velut nubem relinquet, iam exsolutus
impedimentis lucem suam libere mittet.
Socrates parem gratiam Archelao
referre non posset si illum regnare vetuisset?
Parum scilicet magnum beneficium a Socrate
accipiebat si ullum dare potuisset
Socrati. Quare ergo hoc Socrates dixit?
Vir facetus et cuius per figuras sermo
procedere solitus erat, derisor omnium ma-
xime potentium, maluit illi nasute ne-
gare quam contumaciter aut superbe. Dixit
se nolle beneficia ab eo accipere quibus non
posset paria reddere. Timuit fortasse
ne cogeretur accipere que nollet; timuit
ne quid indignum Socrati acciperet.
Dicet aliquis: negasset si nollet. Sed
instigasset in se regem insolentem et omnia
sua magno extimari volentem. Nichil
ad rem pertinet utrum dare aliquid regi
nolis aut accipere a rege; in equo
utramque ponit repulsam, et superbo
fastidiri acerbius est quam non timeri. Vis
scire quid vere noluerit? Noluit ire
ad voluntariam servitutem is cuius libertatem
civitas libera ferre non potuit. ¶ Satis
ut existimo hanc partem tractavimus, an turpe
esset beneficiis vinci. Quam qui querit sci-
at non solere homines sibi ipsos benefici-
um dare; manifestum enim fuisset non esse turpe a se
ipso vinci. Atqui apud quosdam stoicos
et de hoc ambigitur, an possit aliquis
sibi beneficium dare, an debeat sibi refer-
re gratiam. Quod ut videretur querendum illa fecerunt:
Solemus dicere: gratias mihi ago, et de
nullo queri possum alio quam de me, et
ego mihi irascor, et ego a me penas
exigam, et odi me; multa preterea eiusmodi
per que quisque de se tamquam de altero
loquitur. Si nocere, inquit, mihi possum, quare
non et beneficium mihi dare possum? Preterea
que si in alium contulissem beneficia vo-
carentur, quare si in me contuli non sint?
Quod si ab altero accepissem deberem,
quare si mihi ipse dedi non debeam? Quare
sim adversus me ingratus, quod non minus
turpe est quam in se sordidum esse et in se durum
ac sevum et sui negligentem? Tam a-
lieni corporis leno male audit quam
sui. Nempe reprehenditur assentator et a-
liena subsequens verba, paratus ad falsa
laudator; non minus placens sibi et se
suspiciens et ut ita dicam assentator
suus. Vitia non tantum cum foris peccant
invisa sunt, sed cum in se retorquentur.
Quem magis admiraberis quam qui
imperat sibi, quam qui se habet in potestate?
Gentes facilius est barbaras inpatientes
quam alieni arbitrii regere quam animum suum
continere et tradere sibi. Plato, inquit,
agit Socrati gratias quod de illo didi-
cit; quare Socrates non agat quod
ipse se docuit? M. Cato ait: Quod tibi
deerit a te ipso mutuare. Quare donare
mihi non possum, si commodare possum?
Innumerabilia sunt in quibus consuetudo
nos dividit; dicere solemus: Sine me
loquar mecum, et ego mihi aurem pervel-
lam. Que si vera sunt, quemadmodum sibi ali-
quis irasci oportet, sic et gratias agere;
quomodo obiurgare se, sic et laudare;
quomodo dampno sibi esse, sic et lucro.
Iniuria et beneficium contraria sunt.
Si de aliquo dicimus: iniuriam sibi fecit,
poterimus dicere: et beneficium sibi dedit.
Natura prius est ut quis
debeat, deinde ut quis gratiam re-
ferat. Debitor non est sine creditore,
non magis quam maritus sine uxore
aut sine filio pater. Quis dare debet
ut aliquis accipiat; non est dare nec
accipere in dexteram manum de sinistra

tulisset Curio neque se portavit quibus
totum sunt moveat et tulerat. Quomodo
neque quibus per se dixit affuisse sibi
dicatur. Nec statuam sibi tamquam patrono suo
ponit Curio, nisi egit cum cura sua
qualiter mercedem a se non exigit.
Sic et in omni negotio rei tue aliquis
sibi prodesse sentit, non debebit referre
gratiam sibi, quia non habebit cui referret.
Pro quo reddat, quia qui a se accipere beneficium
debet accipit et reddit. Donum quod autem
usura sit, et velut lusor nomine
statim traxit. Neque enim aliquis dat
quam qui accipit. Et prius alter idem est
quam qui non est debere nisi inter duos locum.
Ceterum non quod in uno consistat qui
se obligando liberat. Ut in orbe
ac pila nichil primum est, nichil summum,
nichil extremum, nichil primum, quia motu
ordo mutatur, et que sequebantur
precedunt, et que ceciderant oriuntur,
omnia quocumque ierint in idem revertuntur,
ita in homine existima fieri. Cum in multa
illum mutaveris, unus est. Cecidit se ille,
miratur cum quo agat non habet. Diligit
et eligit et dedit, non tenet. Beneficium
sibi dedit. Dabit partes reddidit
dat rem nichil per se. Quia quecumque
illi anxilia ad illa reddit. Ut prius
quecumque sit, quod quo excedat non habet
sed eodem revolvitur, ita discedit. Quomodo
sicut inquis habet hoc extremum hinc proponite
quomodo dictum: puta me ingratum esse,
non perdit beneficium, habet id quod dedit.
Puta te recipere nolle, apud te est
antequam reddatur. Non potest quicquam amit-
tere, quia quod detrahitur nichil omnino tibi
acquiritur. Intra ipsum orbis agitur accipiendo
dans, dando accipis. Beneficium sibi dare
nemo potest, quia debetur omnino et referre
gratiam oportet. Primum illud falsum est, ex quo
pendet sequentia. Nemo enim sibi beneficium
dat, sed nature sue paret, a qua
ad caritatem sui compositus est. Unde illi
summa cura est nociva vitandi,
profutura appetendi. Itaque nec liberalis
est qui sibi donat, nec clemens
qui sibi ignoscit, nec misericors qui
suis malis tangitur. Quod aliis prestare
liberalitas est et clementia vera, sibi
prestare natura est. Beneficium res voluntaria
est, at prodesse sibi necessarium est. Quanto
quis plura beneficia dedit, beneficen-
tior est. Quis unquam laudatus est quod
sibi ipse fuisset auxilio, quod se eripuis-
set ex illo, quod se eripuisset latronibus?
Nemo sibi beneficium dat, non magis

quam hospitium. Nemo sibi donat, non magis
quam credit. Si dat sibi quisque beneficium,
semper dat, sine intermissione dat, innumera-
bilium suorum non potest inire. Cum igitur gratiam
referret, cum per hoc ipsum quo gratiam referre-
ret beneficium daret? Quomodo enim discernere
poterit, utrum det sibi beneficium an red-
dat, cum inter eundem hominem res geratur?
Liberavi me periculo: beneficium mihi dedi.
Iterum me periculo libero: do beneficium
an reddo? Deinde, ut primum illud concedam,
dare nos beneficium nobis, quod sequitur non
concedam. Nam etsi damus, non debemus.
Quare? Quia statim recipimus. Accipere beneficium,
me oportet deinde debere, deinde referre.
Debendi locus non est, quia sine ulla mora
recipimus. Dat nemo nisi alteri,
reddit nemo nisi alteri. Intra id unum
non potest fieri quod toties duos exigit.
Beneficium autem prestitisse ad alios spectat,
numquam non deinceps medebitur. Qui aliquid
sibi vendidisse se dicet: carina vendidisse
alienatio est et rei sue iuris quis in ea
sui in alium translatio. Sic qui quid vende-
sit dare aliquid a se dimittere est et
id quod tenuerit habendum alteri tradere. Quod
si est beneficium, nemo sibi dedit, quia nemo
dat sibi aliquid. Duo contraria in unum
coeunt, ut id idem dare et accipere.
Etiam nunc multum interest, et inter dare et
accipere quid nisi cum ex diverso ista verba
posita sunt. Sic qui sibi sit gratis benefi-
cium dat, nichil interest inter dare et accipere.
Paulo ante dicebam quedam ad alios
pertinere, et sic esse formata ut tota signifi-
catio illorum discedat a nobis. Frater
sum alterius, nemo enim sui frater est.
Par alicui, quis enim par sibi? Quomodo
comparatur sine altero non intelligitur. Quomodo
iungitur sine altero non est. Sic et quod datur
sine altero non est, et beneficium sine altero
non est. Idem ipso non vocabulo apparet,
in quo hoc continetur, bene fecisse. Nemo autem
sibi benefacit, non magis quam sibi favet,
quam suarum partium est. Diucius hoc et pluri-
bus exemplis licet prosequi. Quidni, cum inter
ea sit habendum beneficium que secundam perso-
nam desiderant? Quedam cum sint honesta, pulcherrima,
summe virtutis, nisi in altero non habent locum.
Laudatur et inter maxima humani generis
bona fides colitur. Num quis ergo dicitur sibi
fidem prestitisse? Venio nunc ad ultimam
partem. Qui gratiam refert, aliquid debet impen-
dere, sicut qui solvit pecuniam. Nichil
autem impendit qui gratiam sibi refert, non

magis quam consequi qui beneficium accepit
Beneficium et gratie relatio ultro citro
quam ire debet. Aut unus homines non est
vicissitudo. Cui gratiam refert minime
prodest ei quod consecutus est aliquis. Cui
sibi gratiam refert cui prodest sibi. Et
quibus non alio loco relationem gratie alio
beneficium cogitat, qui gratiam refert sibi
prodest. Et quibus unquam ingratus hec nolunt
facere. Immo quibus ingratus fuit ut hec
fuerit. Si gratias magis nobis agit demum
et gratias refert demum dicimus ut ergo
in gratias quam illa uxorem nolui ducere et
quam cum illo non contraxi societatem. Cum hec
dicimus laudamus nos et ut [illegible]
comprobemus gratias agentium [illegible]
Beneficium est quod potest tu datum est et non
Beneficium est. Cui sibi beneficium dat non potest
reddi. Cui sibi quod dedit ergo non est bene-
ficium recipere quod dedit beneficium accipi. Alio
cum illo tempore beneficio tercium probabile et
reddi. In beneficio [illegible] probabile
suspicionem quam a quibus ut alter prodesse
utilitatem interim sue oblitus est quod alteri
dedit ablatus sibi. Hoc non facit
qui beneficium sibi dat. Beneficium dat
sociales res est, a quam conciliat aliquem
obligat. Sibi dat non est sociales res
nemo conciliat nemo obligat.
Nemo sibi ipse inducat ut dicat
hic ego colendus est. Illi beneficium dedit
dabit et in beneficium est quod quibus non sua
ea dat sed eius cui dat. Sed at qui sibi bene-
ficium dat, sua ea dat, non est ergo bene-
ficium. Videor tibi iam illud quod in principio
dixeram mentitus dicis me abesse ab
eo qui ope prium facit in me totum
operam bona fide perdere. Expecta etiam hoc verius
dicens si te ad has latebras perduxero
ex quibus tu evaseris nichil aplius accu-
sesque ut eas difficultates effugias
in quas licuit non descendere sed cum bene
est nodos operose solvere quos ipse ut
solvas fecerit. Sed quemadmodum quedam in oble-
ctamentum ac iocum sic illigantur ut eorum
solucio imperito difficilis sit. Ei illi qui
explicuit sine ullo negocio spirant quia
commissuras eorum et moras novit. Ni-
chilominus illa habent aliquam voluptatem
temptant enim acumine aciorum et intentionem ex-
citant. Ita hec que videntur callida et insidio-
sa securitatem ac segnitiem ingeniis au-
ferunt quibus modo campus in quo vagetur
sternendus est, modo scrupuli et quam re confragosi
si obiciendi per quos erepet et sollicite
vestigium faciunt. Dicitur neminem ingratum esse
id sic colligitur beneficium est quod prodest prodesse

autem neminem bonum malo potest ut dicemus stoici
ergo beneficium non accipit malus ingratus
est ter. Nunc beneficium honesta et probabilis
res est, ad malum illi honeste res non est
probabilis locus est. Ergo autem beneficium
nec beneficio ergo si accipere non potest nec
reddere quam debet. Et ideo non fit ingratus. Etiam
nunc ut dicatur bonus vir omnia recte facit.
Si omnia recte facit ingratus esse non potest. Malo
vir beneficium dat nec potest bonus bene-
ficium reddit. Malus non accipit ergo si
est ut bonus quisque ingratus est ut malus
contra ingratus in rerum natura nemo et hec manet
nunc est. Aput nos bonum beneficium id
pervenire ad malum non potest. Corrumpit enim
malus ea si ad illum ultra intravit.
Cui autem malus est neque illi dat beneficium
potest quia bona malaque dissentiunt et in unum
eunt. Ideo nec illi prodest quia quicquid
ad illum pervenit id pravo usu corrumpi-
tur. Sicut stomachus morbo vitiatus et co-
lligens labores quecumque accepit cibos
mutat et omne alimentum in causam doloris
trahit. Ita animus cecus quicquid illi commi-
seris id onus suum et perniciem et occa-
sionem miserie facit. Felicissimus itaque
et pulcherrimus quibus plurimum est sibi inque
se impenderunt quod in maiorem materiam
inciderunt quam fluctuarentur. Sic nichil
potest ad malos pervenire quod prosit immo
nichil quod non noceat. Queque enim illis
contingerunt in naturam vertunt et extra
spectosa et profutura quam si pro meliori da-
ret illis pestifera sunt. Ideo nec bene-
ficium dare possunt quoniam nec potest quod non
habent dare. Quia facere beneficiendi voluntate
caret. Sed quamvis hec ita sint accipe-
tamen quedam malus potest que beneficiis
similia sunt quibus non reddit ingratus
erit. Sunt animi bona. Sunt corporis. Sunt
fortune. Illa animi bona a stulto ac ma-
lo submovet. Ad hec admittitur que et
accipere potest et debet reddere et si non re-
ddit ingratus est. Nec hec ex nostra tantum in-
stitucione. Peripathetica quoque qui felicitatis
humane longe lateque terminos ponunt
aiunt minuta beneficia perventura ad
malos. Hec qui non reddit ingratus est.
Nobis ita beneficia esse non placent, que
non sunt animum factura meliorem. Commo-
da tamen illa esse et expetenda non ne-
gamus. Hec et viro bono malo potest et
accipere a bono ut pecuniam, vestes
honores et vitam. Que si non reddit
ingrati nomen incidit. Sed quo ingratum
vocabis eo non reddito quem negas

esse beneficium Seneca et si ua no sint ppe
similitudine eadem no tabulo cphensa sunt
Sit pixide et argentea et aurea de
tineo Sit illiteratum no extato rude
s ad litteras alie eas no pdictu Sic qui
male uestitum et pannosum uidit nudum
se uidisse dicat Beneficia ista no sunt
sed tamen beneficiorum spem Seneca ista sunt tamquam
beneficia sit et ille tamquam ingratus est i no
ingrata Flm est i quia illa beneficia et qui
dat appellat et qui accipit Ita qui
veri beneficii spem fefellit tamen ingratus
est sed beneficio qui sopore est non ueue
nu reddet misericit Cleanthes uehe
mentius ait licet ingratus beneficium non sit
quod accepit ipse tamen ingratus est i quia non
sunt redditurus est si accepisset Sic latro
est ante quam manus inquinet quia ad occidendum
iam armatus est et habet spoliandi atque
interficiendi voluptatem Seneca et cetera ab a
pitur Ope nequitia non incipit Ipsum
quod accepit beneficium non erat sed uoca
batur Sacrilegii dat penas quamuis nemo
usque ad deos penas porrigat Seneca
inquit adusque malum ingratus est quisquis
Augustinus est in malo dat beneficium non
possit eam f. tunc quia accipiet ab
illo Auf Seneca extremis q apud impe
ritos sunt quorum si mihi copia est ipse quod
simul ingratus esse debebit et illa qui
tamquam sunt pro bonis reddere Seneca alicui
bene dedit et qui aureos dedit et qui
tantum fore publica persuasi quales apud
lacedemonios sunt quod vir sic iniabe pe
cunie prestat Seneca quem obligatus eo
hic fide exsolue Seneca sit beneficia
am et i hac sordida tamen licet quam mag
de dua magnitudo uocis dari debeat
idoneos non plurimum mallem quam ver
nos ad spem veri componite am et dia
hospitium dicat quamuis est id quod nomine
hoc est tacita id talite Seneca ingratus
p uos neo ingratus est sit rursus omnes
ingrati sunt Ita ut dicimus omnes
stulti mali sunt qui at primo si mi
tus ora bis Omnes at stulti et mali
sunt Omnes quod ingrati sunt Seneca quod
non sunt Non iudicet ... qui qui
dam sit non publica querela est benefi
cia perisse et paucissimos esse qui de bene
merentibus non in uicem pessime mere
antur Ne est quod hac mea beneficia
ratorum pullos p pessimo pravo quod
interitum quietis et sua redi formulam
cecidit Seneca nescio qui non ex phorum
domus clamat ex medio quietius plebs

gentesque damnatum uos punitur Non
hospes ab hospite tutus non socer a
genero fratrum quod gratia rara est Imminet
exitio uir coniugis illa mariti hic est capitulo
est beneficia i seculis ubi facta sunt et patule
corum non sit pro quibus sanguis fundendus
est Gladio ac ueneno beneficia sequitur
ipsi patrie magis afferri et fastibus suis
illa prima pona ac dignitatis est humili
se ac depresso loco putant stare quisquis
non supra rem pro stetit Accepti ab illa
exercitus i ipsam conuertitur et impatoria contio
est Pugnare contra coniuges pugnare contra libe
ros aras focos penates armis in
cessere quem ne triumphans quidem in
trare urbem i iussu senatus debet quibus
uictorem exercitum reducentibus curia gere
nunc rubos pberet Nunc ciuibus cesis p
fusi cruore cognatam urbem subrectis
intrare uexillis obmutescat inter mili
taria signa libertas et ille uictor pacta
tamque gentium populus remotis paul
bellis omni terrore compresso intra muros
obsessus aquilas suas horreat Augustinus
est Coriolanus sero et post sceleris penitentiam
post posuit arma sed in medio parricidio
posuit Augustinus est Catilina pars est illi
capere patriam ii cuncti ii allobroges in
illam cohortes i miserit et transalpes
iratus hostes uetera et ingenita odia
satiauit ac diu debitas inferias ga
llicas bustis duces romani persolue
runt Augustinus et C marius ad consulatum
a caliga productus quem ii simbri ceteribus
suis funera equauerit ii ciuilis exi
cidia funera equauerit non tamen dederit
signum si ipse signum sibit par inciatum
ac repositam i portam loci sortem suam
senectet Augustinus est Lucius Silla qui priam
durioribus remediis quam pericula erant
sanat qui tum a prenestina arte usque
ad collinam portam pugne humanum
intressissent alia cedidit i urbe plia
alias edes legiones duas quod
crudele est post uictoriam quod nephas
post fidem i angulo congestas trucidauit
et proscriptum commenti est Dum magnus
et prosperum romanus pertradisset i
et quam tunc romani pertradisset i
prinitate pecuniam non ciui causa amo
pet Augustinus Gneus Pompeius qui illos
consulatibus pro triumphis et hoc p tot ho
noribus quibus ex maxima parte i maturus
i uaserat hac gratiam rei p reddidit
ut i possessionem eius alios quam induceret

quasi potentiae suae detracturus invidiam si quod
nulli licere debebat pluribus licuisset
dum extraordinaria concupiscit imperia dum
provincias ut eligat distribuit dum ita
rem publicam dividit ut in sua domo duae partes
essent. eo redegit populum Romanum ut salvus
esse non posset nisi beneficio servitutis. Ingratus
ipse Pompeii hostis ac victor a Gallia
Germaniaque bellum in urbem convertit
et ille plebicola ille popularis castra in
circo Flaminio posuit propius quam Porse-
nae fuerant. Temperavit quidem ius cru-
delitatis quod victoriae. quod solebat dicere pre-
stitit. neminem occidit nisi armatum. Quid er-
go est? ceteri arma crudelius exercuerunt
saciati tamen aliquando abiecerunt. hic
gladium cito condidit numquam posuit. In-
gratus Antonius in dictatorem suum quem
iure caesum pronuntiavit. interfectores eius
in provincias et imperia dimisit. Patriam
proscriptionibus incursionibus bellis
dilaceratam post tot mala destinavit
ne Romanis quidem regibus ut quae
Achaeis Rhodiis plerisque urbibus claris
ius integrum libertatemque cum immunitate
reddiderat. ipsa tributum spadonibus
penderet. Deficiet dies enumerantem ingra-
tos usque in ultima patriae excidia. Aeque
immensum erit si percurrere coepero quam
populus ingratus in optimos ac devotissimos
sibi fuit quamque non minus saepe peccavit
quam in ipsum peccatum est. Camillum in exilium
misit. Scipionem dimisit. exulavit
post Catilinam Cicero diruti eius pena-
tes. bona direpta factum est quicquid
victor Catilina fecisset. Rutilius in-
nocentiae pretium tulit in Asia latere.
Catoni populus Romanus praeturam negavit. consu-
latum pernegavit. Ingrati publice sumus.
Se quisque interroget. Nemo non aliquem
queritur ingratum. Atqui non potest fieri
ut omnes querantur nisi querendum est de omnibus.
Omnes ergo ingrati sunt. tantum et cupidi
omnes et maligni omnes et timidi
omnes. illi in primis qui videntur auda-
ces. Adice et ambitiosi omnes sunt et im-
pii omnes. Sed non est quod irascaris igno-
sce illis. omnes insaniunt. Nolo te ad
incerta revocare. ut dicam quam ingrata
iuventus sit. quis non patris sui
supremum diem ut innocens sit optat
ut moderatus sit exspectat ut pius
cogitat? Quotus quisque uxoris optimae
mortem timet et ut non et computet? Cui
rogo litigatori defenso tam magni
beneficii ultra res proximas memoria
duravit? Illud in confesso est. quis sine
querela moritur? Quis extremo die dicere
Audet. Vixi et quem dederat cursum
fortuna peregi? Quis non recusans
quis non gemens exit? Atqui hoc ingrati est
non esse contentum praeterito tempore. Semper pauci
dies erunt si illos numeraveris. Cogita
non esse summum bonum in tempore quantumcumque est
boni consules. ut prorogetur tibi dies
mortis nihil proficitur ad felicitatem
quoniam mora non fit beatior vita sed lon-
gior. Quanto satius est gratum adversus
perceptas voluptates non aliorum annos
computare sed suos benigne aestimare
et in lucro ponere. Hoc dignum iudi-
cavit deus. hoc satis est. potuit plus
sed hoc quoque beneficium est. Grati simus ad-
versus deos grati adversus homines
grati adversus eos qui et quod nobis praestite-
runt. grati etiam adversus eos qui nostris
praestiterunt. In infinitum non inquit me
obligas cum dicis et nostris. itaque pone
aliquem finem. qui filio beneficium dat
ut dicis et patri eius dat. Primum de
quo quaeram. illud utique mihi de-
terminari volo. si et patri et beneficium da-
tur. numquid et fratri. numquid et patruo. numquid
avo et avo. numquid uxori et socero.
Dic mihi ubi debeam desinere. quousque
personarum seriem sequar. Si agrum
tuum coluero tibi beneficium dedero?
Si domum tuam ardentem restinxero
aut ne concidat excepero tibi be-
neficium dabo? Si servum tuum sanavero
tibi imputabo? Si filium tuum sana-
vero tibi imputabo? Si filium tuum
servavero non habebis beneficium meum?
Dissimilia ponis exempla. quia qui agrum
meum colit agro beneficium non dat
sed mihi. et qui domum meam ne ruat
fulcit praestat mihi. ipsa enim sine sensu
est. debitorem me habet quia nullum habet.
et qui agrum meum colit non illum
sed me demereri vult. Idem de servo
dicam. mei mancipii res est mihi servatur.
ideo ego pro illo debeo. Filius ipse be-
neficii capax est. Itaque ille accipit. Ego
beneficio laetor et contingor non obligor.
Velim tamen tu qui debere te non putas
respondeas mihi. filii bona valitudo fe-
licitas patrimonium pertinet ad patrem.
felicior futurus est si salvum filium ha-
buerit. infelicior si amiserit. Quid er-
go qui et felicior fit a me et in-
felicitatis maximae periculo liberatur be-
neficium non accipit? Non inquit. Quae-
dam enim in alios conferuntur sed pervenit
ab eo peti cui creditum est quibus a
ad me aliquo modo ne venerit. Nullum

beneficium et tamen commodum non est per ymmo
tangat. Non nunquam collocandis postea non
quit quo beneficium ab eo cui datum est
tulisset. Sed ubi primo tollere decreto t
ipso et accipite repetiero et quid ego
oro te, non dicas me filium donasti.
et si hic prius non daturus non sum per eius
vita beneficium non debes tamen nutritus me
perferens. Sed vide nunc tu filium tuum servavi
ad gemma parentibus dominus nostra salvus
tamen servatus ipse. ille noster exoptat
tibi nichil meruimus. an me servavit
duos servasti. ymmo me magis. Sed quod
ista dicas si non accipis beneficium. quia
et si filius meus petulantius nimis fu
perierit. reddendum me rebo, non tamen
ego debueram. quia si filius masculus
tenero deprehensus erit erubescendum
non id ego ad adulterium dices me
obligatum pro filio. non et sic. sed quia
me nolo offerre tibi debitorem vo-
luntarium. At puer ad me summa
ex incolumi te eius voluptate. summa
utilitate et orbitate gravissimo
effugi. Non quaero nunc an pro filio meo
sed tamen beneficium dederis. prodest enim et
cibus et lapis et herba. Non tamen bene-
ficium dat quod nunquam dare non voluit.
Tamen an non vis patri si filio dare
et in tantum ne nosti quidem proderitis.
quod cum dixeris patri ego beneficium non
dedi filium eius servando. Contra oppone
patri ego beneficium dedi quem non novi
quem non cogitavi et quod quod aliquando
veni et ut patrem oderis filium servus
beneficium ei indebere dedisse cum
tunc inimicissimus eras tu dares. Sed
ut dixi longiorum altercatione sepenita
tamen in ius consultorum. Judicium mens
spectanda est dantis. Beneficium ei de-
dit cui datum voluit. Sed in patris
honorem fecit. pater accepit beneficium.
Si pater beneficio in filium collato non
obligatur etc. si fruitur. si tamen occasio
invenerit volet et ipse prestare aliquid
non tamquam solvendum sed tamquam beneficium
sed tamquam incipiendum. repeti a patre
beneficium non debet. Si quod pro hoc benefi-
cio faciat. iustus ingratus est. Nam
illud semper non potest. si patri do bene-
ficium et matri et avo et avunculo
et liberis et affinibus et amicis et
servis et patrie. Ergo beneficium semi-
bus incipit stare. Sortes et ille in-
explicabilis subiit cui difficile est
modum imponere quia paulatim sub-
repit et non desinit serpere. Illud
enim solet queri. fratres duo dissi-

dentes si alterum servo an dederit beneficium
ei qui fratrem invisum non perisse mole-
ste laturus est. Non est dubium quin beneficium
est sit in invito prodesse. sicut non dedit
beneficium qui invitus profuit. Beneficium
vocas inquit tale quo ille offenditur quo
torquetur. Multa beneficia tristem frontem
et asperam habent. quedam secare et urere
ut sanes. et vinculis coercere. Non
est spectandum an doleat quis beneficio
accepto. sed an gaudere debeat. Non
est malus denarius quem barbarus
et ignarus forme publice reicit.
Beneficium et odit et accepit. si modo id
prodest. si is qui dabat ut prodesset de-
dit. Nichil refert an bonam rem malo
animo quis accipiat. Agedum hoc in con-
trarium verte. Odit fratrem suum quem illi ex-
pedit habere. hunc ego occidi. Non est
beneficium quamvis ille dicat esse et gau-
deat. Insidiosissime nocet cui gratie
aguntur pro iniuria. Video prodest ali-
qua re et ideo beneficium est. Nocet et
ideo non est beneficium. Ecce quod nec prosit nec
noceat dabo et tamen beneficium erit.
Patrem alicuius in solitudine exani-
mem inveni. corpus eius sepelivi. nec
ipsi profui. Quid enim ei illius interest
quo genere dilaberetur. nec filio. Quid
enim profuit hoc modo accessit illi. dicam
quid consecutus sit. Officio solemni
et necessario per me functus est. Patri eius prestiti
quod ipse prestare voluisset immo et debuis-
set. Hoc tamen ita beneficium est si non misericordie et
humanitati dedi ut quodlibet cadaver ab-
scondere. sed si corpus agnovi. si fi-
lio tunc hoc prestare me cogitavi. At
si terram ignoto mortuo inieci. nullum
in hoc habeo huius officii debitorem. in publi-
cum humanitatis. Dicat aliquis quare tan-
topere queris cui dederis beneficium
tamquam repetiturus. Aliqui sunt qui
nunquam iudicant esse repetendum et has
causas afferunt. Indignus etiam repe-
ti non reddet. dignus ipse per se ad
referendum reddet. Preterea si bono viro
dedisti. expecta ne iniuriam illi facias
appellando. tamquam sua sponte red-
diturus non fuisset. Si malo viro dedi-
sti plectere. beneficium vero ne corrumpis
creditum faciendo. Preterea lex quod non
iussit repeti vetuit. Ista sunt ista.
Quamdiu me nichil urget. quamdiu for-
tuna nichil cogit. perdere potius benefi-
cium quam repetere. Sed si de salute li-
berorum agitur si in periculum uxor deducatur

Si pro te salus ac libertas mittat me, ro-
gabo etiam nollem, imparabo pudori meo
et testabor omnia me fecisse ne opus es-
set in auxilio homine ingrato; novis-
sime recipiendi beneficii necessitas re-
petendi verecundiam vincet. Deinde cum
bono viro beneficium do, sic do quasi re-
petiturus nisi necesse fuerit. Sed lex ingratum
non permittit exigere. Vetuit. Multa
legem non habent nec actionem, sed quibus con-
suetudo vitae humanae omni lege valentior
dat aditum. Nulla lex iubet amicorum se-
creta non eloqui; nulla lex iubet fidem
etiam inimico praestare. Quae lex ad id quod
stamus nos cum aliquo promisimus alligat?
Nulla. Queretur tamen cum eo qui archa-
num sermonem non continuit, et fidem
datam nec servatam indignabitur. Sed
ex beneficio ingrati creditum facias. Quomodo
me? Non enim exigo sed repeto, et ne re-
petam quidem, sed admoneo. Nam ultima
quem necessitas in hoc aget ut ad eum veniam
cum quo diu mihi luctandum sit? Quibus tam
ingratus est, ut illi non sit satis admonere,
eum transibo, nec dignum iudicabo qui
gratus esse cogatur. Quomodo fenerator quos-
dam debitores non appellat quos scit de-
coxisse, et in quorum pudorem nihil superest
nisi quod pereat, sic ego quosdam ingratos
palam ac pertinaciter praeteribo, nec ab ullo
beneficium repetam nisi a quo non ablaturus
ero sed recepturus. Multi sunt qui nec
negare sciunt quod acceperunt nec
referre; qui nec tam boni sunt quam grati,
nec tam mali quam ingrati, segnes et tar-
di, lenta nomina, non mala. Hos ego non
appellabo sed commonefaciam, et ad offi-
cium aliud agentes reducam. Qui statim
mihi respondebunt: Agnosce. Non me her-
cule scivi haec te desiderare; alioquin
qui ultro obtulissem. Rogo ne me
ingratum existimes; memini quid in me
contuleris. Hos ego quare dubitem et sibi
meliores et mihi facere? Quemcumque potuero
peccare prohibebo, multo magis amicum,
et ne peccet, et ne in me potissimum
peccet. Alterum illi beneficium do, si illum
ingratum esse non patior; nec duriter illi
exprobabo quae praestiti, sed quam potuero mo-
llissime. Ut potestatem referendae gratiae
faciam, renovabo memoriam eius et pe-
tam beneficium. Ipse me repetere intelli-
get. Aliquando utar verbis durioribus, si
emendari illum sperabo posse. Nam
deploratum propter hoc quoque non exagitabo,
ne ex ingrato inimicum faciam. Nam si admoni-
tionis quoque suggillationem ingratis re-
mittimus, segniores ad reddendam

beneficia faciemus. Quosdam vero qui sanabi-
les sunt et qui fieri boni possunt, si quid
illos momorderit, perire patiemur ad-
monitione sublata, qua et pater filium
aliquando correxit et uxor maritum ab-
errantem ad se reduxit, et amicus lan-
guentem fidem amici erexit? Quaedam
ut expergiscantur non feriendi sed commo-
vendi sunt. Eodem quorundam ad referendam
gratiam fides non cessat, sed languet. Hanc
pervellamus. Noli munus tuum in iniuriam
vertere; iniuria est enim si ideo non re-
petis ut ingratus sim. Quid si ignoro
quid desidero? Quid si occupa-
tionibus districtus et in alia vocatus
occasionem non observavi? Ostende mihi quid
possim, quid velis. Quare desperas?
Quare properas et
beneficium et amicum perdere? Unde scis
nolim an ignorem, animus an facul-
tas desit? Experire. Admonebo
ergo non amare, non palam, sine convicio,
sic ut se reddidisse putet, non recepisse. — [illegible] de veterano
Causam dicebat apud
divum Iulium ex veteranis quidam pau-
lo violentior adversus vicinos suos,
et causa premebatur. Meministi inquit, imperator,
in Hispania talum extorsisse te circa Sucro-
nem? Cum Caesar meminisse se dixi-
sset: Meministi inquit quidem sub quadam
arbore minimum umbrae spargente cum
velles residere ferventissimo sole et
esset asperrimus locus, in quo ex rupi-
bus acutis unica illa arbor eru-
perat, quendam ex commilitonibus
paenulam suam substravisse? Cum di-
xisset Caesar: Quidni meminerim? et
quidem siti confectus, quia impeditus ire
ad fontem proximum non poteram, re-
pere manibus volebam, nisi com-
milito homo fortis ac strenuus aquam
mihi in galea sua attulisset. Potes ergo,
inquit, imperator, agnoscere illum hominem
aut illam galeam? Caesar ait se non pos-
se agnoscere galeam, hominem pulchre posse,
et adiecit: Ob hoc puto iratus, quod
se agnoscere media ad veterem fa-
bulam abduceret: Tu utique ille non
es. Merito me non agnoscis, Caesar;
nam cum hoc factum est, integer
eram. Postea ad Mundam in acie oculus
mihi effossus est, et in capite lecta ossa.
Nec galeam illam si videres agnosceres;
machaera enim Hispana divisa est.
Vetuit illi exhiberi negotium Cae-
sar et agellos in quibus vicinalis
via causa rixae ac litis fuerat [illegible]

sua donauit ergo quod non repeteret bene-
ficium ubi imperatorum cumque in collegam multitudo
rerum consideratque fortuna mixtis ex-
tibus disponentes non paciebar singulis
militibus occurrere. Nos hec repetere bene-
ficium sed resumere bono loco positum et
paratum ad quod tamen ut summam manus por-
rigenda est. Repeti itaque quia hec aut
necessitate factus ero a illius in aquo
repetere. Tiberio cesar inter initia dicenti

ex tiberio
cesare

cuidam: meministi an quod peteres notas fa-
miliaris ueteris proferret, non memini inquit
quod fuerim. Ab hoc quod in eo erat repete-
dum beneficium optanda erat obliuio. Non
usabat omnium amicorum et equalium noti-
tia et illa solus presentem fortunam suam
aspici, illa sola cogitari ac narrari
nolebat. Inquisitorem habebat ueterem
amicum magis repetisse. Repetendum est
beneficium quam petendum adhibenda uerborum
moderatio ut nec nimis dissimulet
taciturnus et explanans se in re sapien-
tes inuenimus et tam sapientibus quam medi-
cae melius fuisse. Quid enim? ne minus
statim posset. Deos quorum non tamen
ulla res effugit rogamus et illos
uota non exorant sed amonent. Deus quo-
que homericus ille sacerdos allegat
officia et aras religiose cultas
mouere uelle ac posse. Secunda uirtus
est quas obsequiis faciet et pare-
re dic illuc serenus leuiter motus flectendus
est pauci animus. Sui rector optimus
proximum fuit qui amoneri in pia redire
uult. Hys nos dux de thereo...
Optimis oculis inest acies sed in ypsu-
lum dys in missum ad ministeria sua
euocat. Instrumenta cessat ut illa in ipsu
suum artifex mouit. In est in terris
aut uoluntas bona sed torpe modo
delitiis ac situ modo inscitia officii
hanc utilem facit. Denique nec in iram
inique in uito sed ut nimium patient
ferre offensationes puerorum distem-
tus in econe labentes, et ne quando
sepe subiectis uno aut alio uerbo
ad contextu reddendi remis abdu-
ctam est. sic ad referendam gratiam admo-
nitio reuocanda est. Explicit v.

Incipit vi liber eiusdem

Quedam liberalis uir optime
extendi tam ingenium cautum
et sed ex ueritatem idem. Cum de
et dum quesierint oblectamenta sunt
et quesita usum. Omnium tibi copia
faciam tu illa ut cuique tibi iussum
erit aut pagi iubet aut ex pluralis
iudicum ordinem iudicia. In hys quis
ribiret iussis iubet per uiuus non mediocriter
erit non est quem dixit super nature
est. Prodest cognoscere. Queritur igitur
tuo pendendo puit ille sua fecerit
in alia debitio. Dicimus alia exem-
pla. Et capite aga. An beneficium
eripi possit questum est. Quidam
negat posse non enim rem est sed actio-
nis aliud est munus aliud ipsa
donatio. Aliud qui nauigat aliud
nauigatio. Et quamuis eger non sit
sine morbo non tamen idem est eger
et morbus. Ita aliud est beneficium
ipsum aliud quod ad unum cuique nostrum
beneficio peruenit. Illud corporale
est inuitum non fit alteram non eius
hinc et illuc iactari et dominum mu-
tat. Itaque tu eripis ipsa rerum na-
tura renocare quod dedit non potest. Benefici-
a sua interrupit non rescindit. Qui mo-
ritur tamen uixit, qui amisit o-
culos tamen uidit. Que ad nos per-
uenerunt ne sint effici potest, ne fue-
runt non potest. Pars autem beneficii et quidem
certissima est que sunt non in nobis
beneficiorum loquendo prohibemus. Beneficium
quidem ipsum non eradi. Licet omnium bene-
merentibus suas non ad nouit tenere.
illi agere se non licet. Neque eripi do-
mus et pecunia mancipium et quicquid
est in quo hesit beneficii nomen. Ipsum
non stabile et inmotum est. Nulla uis
efficiet ne hic dederit ne ille
acceperit. Egregie mihi uidetur M.
Antonius apud Rabirium poetam
cum fortunam suam transeuntem alio uide-
at et sibi nihil relictum preter ius mor-
tis idque si cito occupauerit ex-
clamare: hoc habeo quodcumque dedi. O
quantum habere potuit si uoluisset.
Hec sunt diuitie certe in quantacumque sorti
humane leuitatis uno loco perma-
nsure. Que quanto maiores fuerint hoc
maiorem habebunt inuidiam. Quid ta-
quam tuo parcis pro curatore es. Omnia
ista que uos tumidos et super huma-
nia elatos obliuisci cogunt uestre fra-
gilitatis, que ferreis claustris custo-
ditis armati, que ex alieno san-
guine rapta uestro defenditis, propter que
quassatis urbes ignari quantum
telorum in aduersos fortuna compararet
propter que rupistis totiens affinitatis amicitie

collegii federibus inter contendentes duos
terrarum orbis elisus est non sunt nostra in
depositi causa sunt iam iamque ad alium dominum
spectantia, aut hostis illa aut hostis
animi successor invadet. Queris quomodo illa
facias? Dona dando. Consule igitur
rebus tuis et certam tibi earum atque inex-
pugnabilem possessionem para. Hone-
stiores illas non solum sed tuciores facturus
istud quod suspicis quo te divitem
ac potentem putas quamdiu possides
sub nomine sordido iacet. Domus est
servus est nummi sunt. Cum donasti be-
neficium est. Fateris inquit nos aliquando
beneficium non debere ei a quo acceperimus
ergo ereptum est. Multa sunt propter que bene-
ficium debere desinimus non quia ablatum
sed quia corruptum est. Aliquis reum me de-
fendit sed uxorem meam per vim stu-
pro violavit. Non abstulit beneficium
sed opponendo illi parem iniuriam solvit
me debito. Et si plus lesit quam an-
te profuerat non tantum gratia extinguitur sed
ulciscendi querendique libertas fit ubi
in comparatione beneficium precesserat iniuria.
Ita non aufertur beneficium sed vincitur. Quid
nonne tam duri quidam et tam scele-
rati patres sunt ut illos adversari
et eiurare ius fasque sit. comme
Sed impietas sequentis temporis commenda-
tionem omnium priorum officiorum sustulit. Non be-
neficium tollitur sed beneficii gratia et efficitur
non ut non habeam sed ut non debeam. Tamquam
pecuniam aliquis mihi credidit sed domum meam
incendit. Pensatum est creditum damno
nec reddidi illi nec tamen debeo. Eodem
modo et hic qui aliquid benigne adversus
me fecit aliquid liberaliter sed postea
multa superbe et contumeliose crudeliter
eo loco me posuit ut perinde liber
adversus eum essem ac si non accepissem; vim
beneficiis suis attulit. Colonum suum
non tenet quamvis tabellis manentibus qui
segetes eius proculcavit qui succidit
arbusta non quia recepit quod pepi-
gerat sed quia ne reciperet effecit. Sic
debitori suo creditor sepe damnatur
ubi plus ex alia causa abstulit quam
ex credito petit. Non tantum inter credi-
torem et debitorem iudex sedet qui dicat
pecuniam credidisti. Quid ergo est? Pe-
cus abegisti servum eius occidisti ar-
gentum quod non emeras possides. Es-
timatione facta debitor discede qui
creditor veneras. Inter beneficia quoque
et iniurias ratio confertur. Sepe inquam
beneficium manet nec debetur si secuta
est dantem penitentia. Si miserum se
dixit quod dedisset si cum daret suspi-
ravit vultum abduxit perdere se cre-
didit non donare si sua causa aut certe non
mea dedit. Si non desiit insultare
gloriari ubi iactare et acerbum munus
suum facere manet beneficium quamvis non
debeatur. Sicuti quedam pecunie debentur
nus creditori non debetur si non ex-
iguntur. Dedisti beneficium iniuriam post-
ea fecisti et beneficio gratia debetur et in-
iurie ultio. Nec illi gratiam debeo nec
ille mihi penam. Alter ab altero solvitur.
Cum dicimus beneficium illi reddidi non hoc
dicimus illud nos quod acceperamus reddidisse
sed aliud pro illo. Reddere est enim rem pro re
dare. Quid enim? Cum omnis solutio non idem
reddat sed tantundem. Nam et pecuniam di-
cimur reddidisse quamvis numeremus pro ar-
genteis aureos quamvis non interve-
niant nummi sed delegatione et verbis
perfecta solutio sit. Videor mihi dicere
te: Perdis operam. Quid enim ad me pertinet scire
an maneat quod non debetur? Iuris
consultorum iste inepte sunt acute qui
hereditatem negant usu capi posse sed ea
que in hereditate sunt. Illud potius mihi distingue
quod potest ad rem pertinere. Cum idem
homo mihi beneficium dedit et postea fecit
iniuriam utrum et beneficium illi reddere
debeam et me ab illo nihilominus vindicare
ac veluti duobus nominibus separatim respondere
an alterum alteri contribuere et nihil
negotii habere et beneficium iniuria
tolli beneficio iniuriam. Illud enim video
in hoc foro fieri. Quid in vestra scola
iuris sit vos scietis. Separantur actiones
et de eo quod agimus de eodem nobiscum
agitur. Non confunditur formula si quis apud
me pecuniam deposuerit idem postea
michi furtum fecerit et ego cum illo fur-
ti agam et ille mecum depositi. Que pro-
posuisti in liberalis exempla certis legibus
continentur quas necesse est sequi. Lex legi
non miscetur utraque sua via agit. De-
positum habet actionem propriam tam mehercu-
le quam furtum. Beneficium nulli legi
subiectum est me arbitro utitur. Licet me
inter se comparare quantum profuerit mihi quisque
aut quantum nocuerit. Deinde pronuntiare
utrum plus debeatur mihi an debeam.
In illis nichil est nostre potestatis eundum
est qua ducimur. In beneficio tota potestas
mea est ideo indico. Itaque non separo
illa nec diduco sed iniurias et bene-
ficia ad eundem iudicem mitto. Alio-
quin iubes eodem tempore et amare et o-
disse et queri et gratias agere quod natura non

recipit. Porro tam insane fecit ut se beneficium
iniurie imputaret, quam et iniuria ultro debeat.
Quid si quis scripsit iniuriis alterius suppressum
imprimit usus, prodest iniuria, non tollit
sed abscondit. Sic beneficium superiectum
iniuria apparere non patitur. Volens tamen
tum regendum me tradidi. Colligit
in gratis et abditis. Sed eos qui loquuntur
tam videre in dicere? Quomodo homini decer-
tabis? Hunc dixi ipsum. Vultus unica non
possum magis. Ita si hunc satisfactum
existimas illo tu fidemque ei debeat
aliquis qui non nobis in nihil profuit. Hec a
pertius potui dicere ut proprie debet
esse consiliorum. Ut statim distinctio sub-
secuta ostendet pertinere quia et de-
bemus qui nobis dum non vult profuit
et ei qui dum nescit. Nam si quis
te arte boni aut quod fecerit, quid nobis non
obliget manifestius? quod ut in hoc
ulla via impedienda sunt, et hoc quod
fatale expediet. Et si qua similitudine
moveri potest, si tonsoribus illo cogitatione
inter gratiamque beneficium nullum, quod
quod ad nos pervenit alique cogitatione de-
ferat, demum amicitia et benigna. Ita
quod ut fluminibus gravibus agros quibus et
magna navigia patiant et ad spem
uehendas copias largo ac perenni
alveo currat, aut piscosa et ame-
na pinguibus arvis influat, ut
quisque nullo beneficium debet et iudicat,
non magis quam odium. Si in medias se
fluxit, tardo cursu decessit. Et vetus
beneficium dedit, legis lenis et fecundis
aspirat ut utilis et salubris ubi-
que. Quod beneficium illi datis ut dominus
tum prodesse sed velle. Vel dico ut nimbos
talibus quamquam debet, est quod multos e
periculo velocitas equi rapuit, ut
arboribus est quod multos estu labora-
tes ramorum opacitas texit. Quid
autem interest utrum me iuvatis an ne-
sciens a tanto et debet beneficium an
ei qui eque quam ista percipitur benefi-
ciendi nullum habuit sed profuit. Tamen benefi-
tium a quibus nescientes accepit nemo
a nesciente. Quomodo multos fortuita
sanat ut ea remedia sunt et in flu-
mine alicui recidisse frigore magna
tam sanitatis fuit. Quomodo quorundam flu-
gellis quartana discussa est et metus
repentinus animum in aliam curam avertendo
suspectas horas fefellit. Ut eo quemque
horum est si saluti fuit salutare quod
sit quedam nobis profuit dum noluit
nimis quam voluit. Non tamen eo illis bu-
sitia debemus quod pretiosa illorum ope
fortuna defluxit in melius. Autem existimas

me debere ei quicquam cuius manus in potestatem
prestitit hostem meum qui nocuisset in se
errasset? Sepe hostis dum aperte pugnat
cum civibus celestibus abrogavit fidem et
dum velut fatale trunculum miseri-
bile reddidit. Quomodo ipsa quem per-
mebat patria eripuit et iudicis
quod damnatum erat condemnare quem
noluit. Non tamen tam quod beneficium debe-
rent quibus profuerit quod telum quo
missum sit non quod penetravit quiutur. Et
beneficium ubi iniuria distinguit non e-
vectam sed cuius non dubitanter ius dum gra-
dum et malicie superbia offendit et ci-
nim teste teneri dimittit. Tam megam
erexit. Non quod cum pro me erravit quod
quid me voluit. Neque et gratiam pro mihi velle
debeo idem facere quod ille ut beneficium dare
debuit. Nunc quoque iniquus homo qui eum
odit a quo in terra calcatus aut respersus
a quo vellet impulsus est aut quecumque
aliud quod ipsum crede ceruat ~~a quo~~
~~et aliud~~ cum in re sit in iniuria qua ne-
scisse quod faceret. Eadem res efficit ne hic
beneficium dederit, ne ille iniuriam fece-
rit. Et amicum et inimicum non voluntas
facit, ut multos militie morbos eripuit;
quosdam ne ad ruinam domus sue oc-
currerent inimicus vadimonio tenuit;
Nec in piratarum manus pervenirent quidam
naufragio consecuti sunt. Nec his tamen
beneficium debemus, quod extra sensum officii casus
est, ut inimicus cuius nos lis pervenerat
dum vexat ac detinet. Non est beneficium
nisi quod a bona voluntate proficiscitur nisi
illud agnoscit qui dedit. Profuit ali-
quis mihi dum nescit: nihil illi debeo.
Profuit cum vellet nocere: imitabor ipsum.
Ad primum illud revertamur. Ut gratiam referam
aliquam me vis. Ipse ut beneficium mihi da-
ret aliquid fecit. Ut ad alterum transeamus
rem. Vis me hunc gratiam referre? Ut quod a-
vis non secte accepit voles reddam. Nam quod
de tuo loquor qui ubi iniuria in beneficium
delapsus est ut beneficium tibi debeam
parum est noluisse. Beneficium ei voluntas
nuda non efficit, sed quod beneficium non esset
nisi optime ac plenissime voluntati
fortuna deesset. Id eque beneficium non est
nisi fortunam voluntas antecessit. Non enim
profuisse te mihi oportet ut ob hoc tibi obliger
sed ex destino profuisse. Cleanthes exemplo
eiusmodi utitur: Ad quesitum, inquit, et accer-
sendum ex Achademia Platonem duos pu-
eros misi. Alter tota porticu perscrutatus
est, alia quoque loca in quibus inveniri posse
sperabat percurrit et domum non minus
lassus quam irritus rediit. Alter apud

proximum cubiculo recedit et dum magis ad [illegible] et videt tuis emulem platonem quem non spectat in vet

Illum inquit laudabimus puerum qui conpre hendere ipse curat quod iussus est facere. hunc scelerat mentem castigabimus. Voluntas est que apud nos ponit officium cuius in de quid conditio sit ut me debito obstringat partem est illi velle et prestitit partem est prestitis se nisi noluit. Puta enim aliquem do nare noluisse nec donasse. Primum quid eius video si beneficium non video quod consu mat et res et animus. Quid ergo ei qui noluit in perpetuum reddere sed non debet michi debeo ita et qui beneficium in dare sed non potuit. Primum [illegible] non obligatus. Et nolo illi aliquid prestare et ille noluit in [illegible] si benig nior fortuna pro suis prestitit beneficium dedero. non gratiam retuleris. Ille in gratiam debebit referre. hunc iniuriam facit a me iniuriam. Intelligo iam quid velis querere nec opus est te dicere. Voltus tuus loquitur. Si quis sua causa nobis profuit ei ne mquid debere. Aliquid hic ei sepe te conquerentem audio quod quidam homines sibi prestant aliis imputant. Dicam in liberalis sed post istud quod simulet et dum dat et rem equalem ambigua separabo multum enim interest utrum aliquis nobis beneficium det sua causa an et sua et nostra. Ille qui totus ad se spectat et nobis prodest quia aliter prodesse sibi non potest eo loco michi est quo qui pecori suo hibernum et esti vum pabulum prospicit. eo loco est quo qui captivos suos ut commodius veneant pascit et opimos boves saginat et defricat. Quomodo lanista cum familiam summa cura exercet atque ornat. Multum ut ait Cleantes a beneficio distat negotiatio. Rursus non sum tam iniquus ut nichil debeam qui cum michi utilis esset fuit et sibi. Non enim exigo ut sine re spectu sui michi consulat. Immo etiam opto ut beneficium michi dabatur vel magis dari profuit dum id quod dabat duos intuens de derit et inter me se eo quod diviserit licet id ipse ex maiore parte possideat Si modo me in consortium admisit si duos cogitavit ingratus sum non solum iniustus nisi gaudeo hoc illi profuisse quod proderat michi. Summe malignitatis est non vocare beneficium nisi quod dantem ali quo incommodo afficit. Alter qui illi beneficium dat sua causa respondebo. Dicis me contentum te potius in profuisse dicis quomodo

tibi. Puta inquit alter si non posse me ingratum quam si decem captivos eius exima quos captivorum meorum redimeres. Nichil debebis michi enim te servitute et vinculis liberasses. Et qui michi id causa facta adiungi me non debeo. Aliquid ita tua facta adiungi ut sint aliquid mea. Itaque quod redemisti et ea que utilitatem tua fuit et que est redemisse. Itaque debeo non quod redemisti me sed quod eligis. Poteras enim et alterius reddemptione id efficere quod mea utilitate mea partitus es mecum et me in beneficium recepi pis duobus profuturum profers me aliis. Hoc totum mea causa facit. Itaque si proditor tu fecisses esset decem captivorum redemptio dece autem soli captivum remigio, nec tibi quicquam debebit ex his quemquam nichil habes quod cuique imputares a tua utilitate seductum. Non sum interpres beneficii maliciosus nec desidero illud tantum michi dari sed et mihi. Quid ergo si in sortem nomina mea coniecisses et tamen non me inter redime dos exiisset. Nichil debebis in. Immo debebis sed exiguum. Quid sit hoc dicam. Aliquid istam in me tamen facit quod me ad fortunam redemptionis admisisti quod exire nomine exit. sorti debeo. quod exire potuit tibi. Reddito tibi ad beneficium dedisti. cuius maiorem partem fortune debeo; debeo sed hoc ipsum tibi quod fortune debere potui illos sed ex toto prescribo cuius mercenarium beneficium est quod qui dat non computat cuius sed quanti datum sit, est undique in se quisque. Vendet michi aliquis frumentum vivere non possim nisi emero sed non debebo vitam quia emi. Nec quam necessarium fuit estimo sine quo victurus non fui sed quam ingratum quod non habuissem nisi emissem, inquo invehendo mercator non cogitavit quantum auxilii allaturus esset michi sed quantum lucri sibi quod ei non debebo. Vis sto quoniam nec medico quicquam debere te nisi mercedulam dicis nec preceptori quia aliquid numeratis. atque omnium horum apud nos magna caritas, magna reverentia est. Adversus hoc respondetur quedam pluris esse quam emuntur. Emimus a medico rem inexistimabilem vitam ac valitudinem bonam, a bonarum artium preceptore studia liberalia et animi cultum. Itaque hiis non rei pretium sed opere solvitur quod deserviunt quod a rebus suis avocati nobis vacant mercedem non meriti sed occupationis sue ferunt. Aliud tamen dici verius quod statim ponam si prius quomodo istud refelli possit ostendero. Quedam inquit pluris sunt quam veniunt et ob hoc aliquid michi extra pretium quamvis empta sint debes. Primum quod interest

empti sint. eum de pretio nisi empte venderentur quod convenit. Deinde non emi, emi illud suo pretio, sed tuo. Pluris est, inquit, quam venit. Sed pluris vendi non potuit. Pretium autem cuiusque rei pro tempore est. Cum bene ista laudaveris tanti sunt quanto pluris non possunt venire. Preterea nichil venditori debet qui bene emit. Deinde etiam si pluris ista sunt, tamen non ullum gratie munus est, ut non ex usu effectuque, sed ex consuetudine et annona estimentur. Quid tu pretium ponis traicienti maria et per medios fluctus cum a terre conspectu recessit, certam secanti viam et prescienti futuras tempestates, et securis omnibus subito iubenti vela substringi, armamenta demitti, paratos ad subitum procelle et repentinum impetum stare? Huic tamen talis rei premium vectura persolvit. Quanti estimas in solitudine hospitium, in imbre tectum, in frigore balneum et ignem? Scio quanti ista conducturus diversorium subeam. Quantum nobis prestat qui labentem domum suscipit et agentem ex ymo rimas incredibili arte suspendit? Certo et levi pretio fulturam subduxit. Murus nos ab hostibus tutos et a subitis latronum incursionibus prestat. Notum est illas turres pro securitate publica propugnacula habituras excitaturum fabrum quid in die mereatur. Infinitum erit si latius exempla conquiram, quibus appareat parvo magna constare. Quid ergo? quare non medico et preceptori plus quiddam debeo, nec adversus illos mercede fungor? Quia ex medico ac preceptore in amicum transeunt, et nos non arte quam vendunt obligant, sed benigna et familiari voluntate. Itaque medico, si nichil amplius quam manum tangit et me inter eos quos perambulat ponit sine ullo affectu facienda aut vitanda precipiens, nichil amplius debeo, quia me non tamquam amicum videt sed tamquam imperatorem. Nec preceptorem quidem habeo cur venerer, si me in grege discipulorum habuit, si non putavit dignum propria et peculiari cura, si numquam in me direxit animum, et cum in medium effunderet que sciebat, non didici sed excepi. Quid ergo est quare istis debeamus multum? Non quia pluris est quod vendiderunt quam emimus, sed quia nobis ipsis aliquid prestiterunt. Ille magis pependit quam medico necesse est; pro me non pro fama artis extimuit; non fuit contentus remedia monstrare, et admovit; inter sollicitos assedit et suspecta tempora occurrit; nullum ministerium illi oneri, nullum fastidio

fuit. Gemitus meos non securus audivit; in turba multorum invocantium ego illi potissima curatio fui; tantum aliis vacavit quantum mea valitudo permiserat. Huic ego non tamquam medico sed tamquam amico obligatus sum. Alter rursus docendo et laborem et tedium tulit; preter illa que a precipientibus in commune dicuntur aliqua instillavit ac tradidit, hortando bonam indolem erexit, et modo laudibus affecit animum, modo admonitionibus discussit desidiam; dum ingenium latens et pigrum iniecta ut ita dicam manu extraxit, nec que sciebat maligne dispensavit quo diutius esset necessarius, sed cupit si posset universa infundere. Ingratus sum nisi illum inter gratissimas necessitudines meas diligo. Sordidissimorum quoque artificiorum institoribus supra constitutum aliquid adicimus si nobis illorum enixior visa et gubernatori et opifici vilissime mercis et in diem locanti collurarium aspergimus. In optimis vero artibus que vitam aut conservant aut excolunt, qui nichil se plus existimat debere quam pepigit ingratus est. Adice quod talium studiorum traditio miscet animos. Hoc cum factum est, tam medico quam preceptori pretium opere solvitur, animi debetur. Platoni cum flumen nave transisset nec ab illo quicquam portitor exegisset, honori hoc suo datum credens, dixit positum illi esse apud Platonem officium. Deinde paulo post cum alium atque alium gratis eadem cura transveheret sedulite negavit illi iam apud Platonem positum officium. Nam ut tibi debeam aliquid pro eo quod prestas, debes non tantum mihi prestare sed tamquam mihi; non potes ob id quemquam appellare quod spargis in populum. Quid ergo? Nichil tibi debebitur pro hoc? Tamquam ab uno nichil; cum omnibus solvam quod cum omnibus debeo. Negas inquit ullum dare beneficium ei qui me gratuita nave per flumen Padum tulit? Nego. Aliquid boni facit, beneficium non dat. Facit enim sua causa aut utique non mea. Ad summam ne ipse quidem se iudicat beneficium dare, sed aut rei publice aut vicinie aut ambitioni sue prestat, et pro hoc aliud quoddam commodum expectat quam quod a singulis recepturus est. Quid ergo inquit si princeps civitatem dederit omnibus Gallis, si immunitatem Hispanis, nichil hoc nomine debebunt? Quidni debeam?

debebunt autem non tamquam proprium beneficium sed
tamquam publici partem. Illud etiam inquit
cogitationes meae illo tempore ego providissem
profecto. Voluit ipse tunc dare. Ut
in me diceret enim. Ista quaere ei debeam
qui me sibi non substituit cum fecisset
et quod fecerat. Primum cum cogitaret gallis
omnibus prodesse et mihi cogitavit prodesse
Graecum enim gallo et me etsi non meam
publicam tamen notam quam praecedit. Deinde eo
quod illi non tamquam proprium debeo sed quae
unius et populo non tamquam pro me solvam
sed tamquam pro parte quam fecerit. Si quis patriae
meae pecuniam credat non dicam me
illius debitorem nec hoc aes alienum
profitebor aut candidatus aut reus ad exsol
vendum tamen huic portionem meam dabo. Sic
istius muneris quod universis dat debitorem
me nego quia mihi quidem dedit sed non
propter me. et mihi quidem sed nescius an
mihi daret. Nihilominus aliquid mihi depen
dendum sciam. et ad me quod contigit
genus longo pervenit. propter me debet fecisse
quod obliget me. Isto inquit modo
nec soli nec lunae quicquam debes. Non enim
propter me moventur. Sed cum in hoc moveantur
ut universa conservent et propter me moventur
universorum enim pars sum. Adice nunc quod nostra
et horum condicio dissimilis est. Nam qui
mihi prodest ut per me prosit tibi non de
dit beneficium quia a me instrumentum sui fecit
sue utilitatis. Sol autem et luna etsi nobis
prosunt sua causa non: non in hoc tamen prosunt
ut per nos prosint sibi. Quid enim nos
illis conferre possumus. Sciam inquit solem et
lunam nobis velle prodesse si nolle
potuerint. Illis autem non licet non moveri.
Ad summam consistant et opus suum inter
mittant. Hoc vide quot modis ista refellantur.
Non ideo minus vult qui non potest nolle.
Immo maximum argumentum est firmae volun
tatis nec mutari quidem posse. Vir bonus
non potest non facere quod facit. Non enim erit
bonus nisi fecerit. Ergo nec bonus vir
beneficium dat quia facit quod debet. At mul
tum interest utrum dicas non potest hoc facere
quia cogitur an non potest nolle. Nam si necesse
est illi facere non debeo ipsi beneficium
sed cogenti. Si necesse est illi velle ob
hoc quod nichil habet melius quod velit ipse
se cogit. Ita quod tamquam coacto non debebam
tamquam cogenti debeo. Desinant inquit
velle. Hoc loco tibi occurrat quis

tam demens est ut eos neget voluntate
esse cum non periculum desinendi vide
amus quia sit in contrarium ex diverso necesse est
videri debeant velle quod semper volu
erint usque eo certa est ut etiam sit diu
sit quia immutabilis qui potest statim nolle is
non videbitur velle. In tantum nec non cadit
nolle. Agedum inquit si possunt resistant
hec dicis omnia ista certibus intervall
is deducta et in custodia universa dis
posita stationes suas deserant. Subita
confusione rerum sidera sideribus incur
rant et rupta rerum concordia in ru
inam divina labantur contextusque velocitatis
citatissime in tot secula promissas vices
in medio itinere destituatur et quae nunc
eunt alternis redeunt quod opportunis
librantur momentis ex equo temperantia
repentino concrementur incendio. Ut ex
tanta varietate solvantur et in unum omnia
vertantur. Ignis cuncta possideat deinde
in pigra nox occupet et profunda
vorago tot deos sorbeat. Et tanti
ut tu eo arguere ista concede. Prosunt
tibi etiam invito eunt quia tua causa
est si maior illis alia ac potior causa
est. Adice nunc quod non extra cogunt
deos sed sua illis lex aeterna volun
tas est. Statuerunt quae non mutarent.
Itaque non possunt videri facere aliquid
invicti quia quicquid desinere non
possunt perseverare voluerunt. Nec
umquam primi consilii deos penitet. Sine
dubio stare illis et desciscere in contrarium
non licet. Sed non alio quam quod vis sua
illos in proposito tenet nec imbecillitate
permanent. Sed quia non libet ab optimis
errare et sic ire decretum est. In prima
autem illa constitutione cum universa dispo
nerent etiam nostra viderunt rationemque hominis
habuerunt. Itaque non possunt videri sua
tantum causa decurrere et explicare opus
suum quia pars operis sumus et nos.
Debemus ergo soli et lunae et ceteris
celestibus beneficium. quia etsi potiora
illis sunt in quae oriuntur, non tamen in ma
iora ituri iuvant. Adice etiam quod ex desti
nato iuvant ideo quod obligati sumus
qui non in beneficium ignorantium incidi
mus. Sed hec que accepimus acce
pturos sciverunt. Et quamquam maius
illis propositum sit maiorque actus sui
fructus quam servare mortalia tamen in nostras
quoque utilitates a principio rerum mens premissa est

et his ordo nondum datus ut appareret cuius munus nulla hic tantum demum partibus in his prestare et multa non ut gignerent coierunt. Deinde non putandum est nescisse quod effectura erunt, non enim alimenta protinus et ex ea perpendunt nec eos per negligentiam ignavie quibus tam multa generabunt. Cogitaverunt nos ante natura quam fecit nec tam leve opus sumus ut illi potuerimus excidere. Vide quantum nobis permiserit quam non intra homines humani imperii condicio sit. Vide in quantum corporibus vagari liceat quae non coercuit fine terrarum sed in omnem partem sui misit. Vide animi quantum audeant quemadmodum soli aut noverint deos aut querant et mente in altum data divina comitentur. Scies non esse hominem tumultuarium et incogitatum opus. Inter maxima rerum suarum natura nichil habet quo magis glorietur aut certe cui glorietur. Quantus iste furor est controversiam diis muneris sui facere. Quomodo adversus eos hic erit gratus quibus gratiam referre sine impendio non potest. Qui negat se ab hiis accepisse a quibus cum maxime accepit, qui et semper daturi sunt et numquam recepturi. Quanta autem perversitas ob hoc alicui non debere quia etiam inficianti benignus est et continuacionem ipsam seriemque beneficiorum argumentum vocare necessario dantis. Nolo, sibi habeat. Quis illud rogat, et omnes alias impudentis animi voces hiis astrue. Non ideo de te minus meretur is cuius liberalitas ad te etiam dum negas pervenit cuiusque beneficiorum vel hoc maximum est quod etiam querenti daturus est. Non vides quemadmodum teneram liberorum infanciam parentes ad salubrium rerum paciencia cogunt. Flentium corpora ac repugnantium diligenti cura fovent et ne membra vicio libertatis detorqueantur in rectum exitura constringunt et mox liberalia studia inculcant adhibito timore nolentibus. Ad ultimum audacem iuventutem frugalitati pudori moribus honestis si parum sequitur coactam applicant. Adolescentibus quoque iam potentibus sui si remedia metu aut intemperancia reiciunt vis adhibetur et servitus. Itaque beneficiorum maxima sunt que a parentibus accepimus dum aut nescimus aut nolumus. Hiis ingratis et repudiantibus beneficia non quia nolunt (vel nolunt) sed ne debeant similes sunt ex diverso nimis grati qui aliquid incommodi precari solent hiis quibus obligati sunt aliquid adversi in quo affectum memorem

accepti beneficii exhibeant. An hoc recte fiat et pia voluntate queritur. Quorum animus simillimus est pravo amore flagrantibus qui amice sue optant exilium ut desertam fugientemque comitentur. Optant inopiam ut magis desideranti donent. Optant morbum ut assideant et quicquid inimicus optaret amantes vovent. Fere idem itaque exitus est odii et amoris insani. Huic simile quiddam hiis accidit qui amicis incommoda optant que detrahant et ad beneficium iniuria veniunt cum satius sit vel cessare quam per scelus officio locum querere. Quid si gubernator a diis tempestates infestissimas et procellas petat ut gracior ars sua periculo fiat. Quid si imperator deos oret ut magna vis hostium circumfusa castra subito impetu compleat et vallum et fossas deiciat et in ipsis tremente exercitu castellat et in ipsis infestis signa constituat quo maiore cum rebus tamen profligatis succurrat. Omnes isti beneficia sua detestabili via ducunt qui deos advocant contra ipsi quibus se ad eum advocant et quos ad illos sceptrum quam sunt affutura sunt. Inhumana ista et perversa gratitudo est. Cum optas ei de quo bene meritus es non vis tibi esse. Non nocet inquit votum meum quia simul opto et periculum et remedium. Hoc dicis non multum te peccare sed minus quam si sine remedio periculum optares. Nequicia est ut extrahas mergere evertere ut excites ut emittas includere. Non est beneficium iniurie finis nec umquam id detraxisse meritum est quod ipse qui detraxit intulerat. Non vulneres me malo quam sanes. Potes inire graciam si quia vulneratus sum sanas non si vulneras ut sanare possis. Cicatrix numquam nisi collata vulneri placuit quam ita coisse gaudemus ut non fuisse mallemus. Si hoc ei optares cui nullum beneficium haberes inhumanum erat votum. Quanto inhumanius ei optas cui beneficium debes. Simul inquit opto ut possem ferre opem illi. Primum ut te in media parte voti tui occupem iam ingratus es. Nondum audio quid illi velis prestare, scio quid illum velis pati. Sollicitudinem et metum et maius aliquod malum optas. Ut ope tua indigeat hoc contra illum est. Non succurrere illi vis sed solvere. Qui sic properat solvere vult, non solvit. Ita quod unum in voto tuo honestum videri poterat, ipsum turpe et ingratum est, nolle debere. Optas enim non ut tu facultatem habeas referende gratie sed ut ille necessitatem implorande. Superiorem te facis et quod nefas est bene meritum ad pedes tuos mittis. Quanto satius est honesta voluntate debere quam per malam

rem solue. Si imprecari cum [illegible] quod acceperas mi(hi)
pericula [illegible] non nisi quod dederat amitteret.
Nunc ut illa subiciam tibi: iacturam rerum suarum
et statum mutatum et id devotare, ut
in ista beneficia sua iactat. Igitur te putes
ho[illegible] tecum eo tamen prodesse ius optari ne
tu tamen istud votaveris. Quod inter gratum et
tu tamen iudicem par, cum non dubites ad
inimicum pertinere et hostem fecisse. Si exempla
non sapiens et hostes optaverunt capere quas
erant ~~[illegible]~~ hostesque optaverunt capere quas
da urbes, ut servaret, et nunc quasdam
ut ignoscerent; nec id non hostilia vo-
ta ~~quemadmodum nemo nolet [illegible]~~ igitur
quod mitissimum est, post crudelitatem venit,
quod nulla gratia est in debitis vota que
Demum quam gratia ex iudicatis vota quae
necesse est nunquam noleret. Quid is pro quo sunt
succedere. Pessime cum eo agitur, cuius
a diis noleret arte fuerit. Impingere eum
ipsis diis illius et dissimulare pietas
imponis et humanas partes tu personas di-
noscebunt. Si accusatores submitteres
quos deinde removeres, si aliquid illi lite
quam deinde implicatam, qua subinde dissolveres, nec
de tuo scelere dubitaret. Quid me est
partes is sua fraude tempus non vota
nisi quod posteris illi adversarios quibus
non est quod dicas: quam ei iniuriam ista
facis, votum tuum a superna eum non a
iniurioso, immo in iniurioso est, si in votum
exemeris, non efficaces de munere summi
non quicquid optas. Satis est non aliud
debere[?] magis quam si per fecisses. Si vota
tua invaluisset et in hoc valuisset, ut
tutus esses. Primum etiam nunc optas periculum
submittendum auxilio deinde partes quod ei timere
puta. Quid non est post haec? Altera tu condi-
tionem voti tui non sit, ante tempestas
occupat portus ac periculum dubium. Quid
tu existimas tormentum est si accepisse
egisse, vel si servatus fuero trepida
esse, vel si absolutus fuero, causam dixisse
nullius metus tam gratus est finis ut non
gratior sit solida et in concussa securi-
tas. Opta ut reddere in beneficium possis
tum opus erit, non ut opus sit. Si esset in
tua potestate, quod optas, fecisses. Quanto
hoc honestius votum est: opto in eo statu
sit, quo semper beneficia distribuat, nunquam
desideret. Sequatur illum materia, qua tam benig-
ne utitur largiendo iuvandoque, ut nunquam
illi sit dandorum beneficiorum inopia,
datorum paenitentia. Naturam per se [illegible] pronam
ad misericordiam humanitatem clementiam irritet
atque provocet turba gratorum, quos et illi et
habere contingat, nec exspirari necesse sit.
Ipse nulli implacabilis sit, ipsi nemo
placandus. Deinde aequali in eum fortuna
indulgentia perseveret, ut nemo illi possit

esse nisi conscientia gratus. Quanto hec iustiora
vota sunt, quae te in nullam occasionem dif-
ferunt, sed statim gratum faciunt. Quid enim quod
non prohibet referre gratiam prosperis rebus?
Quam multa sunt, per quae quicquid debemus reddere
etiam felicibus possimus. Fidele consilium, as-
sidua conversatio, sermo communis et sine adu-
latione iocundus, aures, si deliberare
velit, diligentes, tutae, si credere, convictus
familiaritas. Neminem tam alte fortuna
posuerit, ut non illi eo magis amicus
desit, quo nihil absit. Ista tristis et omni
voto summovenda occasio ac procul re-
pellenda, ut gratus esse possis. Irati deos
opus est. Non ex hoc gaudium percipere te in-
telligis, quod melius cum agatur cum iniquitas est.
Pone animo tuo carceres, vincula, sordes,
servitutem, bellum, egestatem: hae sunt occa-
siones voti tui. Si quis tecum contraxit,
per ista dimittitur. Quin potius eum potentem
esse vis cum plurimum debes, beatum. Quoniam
non, ut dixi, vetat te referre, cum summa
felicitate praeditus gratiam, nunquam plenam tibi
careres et media iniuria. Quid tu ne-
cessitas debitum est locupletibus solui?
non te quidem multa distringam. Quia sane co-
nusceris, opulenta felicitas. Hoste bo-
tibi nunquam rei inopia laboret magna
fastigia. Quid omnia possidentibus deest?
Solitudo, et ille qui verum dicat et hominem
inter mentientes stupentem ipsa consuetudine
pro rectis blanda audiendi ad ignoran-
tiam veri perductum vindicet a consensu con-
centuque falsorum. Non vides, quemadmodum illos
in praeceps agat extincta libertas
et fides in obsequium servile summissa?
dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetque,
sed adulandi certamen est et unum amicorum
omnium officium, una contentio, quis bla-
ndissime fallat. Ignoraverunt vires
suas et dum se tam magnos quam au-
diunt credunt, attraxere supervacua et
in discrimen omnium bella perventura, utilem etiam
necessariam rupere concordiam, secuti
iram, quam nemo revocabat, multorum san-
guinem hauserunt fusuri novissime
suum; dum vindicant inexplorata pro certis
flectique non minus existimant turpe quam
vinci et perpetua credunt, quae in summum
perducta nutant, ingentia super se ac — vel maxime
suos regna fregerunt; nec intellexerunt in
illa scena vanis et cito defluentibus
bonis refulgente ex eo tempore ipsos nihil
non adversi exspectare debuisse, ex quo
nihil veri audire potuerunt. Cum
bellum ~~[illegible]~~ indiceret Xerses — ex Xersis rege Persarum
animum tumentem oblitumque, quam ca-
ducis confideret, nemo non impulit. Alius
aiebat non laturos nuntium belli

et ad primam adventus famam terga versuros. Alius nichil esse dubii quin illa mole non vinci solum Grecia sed obrui posset; magis verendum ne vacuas desertasque urbes invenirent et profuga hostium fuga vastas solitudines relinquerent non habituris ubi tantas vires exercere possent. Alius illi vix rerum naturam sufficere, angusta esse classibus maria, militi castra, explicandis equestribus copiis campestria, vix patere celum satis ad emittenda omni manu tela. Cum in hunc modum multa undique iactarentur que hominem nimia estimatione sui furentem concitarent, Demaratus Lacedemonius solus dixit ipsam illam qua sibi placeret multitudinem indigestam et gravem metuendam esse ducenti; non enim vires habere sed pondus; immodica nunquam regi posse, nec diu durare quicquid regi non potest. In primo inquit statim monte Lacones obiecti dabunt tibi sui experimentum. Tot ista gentium milia trecenti morabuntur; herebunt in vestigio fixi et commissas sibi angustias tuebuntur et corporibus obstruent. Tota illos Asia non movebit loco. Tantas minas belli et pene totius generis humani ruentis impetum paucissimi sustinebunt. Cum te mutatis legibus suis natura transmiserit, in semita herebis et estimabis futura damna cum putaveris quanti Thermopilarum angusta constiterint. Scies te fugari posse cum scieris posse retineri. Cedent quidem tibi pluribus locis velut torrentis modo ablati, cuius cum magno terrore prima vis defluxit; deinde hinc atque illinc coorientur et tuis te viribus prement. Verum est quod dicitur, maiorem belli apparatum esse quam qui recipi ab his regionibus possit quas oppugnare constituis. Sed hec res contra nos est; ob hoc ipsum te Grecia vincet quia non capit; uti toto te non potes. Preterea que una rebus salus est, occurrere ad primos rerum impetus et inclinatis opem ferre non potes, nec fulcire ac firmare labentia; multo ante vinceris quam victum esse te sentias. Ceterum non est quod exercitum tuum ob hoc sustineri putes non posse quia numerus eius duci quoque ignotus est. Nichil tam magnum est quod perire non possit; cui nascitur in perniciem, ut alia quiescant, ex ipsa magnitudine sua causa. Acciderunt que Demaratus predixerat; divina atque humana impellentem et mutantem quecunque obstiterant trecenti stare iusserunt. Stratusque per totam passim

sunt · nec religio quidem · que inter
arma hostilia supplices texit ulla
impedimentum est ruentium in predam
Hic ex privata · hic ex publico · hic
ex prophano · hic sacro rapit · hic
effringit · hic transilit · hic non contentus
angusto itinere · ipsa quibus arcetur
evertit et in lucrum ruina venit · hic sine
cede populatur · hic spolia cruenta
manu gesta · Nemo non fert aliquid
ex altero · In hac aviditate generis
humani · O quam tu miser fortune communis
oblitus es qui quosdam referentes inter
rapientes · Si indignaris ingratos esse
indignare luxuriosos · indignare avaros
indignare impudicos · indignare egros
deformes · senes pallidos · Est istud
grave vitium · est intollerabile · et
quod dissociet homines · quod concordiam qua
imbecillitas nostra fulcitur · scindat ac
dissipet · Sed usque eo vulgare est · ut illud
ne qui querit quidem effugerit · Cogita
tecum an quibuscunque debuisti gratiam
retuleris · an nullum unquam aput te pe-
rierit officium · an omnium te beneficiorum me-
moria comitetur · videbis que puero
data sunt ante adolescentiam elapsa
que in iuventutem collata sunt non perdu-
rasse in senectute · Quedam perdidimus
quedam proiecimus · quedam ex conspectu nostro
paulatim exierunt · a quibus oculos
avertimus · ut excusem tibi imbecillita-
tem · In primis fragile est memoria et
rerum turbe non sufficit · necesse est quantum
recipit emittat · et antiquissima
recentissimis obruat · Sic factum est
ut minima aput te nutricis esset
auctoritas · quia beneficium eius longius
etas sequens posuit · Sic factum est ut pre-
ceptoris tibi non esset ulla veneratio

Dic nunc ut certe consularia occupato comitia vel ut sacerdotiorum candidato suffragator excideret. Et fortasse invenies de quo quereris, si te diligenter excusseris. In primis invenies iniquumque publico crimini irasceris. Stulte, tuo ut absolvaris, ignosce. Meliorem illum facies ferendo, utique peiorem exprobrando. Non est quod frontem eius indures. Sine, si quid est pudoris residui, servet. Saepe dubiam verecundiam vox ultionis clarior rupit. Nemo id esse quod iam videtur timet; deprensus pudorem amittit. Perdidi beneficium. Numquid quae consecravimus perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficium est, etiam si male respondit, bene collatum. Non est ille qualem speravimus; simus nos quales fuimus, ei dissimiles. Damnum non tunc factum est, apparuit. Ingratus non sine nostro pudore protrahitur. Coram quidem querela amissi beneficii non bene dati signum est. Quantum possumus, causam eius apud nos agamus: fortasse non potuit, fortasse ignoravit, fortasse facturus est. Quaedam nomina bona lentus et sapiens creditor fecit, qui sustinuit ac mora fovit. Idem nobis faciendum est; nutriamus fidem languidam. Perdidi beneficium. Stulte, non nosti detrimenti tui tempora: perdidisti, sed tunc cum dares; nunc palam factum est. Etiam in his quae videntur in perdito, moderatio multum profuit: ut corporum, sic animorum molliter vitia tractanda sunt. Saepe quod explicari pertinacia potuisset, violentia trahentis abruptum est. Quid opus est maledictis? quid querelis? quid insectatione? Quare illum liberas? quare dimittis? Si ingratus est, iam nihil debet. Quae ratio est exacerbare eum in quem magna contuleris, ut ex amico dubio fiat non dubius inimicus et patrocinium sibi nostra infamia quaerat? Nescio quid est quod ei, cui tantum debuit, ferre non potuit; subest aliquid. Nemo non superioris dignitatem querendo, etiam si non inquinavit, aspersit. Nec quisquam fictis levibus contentus est: magnitudine mendacii fidem quaerit. Quanto illa melior via, qua servatur illi species amicitiae et, si reverti ad sanitatem velit, etiam amicitia! Vincit malos pertinax bonitas, nec quisquam tam duri infestique adversus diligenda animi est, ut etiam vi bonos non amet, quibus coepit debere quod impune non solvit. Ad illas itaque cogitationes tuas flecte: non est mihi relata gratia. Quid faciam? Quod dii, omnium rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perseverant. Alius illis obicit neglegentiam nostri, alius iniquitatem adversus nos; alius illos extra mundum suum proicit et ignavos hebetesque sine luce, sine ullo opere destituit; alius solem, cui debemus quod inter laborem quietemque tempus divisimus, quod non tenebris mersi confusionem aeternae noctis effugimus, quod annum cursu suo temperat et corpora alit, sata evocat, percoquit fructus, saxum aliquod aut fortuitorum ignium globum et quidvis potius quam deum appellat. Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arrident, non cessant dii beneficia congerere de beneficiorum auctore dubitantibus, sed aequali tenore bona sua per gentes populosque distribuunt; unam potentiam sortiti, prodesse. Spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu movent, sidera cursu notant tempora, hiemes aestatesque interventu lenioris spiritus molliunt, errorem labentium animarum placidi ac propitii ferunt. Imitemur illos; demus, etiam si multa in irritum data sunt; demus nihilominus aliis, demus ipsis, apud quos iactura facta est. Neminem ad excitandas domos ruina deterruit, et cum penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc area ponimus et urbes haustas saepius eidem solo credimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terra marique humana opera cessarent, nisi male temptata retemptare libuisset. Ingratus est: non mihi fecit iniuriam, sed sibi; ego beneficio meo, cum darem, usus sum. Nec ideo pigrius dabo, sed diligentius; quod in hoc perdidi, ab aliis recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo iterum et tamquam bonus agricola cura cultuque sterilitatem soli vincam. Perit mihi beneficium, iste omnibus. Non est magni animi beneficium dare et perdere: hoc est magni animi, perdere et dare. Explicit liber vii et

Huius Annei Senece de beneficiis liber explicit deo gracias

Collatus et emendatus est diligenter

Annei Senece ad Lucilium de naturalibus questionibus incipit liber primus

Quantum inter philosophiam interest, Lucili virorum optime, et ceteras artes, tantum interesse existimo in ipsa philosophia inter illam partem que ad homines et hanc que ad deos pertinet. Altior est hec et animosior; multum permisit sibi; non fuit oculis contenta; maius esse quiddam suspicata est et pulchrius quod extra conspectum natura posuisset. Denique tantum inter duas interest quantum inter deum et hominem. Altera docet quid in terris agendum sit, altera quid agatur in celo. Altera errores nostros discutit et lumen admovet quo discernantur ambigua vite; altera multum supra hanc in qua volutamur caliginem excedit et e tenebris ereptos illo perducit unde lucet. Et quidem tunc rerum nature gratias ago cum illam non ab hac parte video que publica est, sed cum secretiora eius intravi, cum disco que universi materia sit, quis auctor sit aut custos, quid sit deus; totus in se intendat an et ad nos aliquando respiciat; faciat quotidie aliquid an semel fecerit; pars mundi sit an mundus; liceat illi hodieque decernere et ex lege fatorum aliquid derogare, an maiestatis diminutio sit et confessio erroris mutanda fecisse. Necesse est enim ei eadem placere cui nisi optima placere non possunt; nec ob hoc minus liber et potens est; ipse enim est necessitas sua. Nisi ad hec admitterer, non fuerat nasci. Quid enim erat cur in numero viventium me positum esse gauderem? An ut cibos et potiones percolarem? ut hoc corpus causarium ac fluidum periturumque nisi subinde impleatur farcirem et viverem egri minister? ut mortem timerem, cui uni nascimur? Detrahe hoc inestimabile bonum, non est vita tanti ut sudem et estuem. O quam contempta res est homo nisi super humana surrexerit! Quamdiu cum affectibus colluctamur, quid magnifici facimus? etiam si superiores sumus, portenta vincimus. Quid est cur suspiciamus nosmet ipsos quia dissimiles deterrimis sumus? Non video quare sibi placeat qui robustior est in valitudinario. Multum interest inter vires et bonam valitudinem. Effugisti vitia animi: non est tibi frons ficta nec in alienam voluntatem sermo compositus, nec cor involutum, nec avaritia que quicquid omnibus abstulit sibi ipsa neget, nec luxuria pecuniam turpiter perdens quam turpius reparet, nec ambitio que te ad dignitatem nisi per indigna non ducet. Nichil adhuc et consecutus es; multa effugisti, te nondum. Virtus enim ista quam affectamus magnifica est, non quia per se beatum est malo caruisse, sed quia animum laxat ac preparat ad cognitionem celestium dignumque efficit qui in consortium deo veniat. Tunc consummatum habet plenumque bonum sortis humane, cum calcato omni malo petit altum et in interiorem nature sinum venit. Tunc iuvat inter ipsa sidera vagantem divitum pavimenta ridere et totam cum auro suo terram, non illud tantum dico quod egessit et signandum monete dedit, sed et illud quod in occulto servat posterorum avaritie. Non potest ante contemnere porticus et lacunaria ebore fulgentia et tonsiles silvas et derivata in domos flumina, quam totum circuit mundum et terrarum orbem superne despiciens angustum et magna ex parte opertum mari, etiam ea parte qua extat late squalidum et aut ustum aut rigentem, sibi ipse ait: Hoc est illud punctum quod inter tot gentes ferro et igne dividitur? O quam ridiculi sunt mortalium termini! Ultra Histrum Dacus non exeat, Strimon Thracas includat; Parthis obstet Eufrates, Danubius Sarmatica ac Romana disterminet, Renus Germanie modum faciat, Pireneus medium inter Gallias et Hispanias iugum extollat, inter Egyptum et Ethiopas arenarum inculta vastitas iaceat. Si quis formicis det intellectum hominis, nonne et ille unam aream in multas provincias divident? Cum te in illa vere magna sustuleris, quotiens videbis exercitus subrectis ire vexillis et quasi magnum aliquid agatur equitem modo ulteriora explorantem, modo a lateribus affusum, libebit dicere: It nigrum campis agmen; formicarum iste discursus est in angusto laborantium. Quid illis et nobis interest nisi exigui mensura corpusculi? Punctum est istud in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis minima, etiam cum illis utrimque occeanus occurrit. Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur, et ita si secum minimum ex corpore tulit, si sordidum omne detersit et expeditus levisque ac contentus modico emicuit. Cum illa tetigit, alitur, crescit, ac velut vinculis liberatus in originem redit, et hoc habet argumentum divinitatis sue quod illum divina delectant, nec ut alienis interest, sed ut suis. Secure spectat occasus

Sydera alia oriri et alia dimergi quorundam
vias observat ut que stella primum
terris lumen ostendat, ubi culmen eius
summum quo cursus sit, quousque descendat.
Curiosus spectator excutit singula
et querit. Quidni querat? scit illa ad
se pertinere. Tunc contemnit domicilii prioris
angustias. Quantum enim est quod ab ultimis
litoribus Hyspanie usque ad Indos
iacet? Paucissimorum dierum spatium si na-
vem suus ventus implevit. At illa re-
gio celestis per triginta annos velocis-
simo sideri viam prestat nusquam resistenti
sed equaliter cito. Illic demum discit quod
diu quesivit et illic incipit deum esse.
Quid est deus? mens universi. Quid est deus?
quod vides totum et quod non vides
totum. Sic magnitudo sua illi redditur
qua nichil maius excogitari potest si solus
est omnia, opus suum et extra et intra
tenet. Quid ergo interest inter naturam dei et naturam
nostram? Nostri melior pars animus est, in illo nulla
pars extra animum. Totus ratio est. Cum interim
totus error mortalia teneat ut hoc
quo neque formosius est quicquam neque
dispositius neque in proposito constantius
existiment homines fortuitum et casu
volubile, ideoque tumultuosum inter
fulmina, nubes, tempestates et cetera quibus
terre ac terris vicina pulsantur. Nec hec intra
vulgum dementia est sed sapientiam quoque pro-
fessos contingit. Sunt qui putant sibi ipsis
animum esse et quidem providum et dispensantem
singula et sua et aliena, hoc autem
universum in quo nos quoque expertes esse
et consilii et aut ferri temeritate quadam
aut natura nesciente quid faciat. Quam utile
existimas ista cognoscere et rebus
terminos ponere, quantum deus possit, materiam
an ideam ipse sibi formet an data utatur,
utrum idea materie prius superveniat an materia idee,
et deus quicquid vult efficiat an in multis
rebus illum tractanda destituant et
a magno artifice prave formentur multa,
non quia cessat ars sed quia id in quo
exercetur sepe inobsequens arti est. Hec in-
spicere, hec discere, his incubare
nonne transilire est mortalitatem suam
et in meliorem transcribi sortem? Quid
tibi inquis ista proderunt? Si nichil aliud
hoc certe: sciam omnia angusta esse mensus deum.

Nunc ut ad propositum [...] veniam
opus, audi quid de ignibus
philosophia velit quos aer transversos
agit. Magnam illos vi excuti
argumentum est quod obliqui feruntur
et prerapida celeritate. Apparet illos non
ire sed proici. Ignium multe varieque facies
sunt. Aristoteles quoddam genus illorum
capram vocat. Si me interrogaveris quare,
prior mihi rationem reddas oportet quare
hedi vocentur. Si autem, quod est commodissimum,
convenit inter nos ne alter alterum inter-
roget quod dicat ille respondere, satius
erit de re ipsa querere quam mirari quid
ita Aristoteles globum ignis
appellavit capram. Talis enim forma
fuit eius qui bellum adversus Persen
Paulo gerente lunari magnitudine
apparuit. Vidimus nos quoque non semel flammam
ingentis pile specie, que tamen in ipso cursu suo
dissipata est. Vidimus circa divi Augu-
sti excessum simile prodigium, vidimus eo tempo-
re quo de Seiano actum est, nec Germa-
nici mors sine denuntiatione tali
fuit. Dices: Ergo tu in tantis erroribus
es ut existimes deos mortium signa
premittere, et quicquam in terris tam
magnum quod perire mundus sciat? Erit
aliud istius rei tempus. Videbimus
an certus omnium rerum ordo ducatur et alia
aliis ita complexa sint ut quod ante-
cedit aut causa sit sequentium aut signum.
Videbimus an diis humana cure sint,
aut series ipsa quid facturum sit certis
rerum notis nuntiet. Interim il-
lud existimo eiusmodi ignes
existere aere vehementius trito cum
inclinatio eius in alteram partem facta
est et non cessit sed inter se pugnavit.
Ex hac vexatione nascuntur trabes
et globi et faces et ardores. At
cum levius collisus et ut ita dicam
strictus est, minora lumina excutiuntur, tunc
volantia sidera ducunt. Tunc ignes
tenuissimi iter exile designant et
celo producunt. Ideo nulla sine eius-
modi spectaculis nox est; non enim opus est
ad efficienda ista magno aeris
motu. Denique ut breviter dicam
eadem ratione ista fiunt qua fulmina sed vi
minore: quemadmodum nubes mediocriter
collise fulgurationes efficiunt, ma-
iore impetu impulse fulmina mittunt.
Aristoteles eius rei reddit talem
rationem: varia et multa terrarum orbis expirat, que-
dam umida, quedam sicca, quedam calentia,
quedam concipiendis ignibus idonea.
Nec mirum est si terre omnis generis et
varia evaporatio est, cum in celo quoque

non numquam appareat color eorum: si acrior
sit similitudine rubor martis remissior
Iovis nullus in lucem puram nitore
perducto necesse est ergo in copia magna
corpusculorum que terre eiciuntur et in
superiorem agunt partem aliqua in nubes
pervenire alimenta ignium que tantum colli-
sa possint ardere. si ea afflata radiis
solis. Nam apud nos quoque stramenta
sulphure aspersa ignem ex intervallo
trahunt. veri ergo simile est. Item materiam in
nubes congregatam facile succendi et
minores maiores ve ignes subsistere
prout illis fuit plus aut minus virium
Illud enim stultissimum existimare aut stellas
decidere et transilire aut aliquid illis au-
ferri et abradi. Nam si hoc fuisset iam
defuissent. Nulla enim nox est qua non plurime
ire et in diversum videantur abduci atque
quo solet queque invenitur loco magnitudo
sua singulis constat. Sequitur ergo ut infra
illas ista nascantur et cito intercidant
quia sine fundamento et sede certa
sunt. Quare ergo non interdiu quoque transcurrunt quia non
apparent. Quemadmodum ille latet et solis
fulgore obumbrantur sic faces quoque di-
scurrunt interdiu sed abscondit eas diurni
luminis claritas. Si quando tamen tanta vis emicuit
ne et adversus diei vindicare sibi suum
fulgorem possint apparent. Nostra quoque
etas non semel vidit diurnas fa-
ces alias ab oriente in occidentem
versas alias ab occasu in ortum. Argumen-
tum tempestatis naute putant cum multe
transvolant stelle. quod si signum ventorum
est ibi venti sunt in aere qui medius
inter lunam et stellas est. In magna tempesta-
te apparent quasi stelle velo insidentes
adiuvari se tunc periclitantes existimant
pollucis et castoris numine. Causa autem
melioris spei est quod iam apparet
frangi tempestatem et desinere ventos
Aliquid feruntur ignes non sedent. Gilip-
po syracusas petenti visa est stella
super ipsam lanceam constitisse. In roma-
norum castris visa sunt ardere pila ig-
nibus scilicet in illa delapsis qui sepe fulmi-
num more animalia ferire solent et arbu-
sta. sed si minore vi mittuntur defluunt tantum
et insidunt non feriunt nec vulnerant
alii inter nubes eliduntur alii sereno quoque celo
si quando tonat ex eadem causa qua nubilo ae-
re inter se collisi. qui aer etsi est lucidior
ac siccior coire tamen et facere corpora
quedam similia nubibus potest que percussa reddant sonum

Quandoque autem
fiunt trabes quandoque clipei et
vastorum imagines ignium ubi
in talem materiam incidit similis causa sed
Videamus nunc quemadmodum fiat is fulgor
qui sidera circumvenit. Memorie proditum
est quo die divus Augustus urbem
ex apollonia reversus intravit circa
solem visum coloris varii circulum qualis
esse in arcu solet. Hunc greci halo
vocant quem nos dicere coronam apti-
ssime possumus. Quemadmodum fieri dicatur ex-
ponam. Cum in piscinam lapis missus
est videmus in multos orbes aquam di-
scedere et primum angustissimum orbem
deinde laxiores ac deinde maiores
donec evanescat impetus et in pla-
nitiem immotarum aquarum solvatur. Tale
quid cogitemus fieri etiam in aere
cum spissior factus est plagam sentire
potest lux solis aut lune vel cuiuslibet
sideris incurrens recedere illum in cir-
culos cogit. Nam humor et aer et
omne quod ex ictu formam accipit
in talem habitum impellitur qualis est eius
quod impellit. Omne autem lumen ro-
tundum est. ergo et aer percussus lumi-
ne in hunc modum exhibit. Ob hoc tales
splendores greci areas vocant
quia fere terendis frugibus loca
destinata rotunda sunt. Nos autem
non existimemus ista sive aree
sive corone sint in vicinia siderum
fieri. plurimum enim ab his absunt quamvis
cingere ea et coronare videantur. Non lon-
ge a terra fit talis effigies quam visus
noster solita imbecillitate deceptus
circa ipsum sidus putat positam. In vicinia
autem solis et stellarum nihil tale potest fieri
quia illic tenuis ether est. Nam for-
me crassis demum spissisque corporibus
imprimi solent in subtilibus non habent
ubi consistant aut hereant. In balneis
quoque circa lucernam tale quiddam aspici
solet ob aeris densi obscuritatem
frequentissime autem austro cum celum
maxime grave et spissum est. Nonnumquam
paulatim diluuntur et desinunt. Nonnum-
quam ab aliqua parte rumpuntur et inde ventum
naute expectant unde contexta
corone perit. Si ab septentrione
discessit aquilo erit. Si ab occidente
favonius. Quod argumentum est intra eam partem
celi has fieri coronas intra quam

venti esse solet. Corruptiora aut non habent coronas, quia nec velocius quidem habent argumentum. Et illud admixtum, coronam nullam colligi nisi stabili aere et pigro vento. Aliter non solet aspici. Nam qui stat aer impelli et deduci et in aliquam faciem fingi potest. Is autem qui fluit ne feritur quidem lumine; non enim formatur nec resistit, quia prima quaeque pars eius dissipatur. Numquam ergo ullum sidus talem effigiem cingebit nisi cum aer erit densus atque immotus et ob hoc custodiens incidentem in se rotundi luminis lineam. Nec sine causa. Repete enim exemplum quod paulo ante proposui. Lapillus in piscinam et lacum et alligatam aquam missus circulos facit innumerabiles. At hoc idem non facit in flumine. Quare? quia omnem figuram fugiens aqua distrahit. Idem ergo in aere evenit, ut ille qui manet possit figurari, at ille qui rapitur et currit non det sui potestatem et omnem ictum venientemque formam exturbet. De quibus dixi: cum dilapsae sunt aequaliter et in semetipsas evanuerunt, significatur aeris quies et otium et tranquillitas. Cum ad unam partem cesserint, illinc ventus est unde finduntur. Si rupta pluribus locis sunt, tempestas fit. Quare accidat ex his quae iam posui intelligi potest. Nam si facies universa subsedit, apparet in aequo temperatum et ideo placidum aerem. Si ab una parte intercisa est, apparet illinc aerem incumbere, et ideo illa regio ventum dabit. At cum undique concerpta et lacerata est, manifestum est a pluribus partibus in illam impetum fieri et inquietum aera hinc atque illinc assilire. Itaque ex hac inconstantia caeli tam multa tempestatis et undique laborantis futura tempestas ventorum pluriumque apparet. Haec coronae noctibus fere circa lunam et alias stellas notantur, interdiu raro, adeo ut quidam ex Graecis negaverint omnino eas fieri, cum illos historiae coarguant. Causa autem huius est quod fortius solis lumen est et aer agitatus ab illo calefactusque solutior est. Lunae autem inertior vis est et ideo facilius a circumposito aere sustinetur. Aeque sidera cetera infirma sunt nec perrumpere aera vi

sua possunt. Excipitur itaque illorum imago et in materia solidiore ac minus cedente servatur. Debet enim nec tam spissus esse ut excludat ac summoveat a se lumen immissum, nec tam tenuis aut solutus ut nullam venientibus radiis moram praebeat. Haec noctibus temperatio contingit, cum sidera circumiectum aera luce leni non pugnaciter nec aspere ferientia spissiorem quam solet esse interdiu inficiunt.

Quare luna non facit arcum ut sol in nocte

At contra arcus non fit in nocte nisi admodum raro, quia luna non habet tantum virium ut nubes transeat et illis colorem suffundat qualem accipiunt sole perstrictae. Sic enim formam arcus discoloris accipiunt, quia aliae partes in nubibus tumidiores sunt, aliae summissiores, quaedam crassiores quam ut solem transmittant, aliae nubes imbecilliores quam ut excludant. Haec inaequalitas alternis lucem umbramque permiscet et exprimit illam mirabilem arcus varietatem. Altera arcus causa eiusmodi redditur. Videmus cum fistula aliquo loco rupta est aquam per tenue foramen elidi, quae sparsa contra solem oblique positum faciem arcus repraesentat. Idem videbis accidere si quando volueris observare fullonem: cum os aqua implevit et vestimenta tendiculis diducta leviter aspergit, apparet varios edi colores in illo aere asperso, quales fulgere in arcu solent. Huius rei causam in umore esse ne dubitaveris; non fit enim umquam arcus nisi nubilo. Sed quaeramus quomodo fiat. Quidam aiunt esse aliqua stillicidia quae solem transmittant, quaedam magis coacta quam ut transluceant; itaque ab illis fulgorem reddi, ab his umbram, et sic utriusque intercursu effici arcum in quo pars fulgeat quae solem recipit, pars obscurior sit quae exclusit et ex se umbram proximis fecit. Hoc ita esse quidam negant. Poterat enim videri umbra et lux causa, si arcus duos tantum haberet colores et si ex lumine umbraque constaret. Sed nunc diversi luceant [?] tantum ille colores, ipse tamen fata [?] facie luna fallit et usque adeo ut facile ... tam ultra distantia tangit. Videmus in veste aliquid flammei, aliquid

luteum aliquid cerulei et alia in picture
modum subtilibus lineis ducta ut an
picta ut an dissimiles colores sint
scire non possis nisi cum primis extrema
contuleris nam commissura decipit usque
adeo mira arte nature quod a simillimo
cepit et in dissimilia desinit quid
ergo istic duos colores facit lucis et
umbre cum innumerabilium sit reddenda
ratio quidam ita existimant arcum
fieri dicunt in ea parte in qua pluit sin-
gula stillicidia pluvie cadentis sin-
gula specula esse a singulis ergo yma-
ginem reddi solis deinde multas
ymagines ymmo innumerabiles et de-
vexas et in preceps transeuntes confundi
itaque et arcum esse multarum ymaginum
solis confusionem hoc sic colligunt
pelves inquit mille sereno die pone
et omnes habebunt ymagines solis
at contra ingens stagnum non habebit
nisi ymaginem unam quare quia omnis
circumscripta levitas et circumdata suis
finibus speculum est itaque piscinam ingen-
tis magnitudinis in plures divide et
totidem illa habebit ymagines solis
quot lacus habuerit relinque illam sicut
est diffusa semel tibi ymaginem red-
det nichil refert quam exiguus sit
humor vel lacus si determinatus est speculum
est ergo stillicidia illa infinita que
ymber cadens defert totidem specula sunt
facies vel species habent hec contra intuenti
perturbata apparent nec dispiciuntur in-
tervalla quibus singula distant spatio
prohibente discerni deinde pro singulis
apparet una facies turbida ex omnibus
aristoteles idem iudicat ab omni inquit
levitate acies radios suos re-
plicat nichil autem levius aqua et ae-
re ergo etiam ab aere spisso visus noster
in nos redit ubi vero acies hebes et in-
firma est qualibet aeris ictu de-
ficit quidam itaque hoc genere valitudinis
laborant ut ipsi sibi videantur occurrere
ut ubique ymaginem suam cernant
quare quia infirma vis oculorum non per-
rumpit quidem sibi aerem proximum sed
resistit itaque quod in aliis efficit den-
sus aer in his facit omnis satis
enim valet qualiscumque ad imbecillam
aciem repellendam longe autem ma-
gis visum nostrum nobis remittit aqua quia
crassior est et pervinci non potest sed radios
luminum nostrorum moratur et eo unde
exierunt reflectit ergo cum multa

stillicidia sint totidem specula sunt sed quia
parva sunt solis colorem sine figura ex-
primunt deinde cum in stillicidiis innumera-
bilibus et sine intervallo cadentibus
reddantur idem color incipit facies esse
non multarum ymaginum intermissarum sed
unius longe atque continue quomodo inquis
tu mihi multa milia istic ymaginum esse
dicis nullam video et cum solis color
unus sit ymaginum diversus est ut et hec que
proposuisti refellam et alia que non minus
refellenda sunt illud dicam oportet nichil
acie nostra fallacius non tantum in his a
quibus subtiliter pervidendis illam
locorum diversitas summovet sed et in his que
ad manum cernit remus integer
in tenui aqua fracti speciem reddit
poma per vitrum aspicientibus multo
maiora sunt columnarum intervalla
porticus longioris iungit ad ipsum solem
revertere hunc quem toto orbe terrarum
maiorem probat ratio acies nostra sic contraxit
ut sapientes viri pedalem
esse contenderent quem velocissimum
omnium scimus nemo nostrum moveri videt
nec ire crederemus nisi appa-
reret isse mundum ipsum precipiti velocitate
labentem et ortus occasusque intra
momentum temporis revolventem nemo nostrum
sentit procedere quid ergo miraris si oculi
nostri imbrium stillicidia non sepa-
rant et ingens spatium intuentibus
minutarum ymaginum discrimen
interit illud esse dubium nulli potest
quin arcus ymago solis sit roscida
et cava nube concepta quod ex hoc
tibi appareat numquam non adversa soli
est sublimis aut humilis prout ille
se submisit aut sustulit contrario motu
illo enim descendente altior est alto
depressior sepe talis nubes a latere
solis est nec arcum efficit quia non
ex recto ymaginem trahit varietas
autem non ob aliam causam fit quam quia
pars coloris a sole est pars a nube
illa humor autem modo ceruleas lineas
modo purpure similes et luteas aut igne-
as ducit duobus coloribus hanc vari-
etatem efficientibus remisso et intenso
sic enim et purpura eodem conchilio non
in unum modum exit interest quamdiu mace-
rata sit crassius medicamentum an aquati-
us traxerit sepius mersa sit
et excocta an semel tincta non
est mirum si cum due res sint sol et nubes
id est corpus et speculum si tot colorum genera

colorem exprimunt qui in multis gemmis possit
aut mutari aut languescere. Alius est co-
lor exurgens inde. Illius ex obtuso
et tenuiore. In aliis rebus variantibus
fit, et non gemmis quod manu tenere
possimus et late spectanda mittendam.
Dic, apparet duas causas esse arcus, solem
nubemque: quia nec sereno umquam fit nec nu-
bilo ita sol latet. Ergo utique ex his est
quorum sine altera non est.
Iam nunc illud accedit, quod eque manifestum
est, speculi ratione ymaginem reddi,
quia numquam nisi e contrario redditur, id est
nisi ex altera parte stetit quod appareat, ex
altera quod ostendit. Rationes que non
persuadent sed cogunt a geometris pro-
feruntur, nec dubium cuiquam relinquitur
quin arcus ymago solis sit male ex-
pressa ob vitium figuramque speculi. Nos
interim temptemus alias probationes que
de plano legi possint. Inter argumenta
sic nascentis arcus pono quod cele-
rime nascitur. Ingens enim variumque
corpus celo intra momentum subtexitur et
eque celeriter aboletur. Nichil autem tam
cito redditur quam a speculo ymago. Non
enim facit quicquam sed ostendit. Parianus
Artemidorus adicit etiam ad quale
genus nubis esse debeat quod talem
soli ymaginem reddit. Si speculum,
inquit, concavum feceris quod sit secte pi-
le pars, si extra medium constiteris, quicumque
iuxta te steterint inversi tibi vi-
debuntur, propiores a te quam a speculo.
Idem, inquit, fieri cum rotundam et cavam
nubem intuemur a latere, ut solis
ymago a latere discedat, propiorque
nobis sit et in nos magis conversa. Co-
lor igneus a sole, ceruleus a
nube, ceteri utriusque mixture.

Contra hec illa dicuntur. De spe-
culis due opiniones sunt. Alii
enim in illis simulacra
cerni putant, id est corporum nostrorum
figuras a nostris corporibus emissas
ac separatas. Alii ymagines aiunt
non esse in speculo, sed ipsa aspici
corpora retorta oculorum acie et in
se rursus deflexa. Nunc nichil
ad rem pertinet quomodo ipsas videamus,
sed quomodo ymago similis debeat ex speculo
reddi. Quid autem tam dissimile
quam sol et arcus, in quo neque co-
lor neque magnitudo apparet? Arcus
longior amplior quam sit, longe quam ea

parte qua fulget rubeo rubicundior, ce-
teris vero coloribus diversus. Deinde cum
velis speculum aeri opponere, debes corpus
in candore equalitate eiusdem nitorem.
Atqui nulle nubes habent similitudinem
speculi. Per medias sepe transimus nec
in illis nos cernimus. Qui montium
summa conscendunt spectant nubem,
nec tamen ymaginem suam in illa cernunt.
Singula stillicidia singula specula sunt.
Concedo, sed illud nego, ex stillicidiis
constare nubem. Habent quedam ex quibus fieri
stillicidia possunt, non ipsa. Ne aquam quidem
habent nubes, sed materiam future aque. Concedam
tibi et guttas innumerabiles in nubi-
bus esse et illas faciem reddere: non tamen om-
nes unam reddunt, sed singulas singule.
Deinde inter se specula coniunge, in unam
ymaginem non coibunt, sed quelibet parti-
cula in se rei similitudinem claudet. Sunt
quedam specula ex multis minutisque
composita, quibus si unum ostenderis hominem,
populus apparet, unaquaque parte faciem
suam exprimente. Hec cum sint coniuncta et
simul collocata, nichilominus seducunt
ymagines suas et ex uno turbam
efficiunt. Ceterum catervam illam non
confundunt, sed diruptam in facies singulas
distrahunt. Arcus vero uno circumscriptus du-
ctu, una totius est facies. Quid ergo,
inquit, non ex aqua rupta fistula
sparsa et remo excussa habere
quiddam simile his quos videmus
in arcu coloribus solet? Verum est, sed non
ex hac causa ex qua tu videri vis, quia
unaquaque stilla recepit ymaginem
solis. Citius enim cadunt stille quam ut
concipere ymaginem possent. Statimque
ut id quod mutat excipiat. Quid
ergo fit? Colorem non ymaginem ducunt,
ex quo videt ut dicit Nero Cesar di-
sertissime: colla Cythereiace splendent
agitata columbe; et variis coloribus
pavonum cervix quotiens aliquo
deflectitur nitet. Numquid ergo dicemus spe-
cula eiusmodi plumas, quarum omnis in-
clinatio in colores novos transit? Non
minus nubes diversam speculis naturam
habent quam aves quas retuli et came-
leontes et reliqua animalia, quorum
color aut ex ipsis mutatur cum ira vel cupi-
dine accensa cutem suam variant
humore suffusa, aut positione lucis, quam

put recta ut obliqua recepunt. ita
colorauit. Cred et sile specl's hnt nubes
tu ille no pluerat. h' susinittat luce
Ille depse et reacta h' recepit. illa
cuius h' me to m h' ex diuis temp' ego
site. et ob hr discordes. nt du rec
site. Vera ud'e orta sol pre quada
celi rube' videmus nubes aliqn ignei
color'. Cred go pl'ibz quo' hnt colo
rem vnu acceperunt solis occasu sit
multos ab illis tm. qmb' no hegant
specti potencia. ch'odo nisi m' er
gula ponebas ss crede q sole gex
titat. qr nec a speculo quid ymag
reddere nisi adu'sa h' mgt qo reb
tu z ipa spacii opponeb'z speculo
ad tunc i se ymagine susceperat. sit
ut nubes inficit posset. ita sol ad hc
apte ponendo z. no ei id facit si in
dicit effulsit et ad hr opus radior
ydonea locato h' dicitur ab hys q
uideri uoluit. nube colorari possi
domq et hys q specta rec officio in
dicat nisi. hr uidentur si illius
cet. Varm color pmanet et inset
co manifestu qo species sunt ymag
actus ex logico. clara z. interit
tu cui u z ves ua hnic gdictio no
gsentio cu ipis. sunt pbe. Ceterem gra
ex colora' gde. nubes. ss ita ut color
eis no nudiq apparet. sig ne ipa
quidem nudiq apparet nube ei neo
qui i ipa z uidet. Cred go nuz si
color eis no uide. ubi vero ago ipa no
insit. Et qui qmb' ipa no uidet
z go et color. ergo qui ssi color qui
du apparz. nu recedentib' desinut. Ide
ei i aqs eueniunt nubibus. ut ideo
sic sit. pp no uidet. Vera eu dia
nubes sole ee et sectas. no d' tibi cu
lorem illu i nostro ee velut quodo cor
pi at stabili at manetii. ss fluido
et uago. et uch ap'lus qr spererent
pictis sunt et quedam colores qui
ex intuallo vnu sua ostendunt ssma
uera. qo melior saturior qr z. eo
oz ut cl'tius tenuias et fulgores sua
ostdat. no tn id illa uoi hz colorez
qr q opti'm hz no go cuiq ex plure
ostdit. ym ead sua sit q possidomq
ut arcu uidere si nube formata
i modu q caui speculi et rotunda cuiq
forma sit. ptes sole ss ctz. hr pbari
nisi geometre ad uenerit. no potest
qui arcu'm uch dubiu reliquitibz do
cet solis nia ee effigie no sile neqz
ei ora adu'sus specula vides sit q
uidere extimescas tata deforme
corrupta. ut sane uincerad reddat
suata similitudine i penis. sut que
tu uideris plac' tibi in reb' tue po
ssuit i talia lacti recesserit et tocq
cor'is sup habundanciaz magnitudinez
hciq diuge. sut q dex facies ostdat
sut q sinistras q torquant et cu
tat. crud go nuz z cuiq di specilu
qo solis spes in ipsa reddaz i
nube quoqz fieri z. ¶ Commen
nt' cecta arcq fact et hr eit comitqy
maior arcus dimidia circulo appar
et qr eo uidet z. qo altior z sol ut
aut purgat' mi'. et bibit nubes arcu
tu aductat ymbres ss no ea de
uidetur apparuit minas afferat
amendic orta magna uim aqz
uchet iuci. u. no poterunt uetere
uitisso sole. tn z illis nimiu si ita
oraslo refulsit tonabit et leniter
implueret. si ab ortu tra ne surrexit
serena pmulta ex tn si ymago
solis z arcq longe ipo sole maior
apparz. qr z locus speculi ita illis
ut maiora multa qr uideat ostdat
et impotu ad magitudine augeat
formas aliorq i ins illis z ut in
uat. Illud in dic qz i orbe erat
facies nisi orbis redder. dicas forta
sse unde sit illi color uarius. unde sig
illis sit no diu. nisi aliqd ex lat
ad qo forme ostdit illud aut est
aliud. ss sol z aqua et facieb' illi
colores dari sequi' ut de et forma
deinq int me et te conuenit colores
et illos quibz regio celi depin
git a sole ee. illud uid' int nos
no conuenit. Cu dicas illu colorem
esse ergo uideri. i qui sine z sine uide
a sole z. tn no expedies qre color
ille subito desinat cu omis fulgores
paulati desitutur. pme z. et re
petua eis facies. et repetinq in
teritq. pprm ei speculi z hr qr no p
partes serunt qd apparz ss statim
totu sit. eque cito oib' ymago
in eo a sole qr pom' uch cu ad
ista efficienda ul remouenda opus
z qr iudici ut abduci. No z pp ria
i ista nube. Sbat ut arcq nisi media
tur z sine re similitudo. uo sole hr
ita ee desinet arcq si ob texit sole

Oppone inqt soli altam nube. istis
indictis pibit. at maior ẽ aliqn
arcus q sol. dixi nõ fieri specula
que multiplicet oc ideo qd mutat
illud adhuc oia p aqua inductibus
longe esse maiora. Iter quis mi
nute et p vitream pilam aqua ple
na maiores clariores qz duunt
poma formosiora q sunt videt
si i natatat intra sicca aphora
p nubem aspicienti renuit. qz acies
nra humido labitur ut apphende
qd iuxt fideliter pt. qd magis fiet
si poculum adimpleueris aqua et i
id ieceris anulum. Nã cu i ipo fu
do iaceat anulus. facies eius i su
mo aque reddit. quicquid videt
p humorem longe amplius ẽ. quid
mirum maiorem reddi ymaginem
solis que i nube humida videt
cum de causis duabus hoc accidat. qz
in nube ẽ aliqd vitro simile qd pot
pluere. est aliqd et aque. quasi
nõ duo hoc. sed apparet eius na i quad
in inqt interea f ex pua uitate

9 Q mectione ex hoc ipso argumentu
contra te sumi virgula solis
fieri intra strictam ut pl in
bus angulis i medio clauc tortu
osa est si ex transuerso sole accipit
colorem talem qualem i arcu videri
solet reddit ut scias hic nõ ymagi
nem solis esse. sed coloris imitatione
ex percussu primo i hoc argumento
intra qd apparet a sole fieri sunt
p me. Quicquid apparet quiddam leue
esse debet simile speculo qd solem
respiciat. Deinde qd apparet nõ fieri
ulla colorem sed speciem ut dixi falsi
coloris. quales ut dixi columbarum
ceruix et sumit et ponit ubicumque
se deflecti hoc aut i speculo est
cuius medio videt sed similitudo coloris
alicui. Secundo sicut hoc soluendum ẽ. q
n inspt. i ista solis ymagines. cuius
bus ex primo capax ẽ. ista tamen
quidem reddit ymaginem. qz leuis ẽ
ma et ad hoc habilis. sed nõ pt eis
cuorumt sicut ẽ. si apta fabrica
ta foret totidem soles quot bursas
inspectores. Secundo qz distermint int
se nec sat lumine speculi vitient
inchoat tamen ymaginem. ut ex
p unit et obiiciunt imaginem trahunt
et in speciem coloris vnius abducit
Et licet arcus nõ impleat orbem
sed ps media eius videt tamen plum

porrigi inumat. Secunda ita opinat
sol tum sit multo altior nubibus a supi
ore in illas percutit pte. sequitur ut in
ferior ps eius nõ tangat lumine. ergo
cum ab vna pte solem accipiat. unius
ptem eius imitari q nunq dimidia
longior ẽ. hoc argumentum parum potens est.
Quare qz quamuis sol a supiori sit. tota
tum percutit nube. ergo et tingit. qd in
tum radios tras mitte solcat et omnes
densitate pcipe. Deinde contrarium
proposito suo dicat. Nã si superior est
sol et io tm supiori pti nubium a
ffunditur. nunq terra tenus descendit
est qui usque ad humum dimittit pte
nunq nõ q sole ẽ arcus. inde a(n)q
ptinet sup inferiora nec fit qz tantum qd
contra ẽ latas vberta. Deinde alii stru
et cupidis facit tum etc ex inferio
pte nubes ferit terras tempus inquos
est qui et tunc dimidia ps ẽ. quamuis
sole nubes ex humili et sordido
accipiat. ut q sit i nubilo quo in
speculo lumine reddi noluit nubes
tantum faciunt et secte pile partes
q nõ pt totum orbe reddere. quippe
ps ẽ orbis proposito accedo. Argumento
nõ q secto. Nã si i q cauo speculo
tota facies opposita orbis exprimit
et i semi orbe inde pluribus aspicia
tota pilam. Circa nunc dixi nimis circu
los apparere solis lumine qz i istis
nubibus circulatos esse illis tamen ubi
circulata i arcu nõ nunq. Deinde quare
sed q cauae nubes solem accipiunt nõ
alii plene ex inunctis. Aristote
les ait post autumnale equinoctium
qualibet hora diei arcum fieri. estate
nõ fieri. nisi incipiente aut inclinato
iã die. Cuius rei causa manifesta ẽ. primum
qz media die sol calidissimus nu
bes amittit nec pt ab his ymagi
nes suas accipe qs scindit. Cumctu
tino tpe et vergens ad occasum mi
nus calidus ẽ et ideo a nubibus pt vinci
et percuti pt. Deinde cum arcum facere nõ
solcat. in aduisis his i quibus facit
nubibus cum breuiores dies sint
sol obliquus ẽ. itaqz et qualibet diei
pte etiam cum altissimus ẽ hz aliquas
nubes quas ex aduerso ferire pt.
At tpibus estiuis sup nunc alcior
fert. itaqz medio die excelsissimus
terras rectiore accipit linea q ut
illis nubibus posse occurri. Ob hoc tunc

pub sic habz

Nunc dicendum est de virgis quas non minus pictas variasque et aeque pluviarum signa solemus accipere, in quibus non multum operae consumendum est, quia virgae nichil aliud sunt quam imperfecti arcus. Nam facies quidem illis est picta, sed nichil curvati habent; in recto iacent. Fiunt autem iuxta solem in nube humida et iam se spargente. Itaque idem est in illis qui in arcu color, tantum figura mutatur, quia nubium quoque in quibus extenduntur alia est.

Similis varietas in coronis est, sed hoc differunt quod coronae ubique fiunt ubicumque sidus est, arcus non nisi contra solem, virgae non nisi in vicinia solis. Possum et hoc modo differentiam omnium reddere: coronam si diviseris arcus erit, si direxeris virga. In omnibus color multiplex ex caeruleo fulvoque varius. Virgae soli tantum adiacent, arcus solares lunaresque, coronae omnium siderum.

Aliud quoque virgarum genus apparet cum radii per angusta foramina nubium tenues et intenti distantesque inter se diriguntur, et ipsae signa imbrium sunt. Quomodo me nunc loco geram? Quid eas vocem? Ymagines solis? Hystoria soles notat, et binos ternosque apparuisse memoriae tradunt. Greci parhelia appellant, quia in propinquo fere a sole visuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitantur, sed magnitudinem figuramque eius; ceterum nichil habent caloris, hebetes et languidi. His quod nomen imponimus? An facio quod Virgilius qui dubitat de nomine, deinde id de quo dubitaverat posuit: et te quo nomine dicam, Rhetica? ut cellis ideo contende Falernis. Nichil ergo prohibet illas parhelia vocari. Sunt autem ymagines solis in nube spissa et vicina in modum speculi. Quidam parhelion ita diffiniunt: nubes rotunda et splendida similisque soli. Sequitur enim illum nec umquam longius relinquitur quam fuit cum apparuit. Num quis nostrum miratur si solis effigiem in aliquo fonte aut placido lacu viderit? Non, ut puto. Atqui tam in sublimi facies eius potest quam inter nos reddi, si modo ydonea est materia quae reddit.

Quotiens defectionem solis volumus deprehendere, ponimus pelves quas aut oleo aut pice implemus, quia pinguis humor minus facile turbatur, et ideo quas recipit ymagines servat. Apparere autem non possunt nisi in liquido et inmoto. Tunc solemus notare quemadmodum luna soli se opponat et illum tanto maiorem subiecto corpore abscondat, modo ex parte, si ita contingit ut latus eius occurreret, modo totum. Haec dicitur perfecta defectio quae stellas quoque ostendit et intercipit lucem, cum scilicet utriusque orbis sub eodem libramento stetit. Quemadmodum ergo in terris utrorumque ymago aspici potest, ita in aere, cum sic coactus aer et limpidus constitit ut faciem solis acciperet; quam et aliae nubes accipiunt, sed transmittunt, si aut mobiles sunt aut rarae aut sordidae. Mobiles enim spargunt illam, rarae emittunt, sordidae turbidaeque non sentiunt, sicut apud nos ymaginem maculosa non reddunt.

Solent et bina fieri parhelia eadem ratione. Quid enim impedit quominus tot sint quot nubes fuerint aptae ad exhibendam ymaginem eiusdem in illa similia sunt. Quidam cum duo simulacra existant ut [illegible] solis alterum ymaginis. Ita apud nos quoque cum plura specula disposita sunt ita ut alteri sit conspectus alterius, omnia implentur, et una ymago vera est, ceterae ymaginum effigies sunt. Nichil enim refert quid sit quod speculo ostendatur; quicquid enim videt reddit. Ita illud quoque in sublimi, si nubes fors aliqua disposuit ut inter se conspiciant, altera nube solis ymaginem, altera ymaginis reddit. Debent autem nubes quae praestant hoc esse leves, splendidae, planae, [illegible] Ob hoc omnia ista simulacra candida sunt et similia lunaribus circulis, quia ex percussu obliquo accepto sole resplendent. Nam si infra solem nubes fuit et propior, ab eo dissipatur; longe autem posita radios non remittit ut ymaginem efficiat, quia apud nos quoque specula cum a nobis procul abducta sunt, quia acies nostra non habet usque ad nos recursum. Pluviarum autem et hi soles — utar enim hystorica lingua — indicia sunt, utique si a parte austri constiterunt, unde maxime nubes ingravescunt. Cum utrimque solem cingit talis effigies, si Arato credimus, tempestas surgit.

Tempus est alios quoque ignes percurrere, quorum diversae figurae sunt. Aliquando emicat stella, aliquando ardores sunt, aliquando fixi et hebetes, nonnumquam volubiles. Horum plura genera conspiciuntur. Sunt velut corona cingente introrsus ingens celi recessus est similis effossae in orbem speluncae. Sunt pithiae cum magnitudo vasti rotundique ignis dolio similis vel fertur vel uno loco flagrat. Sunt chasmata cum aliquod celi spatium

descendit. et flammam velut dehiscens in abducta ostendit. colores quoque horum plurimi sunt. quidam ruboris acerrimi, quedam evanide ac levis flamme, quidam candide lucis, quidam micantes, quidam equaliter et sine eruptionibus aut radiis fulvi. Vide ergo stellarum longos a tergo albescere tractus. Hec velut stelle exiliunt, et videntur tamen longum ignem porrigere propter immensam claritatem, cum acies nostra non discernat transitum earum, sed quicquid cucurrere totum igneum credat. Tanta enim est velocitas motus, ut partes eius non despiciantur sed in summa prodeunt. Intelligimus magis quid preterit stella quam quid exierit. Itaque velut igne continuo totum iter signat, quia visus nostri tarditas non subsequitur momenta currentis, sed videt simul et unde exiliit et quo pervenit. quod fit et in fulmine. longus nobis videtur ignis eius, quia cito spatium suum transilit et oculis nostris occurrit universum per quod deiectus est. at ille non est extenti corporis per omne quod venit. neque enim tam longa et extenuata in impetu valent. quomodo ergo prosiliunt? attritu aeris ignis accensus vento preceps impellitur. non semper tamen vento attrituque fit. nonnumquam ex aliqua opportunitate aeris nascitur. multa enim sunt in sublimi sicca calida terrena, inter que oritur et pabulum suum subsequens defluit. ideo quoque velocitate rapitur. quare color diversus est? quia refert quale sit id quod incenditur, quam vehemens quod accendit. eiusmodi lapsus et idem aberrationem [illegible]

Fulgores multos quo modo // erumpunt fieri. quos chelas appellant multis ut aiunt modis fieri illos videri. modis eodem posse. superioris celi fervore, natura eius late superposita ignibus. inferiora aliis sic secundo natura aeris corrumpit, propter stellarum motus eorum proprio excitatae igne et in orbita transmittere. hec non non possint fieri quomodo porrigunt aeris ignea usque in ethera. eiciant, ex qua fulgor ardor ne sit. ut stelle similes exurgunt. ex hiis fulgoribus quedam precipites eunt similia prosilientibus stellis. quedam certo loco permanent et tantum luminis emittunt ut fugent tenebras et diem representent. donec consumpto

alimento primo obscuriora sunt, deinde flamme modo que in se cadit paulatim diminutorum redigitur in nichilum. ex hiis quedam in nubibus apparent, quedam supra nubes cum aer spissus ignem quem diu paverat usque in sidera exprimit. horum alii non patiuntur moram, sed transcurrunt aut extinguuntur subinde quam reluxerint. hec fulgores dicuntur, quia brevis facies illorum et caduca est, nec sine iniuria decidentes. sepe enim fulminum noxas ediderunt. ab hiis tecta nudiusque icta, que ipsi Greci plerumque notant. ac quibus longior mora et fortior ignis est, motum que celi sequentes aut proprios cursus agunt, cometas nostri putant, de quibus dictum est. horum genera sunt pogonie, lampades et cyparissie, et alia omnia quorum ignis in exitu sparsus est. dubium an inter hos ponantur trabes et pithie, que raro sunt visa. multa enim conglobatione ignium se congerentes, illorum orbis aliquando matutini amplitudinem solis exsuperat. inter hec ponas licet et quod frequenter in hystoriis legimus, celum ardere visum, cuius nonnumquam tam sublimis ardor est ut inter sidera ipsa videatur, nonnumquam tam humilis ut speciem longinqui incendii prebeat. Sub Tiberio Cesare cohortes in auxilium Hostiensis colonie cucurrerunt tamquam conflagrante, cum celi ardor fuisset per magnam partem noctis parum lucidus crassi fumidique ignis. De hiis nemo dubitat quin habeant flammam quam ostendunt; certa illis substantia est. De prioribus queritur, de arcu dico et coronis, an decipiant aciem et mendacio constent, an illis quoque verum sit quod apparet. nobis non placet in arcu aut coronis subesse aliquid corporis certi, sed illud existimamus speculi fallaciam esse alienum corpus nichil aliud quam mentientis. non est enim in speculo quod ostenditur. alioquin non exiret nec alia protinus imagine obduceretur, nec innumerabiles modo interirent modo exciperentur forme. quid ergo? simulacra ista sunt et inanis verorum corporum imitatio. que ipsa a quibusdam ita composita sunt, ut et hec sunt et de corporibus in precium [illegible] ut dixi sub specula

que sane pertinent obliqua sunt que
in infinitum augeant ut humanum situm
excedat modum [illegible] corporum
Hoc loco volo tibi narrare fabe-
llam ut intelligas quam nullum instr-
umentum irritande voluptatis libido
contempnat et ingeniosa sit ad excitan-
dum furorem suum. Hostius fuit quidam obsce-
nitatis usque in scenam producte. Hunc
divitem avarum sextercii mille servum di-
vus augustus indignum vindicta iu-
dicavit cum a suis occisus esset et tan-
tum non pronunciavit iure cesum videri. Non erat
ille ab uno sexu impurus sed tam virorum
quam feminarum avidus fuit. Fecit specula
huius note cuius modo retuli imagines
longe maiores reddencia in quibus di-
gitus brachii mensuram et longitudinem
excederet. Hec autem ita disponebat ut cum
virum ipse pateretur aversus omnes admissari-
i sui motus in speculo videret ac deinde fal-
sa magnitudine ipsius membri tamquam vera
gaudebat. In omnibus quidem balneis
agebat ipse dilectum et apta mensura
legebat viros. Sed nichilominus mendaci-
is quoque insaciabile malum oblectabat.
I nunc et dic speculum munditiarum causa re-
pertum. Feda dictu sunt que portentum illud
ore suo lacerandum dixerit fecerit-
que cum illi specula ab omni parte opponerentur
ut ipse flagiciorum suorum spectator esset
et que secreta quoque consciencia premunt et que
accusatus quisque fecisse se negat non
in os tantum sed in oculos suos ingereret.
Nunc ad opinionem Posidonii revertor. E terra terrenisque omnibus pars humida efflatur, pars sicca et fumida; hec fulminibus alimentum est, illa imbribus. Quicquid in aera sicci fumosique pervenit, id includi nubibus non fert, sed rumpit claustra; inde sonus est quem nos tonitruum vocamus. In ipso quoque aere quicquid extenuatur simul et siccatur et calet. Hoc quoque, si inclusum est, aeque fugam querit et cum sono evadit; et modo universam eruptionem facit, eoque vehementius intonat, modo per partes et minutatim. Ergo tonitrua hic spiritus exprimit dum aut rumpit nubes aut pervolat. Volutatio autem spiritus in nube conclusi vehementissimum est terendi genus.

Tonitrua nichil aliud sunt quam sicci aeris sonitus, qui fieri non potest nisi dum aut trivit aut rupit. Immo, inquit, et si colliduntur inter se nubes, fit ictus quem desideras, sed non tote totis concurrunt, sed partibus partes; nec sonant mollia nisi illidantur mollibus. Itaque non auditur fluctus nisi impactus. Ignis, inquit, demissus in aquam sonat dum extinguitur. Puta ita esse: pro me est; non enim ignis sonum efficit, sed spiritus per extinguentia effugiens. Ut dem tibi et fieri ignem in nube et extingui, ex spiritu nascitur et attritu. Quid ergo? inquit, non potest aliqua ex his stellis transcurrentibus in nubem incidere et extingui? Puta nos existimare posse hoc aliquando fieri; sed nunc naturalem causam et assiduam querimus, non raram et fortuitam. Puta enim me confiteri verum esse quod dicis, post tonitrua emicare ignes stellis transcurrentibus et cadentibus similes: non ob hoc tonitrua facta sunt, sed cum tonitrua fierent, etiam ignis factus est. Clidamas est fulgurationes ait esse non ignes, sic noctu per motum splendorem remorum indici. Dissimile est exemplum: illic enim splendor intra ipsam aquam apparet, hic quod fit in aere erumpit et exilit.

Hercedotus existimat fulgurationem esse velut apud nos incipientium ignium conatus et primam flammam incertam, modo intereuntem, modo resurgentem. Hanc antiqui fulgetram dicebant. Tonitrua nos pluraliter dicimus, antiqui autem tonitruum dixerunt aut tonum. Hoc apud Cecinam invenio, facundum virum, et qui habuisset in eloquentia nomen, et nisi illum Ciceronis umbra pressisset. Etiam nunc illo verbo utebantur antiqui correpto quo nos producta una sillaba utimur; dicimus enim ut splendere sic fulgere. At illis ad significandam lucis subitam e nubibus eruptionem mos erat uti media correpta, ut dicerent fulgere.

Quid ipse existimem queris? Adhuc enim alienis opinionibus commodavi manum. Dicam: fulgurat cum repente late lumen emicuit. Id evenit ubi in ignem extenuatus nubium aer vertitur nec invenit vires quibus longius prosiliat. Non miraris, puto, si aera aut motus extenuat aut extenuatum incendit; sic liquescit excussa glans funda et attritu aeris velut igne distillat. Ideo estate plura sunt fulmina quia plurimum calidi est; facilius attritu calidiora ignescunt. Eodem modo fit fulgur quod tantum fulget, et fulmen quod mittitur; sed illi levior vis alimentique minus; et ut breviter dicam quod sentio, fulmen est fulgur intentum. Ergo ubi calidi fumidique natura emissa terris in nubes incidit et diu intra illas volutata est, novissime erumpit; et quia vires non habet, splendor est. At ubi istis fulgurationibus plus fuit materie et maiore impetu arserunt, non apparent tantum sed decidunt. Existimant fulmen reverti, quidam subsidere:

Quando ubi alimenta pregravaverunt et fulminis ictus languidior delatus est. Quare autem fulmen subitum apparet, ut continuus ignis? Quia celerrimi motus est et simul nubes rumpit et aera accendit; deinde desinit flamma cessante motu. Non est enim assiduus spiritus cursus ut possit extendi ignes; sed quotiens fortius ipsa iactatione se accendit, fugiendi impetum capit; deinde ubi evasit et pugna desinit, ex eadem causa modo usque ad terram profertur, modo dissolvitur, si minore vi pressus est. Quare oblique fertur? Quia spiritu constat; spiritus autem obliquus et flexuosus est; et quia natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum premit, fit ut in obliquum eat, cum utraque vis alteri cedit et ignis in superiora nititur et deorsum in inferiora premitur. Quare cacumina montium frequentius feriuntur? Quia apposita sunt nubibus et e celo cadentibus per hec transeundum est.

Intelligo quid iamdudum desideres, quid efflagites. Tanti, inquis, non est fulmina non timere quam nosse. Itaque alios doce quemadmodum fiant; ego mihi metum illorum excuti volo quam naturam indicari. Sequor quo vocas; omnibus enim rebus omnibusque sermonibus aliquid salutare miscendum est. Cum imus per occulta nature, cum divina tractamus, vindicandus est a malis suis animus ac subinde firmandus

quod nos erudit et hoc unicum agentibus ne cessemus. Quid ut effugiamus ictus? Tela undique in nos iaciuntur sed ut fortiter constanterque patiamur. Vinci et possumus, incursari non possumus. Eciam in[illegible] spes sibi incertus quamquam certe illa male illa sunt, que naufragia per mare feruntur, sunt ruine subito lapsu tectorum procedant. Nugis illud fuit putem quam ut totus ab omnia resolvatur. Nulla diligencia evitat, nulla felicitas donat, nulla potencia evincit. Talia varia sortitudine disponuntur. Mors omnes eque vocat. Irati, amici, propicii quam inducendum est. Quamvis ex ipsa desperatione sumat ignavissimus animus quam ad fugam tremuit. Ubi exitus non patet temptat fugam. Turpe nullus perniciosior hostis est quam quem audaces angustie faciunt. Longe tamen speciosius est ex necessitate quam ex virtute confugere. Maiora animo temptat pericula tanto animus magnus ac perditus. Cogitemus nos quantum ad mortem perditos esse et sumus ita, Lucili. Omnes reservamur ad mortem. Totum hunc quem vides circumspice, ipsum quem cogitas te, alio vocabit natura, revocabit et condet. Non circa rem sed de die queritur. Eodem necesse tandem eundum est. Quid ergo? Non tibi timidissimus omnium videtur et impiae superstitionis qui magno ambitu rogat mortem? Nonne contempnes eos qui inter perituros constitutus beneficii loco peteret ut ultimus cervicem preberet? Id facimus cum magnos conspiciamus mori tardius. In omnibus constitutum est capitale supplicium, et quidem constitutum distinctum. Nam quod maximum solet esse solatium eximia passuri, quorum una sors, eadem. Sequimur tradita a iudice et migrati et terminata nostra prestaremus obsequium. Quid interest ad mortem iussi eamus an ultro veniamus? O te dementem et oblitum fragilitatis tue, si tunc mortem times cum tonat! Itane, necne salus tua in hoc vertitur? Vives si fulmen effugeris? Petet te gladius, petet te lapis, petet febris. Non maximum ex periculis tuis sed speciosissimum fulmen est. Male scilicet actum tecum erit si sensum mortis tue celeritas infinita prevenerit, si mors tua procuratur, si tu tunc quoque cum expiras non supervacuus es, sed alicuius magne rei signum es. Male scilicet tecum agetur

si tu fulmine decideris. Sed pavescis ad celi fragorem et ad inane nubilum contremescis et quociens aliquid effulsit expiras. Quid ergo? Honestius iudicas deiectum animo perire quam fulmine? Eo itaque forcius adversus celi minas surge et cum mundus undique exarserit, cogita te nichil habere de tanta morte perdendum. Quod si tibi paratam credis illam celi confusionem, illam tempestatum discordiam, si propter te ingesta illisaque nubium strepit, si in tuum exitium tanta vis ignium excitatur, at tu solacii loco numera tanti esse mortem tuam. Sed non erit huic cogitationi locus. Tuus casus iste donat metum et inter cetera hoc quoque commodum eius quod expectationem tuam antecedit. Nemo umquam fulmen timuit nisi quod effugit.

Annei Lucii Senece de questionibus naturalibus liber explicit secundus. Incipit tertius de eodem.

Non preterit me, Lucili, virorum optime, quam magnarum rerum fundamenta ponam senex, qui mundum circuire constitui et causas secretaque eius eruere atque aliis noscenda prodere. Quando tam multa consequar, tam sparsa colligam, tam occulta perspiciam? Premit a tergo senectus et obicit annos inter vana studia consumptos. Tanto magis urgeamus et damna etatis male exempte labor sarciat. Nox ad diem accedat, occupaciones recidantur, patrimonii longe a domino iacentis cura solvatur, totus animus vacet et ad contemplacionem sui saltem in ipso fine respiciat. Faciet ac sibi instabit et cotidie brevitatem temporis metietur. Quicquid amissum est id diligenti usu presentis vite recolliget. Fidelissimus est ad honesta ex penitencia transitus. Libet igitur mihi exclamare illum poete inclyti versum: Tollimus ingentes animos et maxima parva tempore molimur. Hoc dicerem si puer iuvenisque molirer. Nullum enim non tam magnis rebus tempus angustum est. Nunc vero ad rem seriam, gravem, immensam post meridianas horas accessimus. Faciamus quod in itinere fieri solet: qui tardius exierunt velocitate pensant. Festinemus et opus nescio an superabile, magnum certe, sine etatis excusatione tractemus. Crescit animus

quotiens tempti magnitudinem cudit et
cogitat spatium propositi non spatium sibi super-
sit. Consumpserint se quidam dum acta
regum externorum componunt, quaeque passi in-
vicem ausique sunt populi. Quanto satius
est sua mala extinguere quam aliena
posteris tradere? Quanto potius deorum
opera celebrare quam Philippi aut
Alexandri latrocinia, qui exitio gentium
clari non minores fuere pestes mor-
talium quam inundatio qua planum omne
perfusum est, quam conflagratio qua magna
pars animantium exaruit. Quemadmodum Hanni-
bal superavit Alpes scribunt, quemadmodum
confirmatum Hispaniae cladibus bellum
Italiae inopinatus intulerit, fra-
ctusque rebus etiam post Carthaginem perti-
nax reges pererraverit contra Romanos
ducem se promittens, exercitum petens; quemadmodum
non desierit senex omnibus angulis be-
llum quaerere: adeo sine patria pati
poterat, sine hoste non poterat. Quan-
to satius quid faciendum sit quam quid fac-
tum quaerere, ac docere eos qui sua
permisere fortunae nihil stabile ab illa
datum esse, cuius omnia fluunt aura
mobilius. Nescit enim quiescere; gaudet
laetis tristia substituere et utique miscere.
Itaque in secundis nemo confidat,
in adversis nemo deficiat: alternae sunt
vices rerum. Quid exultas? Ista quibus
vehi te in summum nescis ubi te relictura
sunt; habebunt tuum non suum finem. Quid
iaces? Ad imum delatus es; nunc
resurgendi locus. In melius adversa, in de-
terius optata flectuntur. Ista ergo acu-
tius praedicanda animo varietas non privatarum
tantum domuum, quas levis casus im-
pellit, sed etiam rerum publicarum. Regna ex
infimo coorta super imperantes con-
stiterunt; vetera imperia in ipso flore
ceciderunt. Inveniri non potest numerus
quam multa ab aliis fracta sint. Nunc
maxime deus alia exaltat, alia
summittit, nec molliter ponit, sed ex
fastigio suo nullas habitura reli-
quias iactat. Magna ista quia parvi sumus
credimus; multis rebus non ex natura sua
sed ex humilitate nostra magnitudo est.
Quid praecipuum in rebus humanis est?
Non classibus maria complesse nec in
Rubri maris litore signa posuisse
nec deficiente terra ad iniurias aliorum
errasse in oceano ignota quaerentem,

sed animo omne vidisse et qua nulla
maior est victoria vitia domuisse.
Innumerabiles sunt qui urbes, qui populos
habuerunt in potestate; paucissimi qui se.
Quid est praecipuum? Erigere animum supra
minas et promissa fortunae, nihil
dignum putare quod speres. Quid enim
dignum quod concupiscas, qui a divinorum
conversatione quotiens ad humana reciderit, non
aliter caligabis quam quorum oculi in densam
umbram ex claro sole redierunt. Quid est
praecipuum? Posse laeto animo adversa to-
lerare; quicquid acciderit sic ferre quasi
volueris tibi accidere. Debuisses enim velle
si scisses omnia ex decreto dei fieri.
Flere, queri, gemere desciscere est. Quid est
praecipuum? Animus contra calamitates fortis
et contumax, luxuriae non adversus tantum
sed et infestus, nec avidus periculi nec
fugax; qui sciat fortunam non expectare sed
facere, et adversus utraque intrepidus et inconfusus prodire, nec illius
tumultu nec huius fulgore percussus.
Quid est praecipuum? Non admittere in animo
mala consilia, puras ad caelum manus
tollere, nullum bonum petere quod ut ad
te transeat aliquis debet amittere; optare
quod sine adversario optatur, bonam mentem;
cetera magno aestimata mortalibus, etiam
si quis domum casus attulit, sic intueri
quasi exitura qua venerint. Quid est prae-
cipuum? Altos supra fortunam spiritus
attollere, hominis meminisse, ut sive felix eris
scias hoc non futurum diu, sive infelix
scias hoc te non esse si non putes. Quid est
praecipuum? In primis labris animam habere;
haec res efficit non e iure Quiritium liberum,
sed e iure naturae. Liber est autem qui servitutem
effugit sui; haec est assidua et
ineluctabilis et per diem ac noctem aequaliter
premens, sine intervallo, sine commeatu. Sibi
servire gravissima est servitus; quam discutere
facile est si desieris multa te poscere,
si desieris tibi referre mercedem, ac tibi
ipse dixeris: Quid insanio? quid anhelo?
quid sudo? quid terram, quid forum verso? Nec
multo opus est nec diu. Ad hoc proderit
nobis inspicere rerum naturam. Primo discedemus
a sordidis; deinde animum ipsum, quo magno
summoque opus est, seducemus a corpore;
deinde in occultis exercitata subtilitas
non erit in aperta deterior; nihil autem
apertius his salutaribus quae contra ne-
quitiam nostram furoremque discuntur,
quae damnamus nec ponimus. ¶
Quaeramus ergo de aquis et inve-
stigemus qua ratione fiant sive

ut aut undique confluant aut illimibus ni-
tidus argenteis undis siue ut ait
Virgilius Unum per ora nouem uasto cum
murmure montis it mare proruptum et
pelago premit arua sonanti. siue
ut ait plinius de naturalibus in uno
aliquo sidere de fontibus exiliunt om-
nes. Unde tantum aque sufficit. quo-
modo tot flumina ingentia per diem et noctem
decurrant. Terre alia hibernis aquis
intumescunt. alia in desertis cetera am-
nium crescunt. Illa Iulio mense se ponunt
ab estate ne et puriglas Illi dice-
damus. Nunc uulgares aquas persequa-
mur frigidas et calidas. In quibus
calidis querendum est utrum calide na-
scantur an fiant. De ceteris que differen-
tiis insignes. a sapore et aliqua
reddit utilitas. quedam et oculos quedam
neruos iuuant. quedam inueterata
et desperata a medicis uicia perornant.
quedam medentur ulceribus. quedam
interiora fouent potu et pulmonis
ac uiscerum querelas leuant. quedam
supprimunt sanguinem. Tam uarius purgat
usus quam gustus est. Aut fluunt
Aut stant omnes aque et colliguntur
aut uarias habent uenas. Alie sunt
dulces alie uarie. Asperas enim
interueniunt salse que amare que et me-
dicatas ex quibus sulphuratas dicimus
ferratas aluminosas. Indicat uim
sapor habent preterea multa discrimina
primum tactus frigide calideque sunt
deinde ponderis leues et graues sunt
deinde coloris pure sunt. turbide ceruleae
deinde salubres sunt et utiles.
sunt mortifere. sunt que coguntur
in lapidem quedam tenues quedam
pingues sunt quedam alite. quedam
in tella bibentes ope inferunt. quedam
hauste fecunditatem afferunt.

Ut stet aqua aut fluat. loci
positio efficit. In decliuo fluit
in plano continetur et stagnat et aliquando
in aduersum spiritu impellitur. Tunc cogitur
tunc fluit. Colligitur ex imbribus ex suo
fonte natura est. Nichil tamen prohibet
eodem loco aquam colligi et nasci.
Quidam in sensum uidemus. Inque multi
[illegible] fluminis deriuatur sunt et ma-
gne latebre que in ipso unde [illegible] sta-
que [illegible] hybernum unde defluere
torrentes facit. pluuia fluat continua.

Proximum ergo quomodo eius ad ostia flu-
minum ergo terra sufficiat. Unde
tantum aquarum exeat mirum est

accessionem fluminum maria non sentiant
eque mirandum est quod detrimenta exeuntium
terra non sentit. Quod est quod illa sic
impleuit ut prebere tantum ex recondita po-
sset ac summa recte sic supplicat. Quam
tunc quam ratio reddiderimus de flumine
eadem est riuorum ac fontium. Quare

Quidam iudicant terram quicquid aquarum
Qemisit recipere et ob hoc maria
non crescere quod quod influxit non in suum
uertunt sed protinus reddidit. Occulto
enim itinere subit terras. sed palam uenit
secreto quod reuertitur colatur quod in trans-
situ mare quod per multiplices anfractus
terrarum uerberatum amaritudinem po-
nit et prauitatem saporis in tanta soli
uarietate exuit et in sinceram aquam
transit. Existimant quidam ex imi-

Quidam imbribus terram concipere flu-
mina rursus emitti et hoc ar-
gumenti loco ponunt. quod paucissima
sunt in his locis in quibus rarus
imber. Ideo siccas esse aiunt ethi-
opes solitudines. paucosque
inueniri in interiori affrica fontes
quia feruida celi natura sit et pe-
ne semper estiua. Squalide itaque
sine arbore sine cultore arena ia-
cet raris imbribus sparse quas
statim combibunt. At contra constat germa-
niam gallia[m]que et proxime ab
his ytaliam habundare riuis et
fluminibus quia celo humido utuntur
et ne estas quidem imbribus caret.

Aduersus hec multa dici posse uides.
Adeo primum ego tibi uinearum dili-
gens fossor affirmo nullam plu-
uiam esse tam magnam que terram
ultra x pedes in altitudinem ma-
defaciat. Omnis humor intra primam
crustam consumitur nec in inferiora de-
scendit. Quomodo ergo potest imber suffi-
ciendis amnibus uires qui summam humum
tangit. Pars maior eius per flumina
alueos in mare effertur. Exiguum
est quod sorbet terra. nec id seruat
Aut enim arida est et assumit in
se quicquid effusum est. aut satiata
super desiderium recidit. Et ideo
primis imbribus non augentur
amnes quia totas in se siccas trahit
Quid quod flumina erumpunt saxis
et montibus. His quid conferent pluuie
que per nudas rupes deferuntur

nec tamen cum in profundum descenditur. Quod si
in imis locis puteus in altum per centum
pedum spatia inuenimus aquarum uberes
uenas in ea altitudine ad quam aqua
non penetrat, ut scias non celestem
esse nec collectiuum humorem. Sed quidam
et istud uincit aliquam. Illo quoque argumento
refellitur quod quidam fontes in summo montis
cacumine redundant. Apparet ergo illos
sursum agi aut ibi concipi, cum omnis
aqua pluuialis decurrat. Hoc ex
media existimant quadam in parte.

Omnes terrarum uaste paludes iacent
magnique nauigabiles lacus, et spatiis
ingentibus spatia maria porrecta sunt
infusa uallibus. Sic interiora terrarum
habent aquis abundantibus. Sunt enim illas
stagnantes quam apud nos, et sunt eius
in imo ea latius, quoniam plus in altum patet.
Ergo ex illa profunda copia isti amnes
egeruntur. Quid ergo miraris si
terra detractionem non sentit, cum ad-
iectionem maria non sentiant?

Quibusdam hoc placet causa. Aiunt hanc
habere terram recessus cauos et multum
spiritus, qui necessario frigescit umbra
grauiori pressus, deinde piger et immotus
in aquam, cum desiit ipse, conuertitur. Quemadmodum
supra nos mutatio aeris imbrem facit,
ita infra terras riuum agit. Supra nos
stare non potest segnis diu et grauis;
aliquando enim sole tenuatur, aliquando uentis expan-
ditur. Itaque interualla magna imbri-
bus sunt. Sub terra uero quicquid est illud
in aquam conuertit, idem semper est, umbra
perpetua, frigus eternum, inexercitata
densitas. Ergo semper prebebit fonti aut
flumini causas. Placet nobis terram esse
mutabilem; hec quicquid efflauit, quia
non libero aere concipitur, crassescit et
protinus in humorem conuertitur.

Habes primas aquarum sub terra nascentium
causas. Adicias licet quod fiunt omnia ex
omnibus: ex aqua aer, ex aere aqua,
ignis ex aere, ex igne aer. Quare ergo
non terra fiat ex aqua? Que in alia mu-
tabilis est et in aquam, immo maxime
in hanc. Utraque cognata res est,
utraque densa, utraque in extremum
mundi compulsa. Ex aqua terra fit;
cur non aqua fiat e terra? At magna
flumina sunt. Cum uideris ex quanto prodeant,
aspice rursus quanta sint. Miraris
cum labantur assidue, quedam etiam
concitata rapiant, presto esse illis
aquam nouam? Quid si mireris quod cum
uenti totum aera impellant, non de-
ficit spiritus, sed per dies noctesque equaliter
flat; nec ut flumina certo alueo fertur,
sed per uastum celi spatium impetu uadit.
Quid si ullam undam superesse mireris
que superueniat tot fluctibus fractis?
Nichil deficit quod in se redit. Omnium ele-
mentorum alterni recursus sunt; quicquid alteri
perit, in alterum transit, et natura partes suas
uelud in ponderibus constitutas examinat,
ne portionum turbata equitate mundus
preponderet. Omnia in omnibus sunt. Non tantum aer
in ignem transit, sed numquam sine igne est; de-
trahe illi calorem, rigescet, stabit,
durabitur. Transit aer in humorem, sed
nec tamen non sine humore; et aer et
aqua facit terram, sed non magis umquam
sine aqua est quam sine aere. Et ideo facilior
est inuicem transitus, quia illis in que transeundum
est iam mixta sunt. Habet ergo terra humorem:
hunc exprimit. Habet aera: hunc umbra
hiberni frigoris densat ut faciat
humorem. Ipsa quoque mutabilis est in hu-
morem: natura sua utitur. Quid ergo? inquis,
si perpetue sunt cause

quibus flumina oriuntur, quare aliquando
parent, aliquando quibus non fuerant locis exeunt?
Sepe motu terrarum itinera turbantur
et ruina interscindit cursum aquis,
retentisque nouos exitus querunt, aut
ipsius quassatione terre aliunde alio
transferuntur. Apud nos euenire solet
ut amisso canali suo flumina primum
refundantur, deinde, quia perdiderunt uiam,
faciant. Hoc accidisse ait Theophrastus
in Coryco monte, in quo post terrarum tre-
morem noua uis fontium emersit.
Et alias quoque causas interuenire opi-
nantur que aquas euocent aut a cursu
suo deiciant atque auertant. Fuit ali-
quando aquarum inops Hemus. Sed cum Gallorum
gens a Cassandro obsessa in illum
se contulisset et siluas cecidisset, ingens
aquarum copia apparuit, quas scilicet in ali-
mentum suum nemora ducebant; quibus
euersis humor qui deperit in angusta
superfusus est. Idem ait circa Ma-
gnesiam accidisse. Sed pace Theo-
phrasti dixisse liceat, non est hoc simile ueri,
quia fere aquosissima sunt quecumque
umbrosissima. Quod non eueniret si
aquas arbusta siccarent, quibus
alimentum ex proximo est; fluminum uero uis
ex intimo manat ultraque concipitur
quam radicibus euagari licet. Deinde succisae

arbor que plus humoris desiderat non-
numquam id quod iungit sed et id quod restituit
idem quod ait tam Arcadia que urbs
in Creta insula fuit fontes et lacus sub-
stitisse quia desierit coli terra diru-
ta urbe. postea vero quam cultores rece-
perit aquas quoque recepisse. Causam siccitatis
hanc ponit quod obduruerit constricta
tellus nec potuerit imbres inagitata
transmittere. Quomodo ergo plurimos videmus
in locis desertissimis fontes. Plura
denique invenimus que summas aquas eli-
ciunt quam quas accipiunt. Que ... aquas habere reperiunt
quam celebant. Non ergo pluvi-
alem habet aquam que vastissima flumina
a fonte statim magnis apta navigiis
defert. Ut hoc intelligas scito quod per
hiemem estatemque paria a capite
deiectis pluviam posse facere torrentes
non posse equali inter ripas suas teno-
re labentes aquas. non faciunt imbres
sed incitant. Hoc altius ut
paulo repetamus si vis et scies
te non habere quod queras cum ad
veram eius originem accesseris.
Flumina nempe facit copia cum aquae
perennis. Queris ergo quomodo aqua fiat. Interrogabo invicem
quomodo aer fiat aut terra. Sed si rerum
elementa sunt quattuor non potes interro-
gare unde aqua sit. quarta enim pars naturae est.
Quid ergo miraris si rerum nature tam ma-
gna portio potest ex se semper aliquid
effundere. Quomodo aer et ipse quarta
pars mundi ventos et auras movet
sic aqua rivos et flumina. Si ventus
est fluens aer et flumen est fluens
aqua. Satis et multum illi virium
dedi cum dixi elementum est. Intelligis
quod ab illo profectum est non posse deficere.
Aquam ait Thales valentissimum ele-
mentum esse. Hoc fuisse primum putat
ex hoc surrexisse omnia. Sed et
nos quoque aut in eadem sententia aut in
ultima sumus. Dicimus enim ignem esse
qui occupet mundum et in se cuncta
convertat. Hunc evanidum languentemque considere
et nihil relinqui aliud in rerum natura igne
restincto quam humorem. In hoc futuri mundi
spem latere. Ita ignis exitus mundi est. Humor
primordium. Miraris ex hoc posse
amnes semper exire qui pro omnibus fuit
et ex quo sunt omnia. Hic humor
in diductione rerum ad quartas redactus
est. sic positus ut flumina edendo suf-
ficere posset ut rivis ut fontibus.
Que sequitur Thaletis inepta sententia est.
Ait enim terrarum orbem aqua sustineri et
vehi more navigii mobilitateque eius
fluctuare tunc cum dicitur tremere. Non est ergo
mirum si abundat humor ad flumina funden-
da cum mundus in humore sit totus. Hanc veterem
et rudem sententiam explode. Nec est quod
credas in hunc orbem aquam subire
per rimas et facere sentinam. Deinde
Egyptii quattuor elementa fecere ex singulis
bina marem et feminam. Aerem marem iudi-
cant qua ventus est feminam qua nebulosus
et iners. Aquam virilem vocant mare
muliebrem omnem aliam. Ignem vocant
masculum qua ardet flamma et feminam
qua lucet innoxius tactu. Terram for-
tiorem marem vocant saxa cautes-
que feminae nomen assignant huic trac-
tabili et culture. Mare unum est
ab initio ita constitutum habet suas
venas quibus impletur et estuat.
Quomodo maris sic et huius aque
mitioris vasta in occulto potentia
est quam nullus fluminum cursus exhauriet.
Abdita est virium eius ratio tantum ex
illa quantum supervacuum est emittitur.
Quedam ex istis sunt quibus assentire
possimus. Sed hoc amplius censeo placet
natura regi terram et quidem ad nostro-
rum corporum exemplar in quibus et vene
sunt et arterie. Ille sanguinis he spiri-
tus receptacula. In terra quoque sunt alia
itinera per que aqua alia per que spiritus currit.
adeoque ad similitudinem illa humano-
rum corporum natura formavit ut maiores
quoque nostri aquarum appellaverint venas.
Sed quemadmodum in nobis non tantum sanguis est
sed multa genera humoris alia neces-
saria alia corrupta aut paulo pinguiora.
in capite cerebrum in ossibus medul-
le. muci salivaeque et lacrime
et quiddam additum articulis per quod
citius flectantur ex lubrico. Sic
in terra quoque sunt humoris genera compla-
ra quedam que mature durantur. Hinc
est omnis metallorum humus ex quibus
aurum argentumque petit avaritia et
que in lapidem ex liquore vertuntur. In quibus-
dam vero locis terra humorque lique-
scit sicut bitumen et cetera huic similia.
Hec est causa aquarum secundum legem nature volun-
tatemque nascentium. Ceterum ut in no-
stris corporibus ita in illa sepe humores
vitia concipiunt aut ictus aut quassatio
aliqua aut loci senium aut frigus aut estus
corrupere naturam et sulphuratio contraxit

humorem qui modo continuus et modo venis egerit
ut corporibus nostris sanguis cum percussa ve-
na est tam diu manat donec omnis effluxit
aut donec vene scissura subsedit atque inter-
clusit aut aliqua alia causa retro dedit
sanguinem. Ita in terra solutis ac patefactis
venis rivus aut flumine effunditur. Interest
quanto aperta sit vena que modo consumpta
aqua deficit, modo excecata aliquo
impedimento, modo coit velut in cica-
tricem comprimitque quam fecerat viam, modo
illa vis terre quam esse mutabilem diximus
desinit posse alimenta in humorem conver-
tere. Aliquando autem exhausta replentur, modo
per se viribus recollectis, modo aliunde
translatis. Sepe enim inania apposita
plenis humorem in se advocant.
Sepe terra si facilis est in tabem ipsa re-
solvitur et humescit. Idem evenit
sub terra quod in nubibus, ut spissetur gra-
vior quam ut manere in natura possit
et fingit humorem. Sepe colligitur ro-
ris modo tenuis et dispersus liquor qui
ex multis in unum locis confluit. Sudo-
rem aque leges vocant, quia gutte
quedam vel pressure loci eliduntur vel
estu evocantur. Hec tenuis unda vix
fonti sufficiat. At ex magnis cavis ma-
gnisque conceptibus excidunt amnes,
quos nonnunquam leniter eminens, si aqua
pondere suo se tantum detulit, nonnunquam
vehementer et cum sono suo, si illam spiritus
intermixtus eiecit. Sed quare quidam fon-
tes senis horis pleni senisque sicci
sunt? Supervacuum est nominare singula
flumina que certis mensibus magna sunt, an-
gusta sunt, et occasionem singulis quere-
re possim. Eandem causam singulis reddere.
Ut quemadmodum quartana ad horam venit, quem-
admodum ad tempus podagra respondet, quemadmodum
purgatio si nihil obstitit statutum
diem servat, quemadmodum presto est ad mensem
suum partus, sic aque intervalla habent
quibus se retrahant et quibus reddant.
Quedam autem intervalla minora sunt
et ideo notabilia, quedam maiora nec
minus certa. Et quid hoc miror cum videam
ordinem rerum et naturam per constituta
procedere? Hiems nunquam aberravit.
Estas suo tempore incaluit. Autumni
vernique ut solet facta mutatio est.
Tam solstitium quam equinoctium suos
dies retulit. Sunt et sub terra minus
nota nobis iura nature sed non minus certa.
Crede infra quicquid vides esse. Sunt et illic
specus vasti ingentesque recessus

ac spatia suspensis hinc et inde monti-
bus laxa. Sunt abrupti in infinitum hia-
tus, qui sepe illapsas urbes receperunt
et ingentem ruinam in alto condiderunt. Hec
spiritu plena sunt, nihil enim usquam inane
est, et stagna obsessa tenebris et
lacus ampli. Animalia quoque illis inna-
scuntur sed tarda et informia ut in
aere ceco pinguique concepta et a-
quis torpentibus situ. Pleraque ex his
ceca ut talpe et subterranei mures
quibus deest lumen quia supervacuum est. Inde
ut Theophrastus affirmat pisces qui-
busdam locis eruuntur. Veniunt
multa hoc loco tibi in mentem que urba-
ne in re incredibili fabulam dicas:
non cum retibus aliquem nec cum hamis sed
cum dolabra ire piscatum. Expecto ut
aliquis in mari venetur. Quid est autem quare
non pisces in terram transeant, si nos maria
transimus, permutabimus sedes. Hoc miraris
accidere? Quanto incredibiliora sunt opera
luxurie, quotiens naturam aut mentitur aut vincit.
In cubili natant pisces et sub ipsa men-
sa capitur qui statim transferatur in mensam.
Parum videtur recens mullus nisi qui in con-
vive manu moritur. Vitreis ollis
inclusi afferuntur et observatur mori-
entium color quem in multas mutationes
mors luctante spiritu vertit. Alios necant
in garo et condiunt vivos. Hi sunt qui
fabulas putant piscem vivere posse
sub terra et effodi non capi. Quam incre-
dibile illi videretur si audiret natare
in garo piscem nec cene causa occisum esse
super cenam, cum multum in deliciis et
oculos ante quam gulam pavit. Permitte 8 luxuria
mihi questione seposita castigare luxuriam.
Nihil est inquis mullo expirante formo-
sius. Ipsa colluctatione animam efflantis
rubor primum deinde pallor suffunditur
squameque variantur et in incertas facies inter
vitam et mortem coloris est vaga mutatio. Longa
somniculose inertisque luxurie quam sero
et circumscribi se et fraudari
tanto bono sensit. Hoc adhuc tam pulchro
spectaculo piscatores fruebantur. Quo
examinem in ipso ferculo coquunt.
Mirabantur tantum in illo esse fastidium ut
nollent attingere nisi eodem die captum
piscem qui ut aiunt sapit ipsum mare.
Ideo cursu advehebatur, ideo gerulis
cum anhelitu et clamore properantibus
dabatur via. Quo pervenere delicie? Iam
pro putrido his piscis est occisus. Qui non
hodie eductus hoc certius est. Nescio

de re magna tibi certe ipse optime
recedas huc conferret certe me magis
agat. ad hec sessu pervenit veteres
delicator ut gustare non possit pisces
nisi que in ipso convivio natantes pal
pitantes viderit. Certi ad solemnia
lustre prevenit. hinc accidit tanta quod sub
tilius quottidie et elegantius aliquid
excogitat furor insatiata gemmulis
Illa audiebamus mirum et melius salari
li mullo. At nos audimus mirum et ma
riete formosius. De mi in manu vas
vitreum in quo clauditur in quo trepidet
ubi multum diu quod laudatus est. Ex illo
pluvado nimais extrahi. Inde ut quisque
peritior est monstrat. Vide quo ex ar
serit rubor omni acrior agat. Ecce
sanguinem putres veterem quod tum luci
gen quidem tenuis unique sub ipso tempore c
fulsit. Iam porrigit et pallet et
in unum colorem componitur. Ex hijs noto
morientis amicos aspicit. Nec vide mor
te prius qui sustinuit quam optavit
Renatus quisque suus domesticum adrogan
p requiritur spirat ... proxima hora
deserit ad mortem nulli convivii
mirum est ea formosius. Nos tempore
in quo vitae iniurium temerarie probis
et spectatis modum excedam. Nos sunt
ad poma dentibus et ventre et ore
contenti. ocellis quod gulosi sunt. ¶ Sed
ut ad propositum revertar dicitur ergo
magna vim aquarum in se tenentis
ocellis fertilem. ferto siti piscium. Ex
quo erupit. affert secum in mensam
avidum tibi hornida apparuit et tempore
ac noxiam gustu. Certe cum in Campania
Campaniam in urbe talis exilis mida
pierunt quoque illos ederat pisces
quos ignota etiam ea die celo. Nam ius
quod audit nec id mirum erat cum
pingua et differta ut ex longo
ocio corpa et cum in ex tectata et in
tenebris sagmata et luce ex parte ex
qua salubritatis dr. Nasci autem posse
pisces in illo terram per fundo sit in diuum
quod anguille latebrosis locis nascuntur
quod ramus et ipse tribus ob ignaviam uti
quod si altitudo illius luti penitus ab
scondit hec quod non tam venas aquarum terra
ex quibus generatur flumina efficiat
sub amnes magnitudinis nasce [illegible]
alios sunt in occulto est et dicitur aliquo
sinu terre devorent. Sic et aliquos lacu
(con)vergit sicut quibus ignorat et quia
stagna sine fundo conversum ut plurimum
ut appareat habet aqua magnus
... etiam tenuibus ... nec iungit

exurat sicut flumina fontaneis. At quia
aquis sapor varius propter quatuor in se ex
salo prima est propter quod fert secunda ex eadem
stillante civis vastitate. 3a ex ipsum stagnum
suffugatis. 4a ex vicus quod sepe co
rumpit corrupte per iniuriam. Hec enim
saporem dederunt aquis varium. Hec in
contraria potestatem. Hec generem et co
lorem quod pestifer. Hec levitatem gravi
tatem quod calorem ad nimium rigorem
sunt. vel loca sulphure aut nitro aut
bitumine plena infecerit hac ratione
corrupte tamen inde pietas bibunt. Illud
inde de quo Ovidius Numen habet.
ac amnes quod potum saxa reddit vi
scera quod tactis inducit marmora
rebus comedicatum et cigneae ha
limina. ut corpa agglutinant et in
durat. Campania puteolanus pulvis si
aqua attigit saxum est. Sic e contra
aqua si solidum tengit hec et
et affligit inde. Et quod rebus abiectis
in eundem locum lapides profundo
extrahit. Quod in Italia circum quibusdam
locis evenit. sive virgas sive
frondes demersas. lapides post pauc
tis diebus extrahis. Circumfunditur corpi
bus allinit quod paulatim hoc
invenies videbis tibi mirum si nolavis
albulas et fere in sulphuratam circa
canales suos tum bonos quod duran
Alia aqua habet ut cum illi lacus quos
quisque faucibus hausit. ut inde po
eta ait dixit fuit a patrum mira
ignitate sopore. Sicilia hic in mons
se vehementiores. Nam Campania ebrietas
per capite demergat et in mina
ignitate de fert in somnis sic hinc
aqua sulphurata in us hec gaudet
agrius ex a venenis animis arctem
a furorem mons a sopore assumpsit
hic etiam malumque eius a mus que gra
quod pars madcatis gulae traxit
haud alter titubat quam si mera
mina bibisset. ¶ In quosdam specus
qui despexere moriuntur tam velox
malum est ut in suis lateribus duces de
nicat Tale est aer talis est locus
ex quo letalis aqua distillat
sed si remissior fuit aer et loci
pestis ipsa quoque temperantior neque
nisi aptus quod tempore vernos
videtur ebrietate torpentes Nec
mirum si locus alio aer aquas
infecit similes quod regionibus

tendit per quas et ex quibus venit. Pa-
buli sapor apparet in lacte, et vini virtus
consistit etiam in aceto. Nulla res est que
non eius a quo nascitur notas reddat.
Aliud est aquarum genus quod nobis pla-
cet cepisse cum mundo. Sive ille eternus
est, hec quoque fuit semper; sive initium aliquod
est, hec quoque cum toto disposita est. Quod
illi? hec quia oceanum et quod cum ex-
pit hec quasi maria terras interfluit. Judicant
illo mari quedam flumina quorum inenarrabilis
natura est cum ipso mundo traxisse principia
ut Histrum, ut Nilum, vastos amnes
magisque insignes quam ut dici possit
eandem illis originem quam ceteris esse. Hec
est ergo aquarum divisio ut quibusdam
videtur: post illas ex superioribus celestes
aquas nubila excutiunt. Ceterum ex
aliis sunt ut ita dicam supernatales,
que in summa humo repunt. Alie ab-
dite quarum reddita est ratio. Quedam
aqua calcat, quedam etiam ferrugat intus
ut non possit esse usui nisi aut in aperto
evanuerit aut mixte frigide intepu-
erint. Plures cause redduntur. Em-
pedocles existimat ignibus quos multis
locis terra opertos tegit aquam calescere,
si subiecti sunt solo per quod aquis trans-
cursus est. Facere solemus dracones
et miliaria et complures formas in quibus
ere fistulas struimus per declive circum-
datas, ut sepe eundem ignem ambiens
aqua per tantum fluat spatium quantum
efficiendo calori sat est; frigida itaque intrat,
effluit calida. Idem sub terra Empedo-
cles existimat fieri, quem non falli cre-
debant in quibus balnearia sine
igne calefiunt. Spiritus in illa fervens
loco estuante infunditur. Hic per meatus
lapsus non aliter quam igne subdito pari-
etes et vasa balnei calefacit. Omnis
denique frigida transitu mutatur in ca-
lidam, nec trahit saporem e vapora-
rio, quia clausa prelabitur. Quidam exi-
stimant per loca sulphure plena vel
intrantes aquas calorem beneficio
materie per quam fluunt trahere. Quod ipso
odore gustuque testantur; reddunt enim qua-
litatem eius que caluerunt materie. Quod ne ac-
cidere mireris, vive calci aquam in-
funde, fervebit. Quedam aque
mortifere sunt, nec odore notabiles
nec sapore. Circa Nonacrinum in Archa-
dia Stix appellata ab incolis advenas
fallit, quia non facie, non odore suspe-
cta est, qualia sunt magnorum artifi-
cum venena, que deprehendi nisi morte

non possunt. Hec autem de qua paulo ante re-
tuli aqua summa celeritate corrumpit,
nec remedio locus est, quia protinus hau-
sta durescit, nec aliter quam gypsum sub umore
constringitur et alligat viscera. Est et
noxia aqua in Thessalia circa Tempe,
quam et fera et pecus omne devitat;
per ferrum et es exit, tanta vis illi
est etiam dura mollienti; ne arbu-
sta quidem ulla alit et herbas necat.
Quibusdam fluminibus vis inest mira.
Alia enim sunt que pota inficiunt greges ovium
intraque certum tempus que fuere nigre albam
ferunt lanam, que albe venerant nigre
abeunt. Hoc in Boetia amnes duo
efficiunt, quorum alteri ab effectu Melas nomen est;
utraque ex eodem lacu exeunt diversa
facturi. In Macedonia quoque, ut ait
Theophrastus, est flumen ad quod facere
albas oves qui volunt adducunt; quod cum diu
potaverunt non aliter quam infecte mutantur.
At si illis lana opus fuit nigra, paratus
gratuitus infector est: ad Peneion
eundem gregem appellat. Auctores bo-
nos habeo esse in Gallatia flumen quod
idem in omnibus efficiat, esse in Capado-
cia quo poto equis, nec ulli preterea
animali, color mutetur et spargatur albo cutis.
Quosdam lacus esse qui nandi imperitos
ferant notum est. Erat in pluria et est
adhuc in Syria stagnum in quo natant la-
teres et mergi proiecta non possunt, li-
cet gravia sint. Huius rei palam causa est.
Quamcumque vis rem expende et contra
aquam statue, dummodo utriusque par sit
modus: si aqua gravior est, leviorem
rem quam ipsa est feret et tanto supra se
extollet quanto erit levior; graviora
descendunt. At si aque et eius
rei quam contra pensabis par pondus erit,
nec pessum ibit nec extabit, sed exequabitur
aque et natabit quidem, sed pene
mersa ac nulla eminens parte. Hoc est
cur quedam tigna supra aquam pene tota
efferuntur, quedam ad medium summersa
sunt, quedam ad equilibrium aque descen-
dant. Nam cum utriusque pondus par est, neutra
res alteri cedat; graviora descen-
dunt, leviora gestantur. Grave autem
et leve est non estimatione nostra, sed compara-
tione eius quo vehi debet. Itaque ubi aqua
gravior est homine aut saxo, non sinit
id quo vincitur mergi. Sic evenit
ut in quibusdam stagnis ne lapides
quidem pessum eant. De solidis et duris
loquor. Sunt enim multi pumicosi
et leves, ex quibus que constant insule

in media natat. Theophrastus est auctor ipse adultam natantem insulam vado. In ytalia in vado latarum vehi in statione instabili est. Cutiliarum insula et arbores habet et herbas nutrit, tamen aqua sustinetur et in hanc atque illam partem non tantum vento impellitur sed aura, nec umquam illi per diem ac noctem uno loco statio est, adeo movetur levi flatu. Huic duplex causa est: aque gravitas medicate et ob hoc ponderose, et ipsius insule vectabilis materia que non est corporis solidi quamvis arbores alat. Fortasse enim leves truncos frondesque in lacu sparsas pinguis humor apprehendit ac vinxit. Itaque etiam si qua in illa saxa sunt invenies exesa et fistulosa, qualia sunt que duratus humor efficit, utique circa medicatorum fontium rivos, ubi purgamenta aquarum coaluerunt et spuma solidatur. Necessario leve est quod ex eluctato spumaque concretum est. Quorundam causa non potest reddi, quare aqua Nilotica fecundiores feminas faciat, adeo ut quarundam viscera longa sterilitate preclusa ad conceptum relaxaverit; quare quedam in Licia aque conceptum feminarum custodiant, quas solent petere quibus parum tenax vulva est. Quod ad me attinet, pono ista inter temere vulgata. Creditum est quasdam aquas scabiem afferre corporibus, quasdam vitiliginem et fedam ex albo varietatem, sive infusa sive pota sit. Quod vitium dicunt habere aquas ex rore collectas. Cuius non gravissimas esse aquas credat que in cristallum coeunt? Contra autem est: tenuissimis enim hoc evenit, quas frigus ab ipsa tenuitate facillime gelat. Unde autem fiat eiusmodi lapis apud Grecos ex ipso nomine apparet: cristallum enim appellant eque hunc perlucidum lapidem quam illam glaciem ex qua fieri lapis creditur. Aqua enim celestis minimum in se terreni habens, cum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis donec omni aere exclusa in se tota compressa est, et humor qui fuerat lapis effectus est.

Estate quedam flumina augentur, ut Nilus, cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est auctor in Ponto quoque quedam amnes crescere tempore estivo. Quattuor esse iudicant causas: aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra sit, aut quia in remoto imbres sunt quorum aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus ventis hostium ceditur et reverberatus fluctu amnis resistit, qui crescere videtur quia non effunditur. Quarta siderum ratio est; hec enim quibusdam mensibus magis urgent et exhauriunt flumina; cum longius recesserunt, minus assumunt atque trahunt. Itaque quod impendio solebat, id in incremento accedit. Quedam flumina palam in aliquem specum decidunt et sic ex oculis auferuntur; quedam consumuntur paulatim et intercidunt; eadem ex intervallo revertuntur recipiuntque et nomen et cursum. Causa manifesta est: sub terra vacat locus; omnis autem natura humor ad inferius et ad inane defertur. Illo itaque recepta flumina cursus egere secreto; sed cum primum aliquid solidi quod obstaret occurrit, perrupta parte que minus ad exitum repugnabat, repetiere cursum suum. Sic ubi terreno Lycus est epotatus hiatu, existit procul hinc alioque renascitur ore. Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus redditur Argolicis ingens Erasinus in undis. Idem et in Oriente Tigris facit: absorbetur et desideratus diu tandem longe remoto loco, emergit. Quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, ut Arethusa in Sicilia quinta quaque estate per Olimpia. Inde opinio est Alpheum ex Achaia eo usque penetrare et agere sub mari cursum, nec ante quam in Syracusano litore emergere, ideoque his diebus quibus Olimpia sunt victimarum stercus secundo traditum flumini illic redundare. Et hoc et a te creditum est, ut in prima parte, Lucili karissime, et a Virgilio qui alloquitur Arethusam: Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suas non intermisceat undas. Est in Cherso neso Rhodiorum fons qui post magnum intervallum temporis feda quedam turbida ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque est. Hoc quibusdam locis fontes faciunt, ut non tantum lutum sed folia testasque et quidquid putre iacuit expellant. Ubique autem facit mare, cui hec natura est ut omne immundum stercorosumque litoribus impingat. Quedam vero partes maris certis temporibus faciunt, ut circa Messenem et Milas fimi quiddam simile

Natalia m°

Pluviale avib[us] mare p[er]fert. ferreq[ue]
et exestuat nec sp[er] calore fedo sed
illic stabulac[i]o solis sabuli z. S[ed] di
similis ros z quor[um]da utiq[ue] nubi t[em]p[or]e
omnib[us] ut deq[ui]a q[ue] mole p[er]uam s
in ictu z Statq[ue] p[ro]xia q[uo]d i novu[m] et
intima n[on] pt ea cet[er]or[um] publica z
illa oib[us] aq[ua]r[um] stantiu[m] clausit[ur] q[ue] na
se pugat na t[er]r[is] q[ui]b[us] c[on]suit z no
put unda q[uo]d se q[ui] sua n[on] dz
et ex portat ille q[ui] na e[n]i[m] ittut q[uo]q[ue]
insedit mag[is] nu[n]q[uam] ne estuat mar[e]
n[on] cadaver[a] strictura q[ue] et naufra
gor[um] reliqua sitia ex m[a]r[i]na t[er]r[a]
ne t[em]p[or]u[m] tempestate fluctuq[ue] s[ed] tra
nquillu[m] q[ue] placiduq[ue] p[ur]gat. Cez mo
net me l[oqu]i ut gravi. tu fatalis
dies diluvii venit. q[ua]n[do] magna
p[ar]s t[er]rar[um] p[er]udis obruta Vt[rum] ac
ceani viribus fiat. et ex t[er]m[in]i i nos
tr[um] pellagus exurgat an crebri sp
intermissione ymbres et elisa esta
te yemis p[er]tinax i nec s[ic] nix q[ue]
rupt[is] nubibus animat. An flumi
tellus largius fundat ap[er]iat q[ue]
fontes novos. q[uam] n[on] fit uno tanto
malo ca[usa]. S[ed] o[mn]es ea [con]sentiat. et sit
ymbres cadunt. flumi[n]a increscant
maria sedib[us] suis excita p[ro]r[um]pat
et o[mn]ia nova agmine ad exitiu[m] huma
ni gen[er]is incubant. Ita z rebus dissipa
tis ne z. utiq[ue] ubi i fine sui p[er]fecat
ad originem rer[um] p[er]te ut i p[ri]mib[us]
Supp[er]sat q[ue] se intromitt[it] fallentib[us]
subito cacumina tanta nusq[ue] venit
b[re]vi longo t[em]p[or]e op[us] z ut eu[m] [con]cepit
ad puerp[er]iu[m] p[er]duxit infans crevit
laborib[us] tenue educat. q[ue] diligenti
nut[ri]to ob nox[iu]m novissime corp[us]
adolescet. ad quam illo negocio
salut[em]. Urbes [con]stituit etas. una
dissolvit. ut momento fit cinis d[...]
silva magna tutela stat ad[...]
ona cito ac repente dissiluit
q[ue] ex h[oc] statu rer[um] na fluxerit
i exitu[m] mal[...] satis z. Ergo tu
assumpt illa vetitas t[em]p[or]ib[us] multa sit
sola cas movet. Nec sp[er] [con]cussione
mundi tanta mutatio z. ut quida[m] pu
tat int[er] q[ua]tuor [...] z. P[ri]mo
i media cadunt ymbres et sine
ullis solib[us] triste nubilo celu z
nebula q[ue] [con]tinua. et ex humido sp[issi]
ssa caligo. Hinc ex spirantib[us] venis
Ind[e] vicum satis z segetu[m] sp[er] fruge

surgent matur[e]. Hinc corrupt[is] q[ue] serunt
mtum plan[...] urbs herba surrexit
vox i invia et validorum sese. Solut
q[ue] ipse radicibus arbusta p[ro]rubuit et vit
atz omne virgultu[m] n[on] tenet solo q[uo]d mo
lle fluidu[m] q[ue] iam ne germina ne pabu
la leta aquis sustinet. fame labora
et mag[is] ad antiq[ua] alime[n]ta p[or]rigit
manu[m] ylex z et q[ue] eor[um] exsulit. et q[uo]cu[m]q[ue]
in t[er]r[is] credidis arbor [con]cussa astra
la p[ro]dit stetit. Labat ac madet tecta
et i imo usq[ue] recepit aquas fundam[en]ta
desidunt ac tota humus stagna fruct
titubatu[m] fulta tracta. Omne n[on] sine
titubatio i lubrico fugit. et luta sanguino
mens stabile z. p[ost]q[uam] magis magisq[ue]
imbri [con]fluxit et [con]gesta solis tabuerit
mines. Devoluti torrentes altissi
montib[us] rapit silvas male herentes
et saxa revoluta remissa compagib[us]
rotat. abluit villas et intermixtas
ovium greges devehit vilesq[ue] cum errat
Urbes et implicates t[ra]hit membra
sunt ip[s]os an naufragiu[m] [con]trant
metos. Adeo p[ri]mi et q[ue] [con]primit et
q[ue] merget venit. ducta deinde p[ro]ce
ssu aliquo in se torrentibus rapit pla
na passim p[ro]stat. Novissime i ma[gna] ma[...]
gnorum clarius. bonum status q[ue] diffudi
flumina n[on] suapte na[tura] vasta et tempesta
tib[us] rupta alveos reliquit. Quod in
te rudanu[m] q[uo]d renu[m] atz danubi[um] m
quib[us] torrentes et i canali suo [...]
z tu sup[er]fusi novas sibi fecere ripas
ac scissa humo p[ri]mi excessere alveo
Quanta i cu[m] p[re]cipitio volutur ubi p[er]
campestria fluens rerumq[ue] ne spatio c[...]
latitudo. Sz latissima p[er] angustu[m] a
quas implet. Cu[m] danubius n[on] ia[m]
radices nec media iam tam stringit s[ed]
iuga ipsa sollicitabat ferens secum ma
defecta motu[m] latera rupes q[ue] disic
etas et mag[...] p[ro]mi[...] regionu[m]
que fundamentis laborib[us] ne contra
sserunt. Dein n[on] in ne[...] exitu[m]
Cu[m] n[on] ipse sibi p[re]cluserat i orbem
redit i ycelo t[er]rar[um] b[...] atz urbiu[m]
inuo diutine i voluit. Inter p[er]manet
ymbres. fit celu[m] grav[ius] ac p[ro]diu[m]
malu[m] ex malo colligit. q[uo]d olim
fuerat nubilu[m] nox z et horrida at
tribit i q[uibus] lumi[n]is diri. Crebra ei
micat fulmina p[ro]celle q[ue] quatiunt ma
Tunc n[on] actu flumi[n]um accessu et
sibi angusti. iaz n[on] p[ro]movet litto

tardius it quam ceterae sed longius. Succurrat
tibi idem me de cometis posse dicere
etiamsi segnior illis cursus sit. Sed menda-
cium est eos tardius ire; nam intra sextum
mensem dimidiam caeli partem transcurrit
hic proximus, prior intra pauciores menses
receptus est. Sed quia graviores sunt, inferius
deferuntur. Primum non defertur quod circumfertur.

Deinde hic proximus a septemtrione motus sui
initium fecit et per occidentem in meri-
diana pervenit, erigensque cursum suum obliquit.
Alter ille Claudianus a septemtrione
primum visus non desiit in rectum assi-
due celsior ferri donec excessit. Haec sunt
quae aut alios movent circa cometas pertine-
ntia aut me. Quae an vera sint dii sciunt
quibus est scientia veri. Nobis rimari
illa et coniectura ire in occulto tantum licet
nec cum fiducia inveniendi nec sine
spe. Egregie Aristoteles ait numquam
nos verecundiores esse debere quam cum
de diis agitur. Si intramus templa
compositi, si ad sacrificium accessuri
vultum summittimus, togam adducimus,
si in omne argumentum modestiae fingimur,
quanto hoc magis facere debemus cum de
sideribus, de stellis disputamus, ne quid
temere, ne quid imprudenter aut ignorantes
affirmemus aut scientes mentiamur. Nec
miremur tam tarde erui quae tam alte
iacent. Panaetio et his qui videri
volunt cometen non esse ordinarium
sidus sed falsam sideris faciem, dili-
genter tractandum est an aeque omnis pars
anni edendis cometis satis apta
sit, an omnis caeli regio idonea
in qua creentur, an quocumque ire ibi
et concipi possint, et cetera. Quae universa
tolluntur cum dico illos non fortui-
tos esse ignes sed intextos mundo, quos
non frequenter educit, sed in occulto mo-
vet. Quam multa praeter hos per secretum
eunt, numquam humanis oculis orientia!
Quota pars operis tanti nobis committitur!
Ipse qui ista tractat, qui condidit,
qui totum hoc fundavit deditque circa
se, maiorque est pars sui operis ac
melior, effugit oculos; cogita-
tione visendus est. Multa praeterea cognata
numini summo et vicina sortita
potentiam obscura sunt, aut fortas-
se quod magis mireris oculos nostros
et implent et effugiunt, sive illis
tanta subtilitas est quam consequi acies
humana non possit, sive in sanctiore
secessu maiestas tanta delituit
et regnum suum, id est se, regit nec ulli
aditum dat nisi animo. Quid sit hoc sine
quo nihil est scire non possumus, et mi-
ramur si quos igniculos parum novimus,
cum pars maxima mundi, deus, lateat.
Quam multa alia hoc primum cognovimus saeculo,
quam multa negotia ne hoc quidem. Multa
venientis aevi populus ignota nobis
sciet; multa saeculis tunc futuris cum memo-
ria nostri exoleverit reservantur. Pusilla

res mundus est. Non semel quaedam sacra traduntur. Eleusinas servat quod ostendat revisentibus. Rerum natura sacra sua non semel tradit. Initiatos nos credimus, in vestibulo eius haeremus. Illa archana non promiscue nec omnibus patent; reducta et interiore sacrario clausa sunt, ex quibus aliud haec aetas, aliud quod post nos subibit aspiciet. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur? Tarde magna proveniunt, utique si labor cessat. Id quod unum toto agimus animo nondum perfecimus, ut pessimi essemus. Adhuc in processu vitia sunt. Invenit luxuria aliquid novi in quod insaniat; invenit impudicitia novam contumeliam sibi; invenit deliciarum dissolutio et tabes aliquid tenerius molliusque quo pereat. Nondum satis robur omne proiecimus. Adhuc quicquid est boni moris extinguimus. Levitate et politura corporum muliebres munditias antecessimus, colores meretricios matronis quidem non induendos viri sumimus, tenero et molli ingressu suspendimus gradum, non ambulamus sed incedimus. Exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur. Cotidie comminiscimur per quae virilitati fiat iniuria, ut traducatur, quia non potest exui. Alius genitalia excidit, alius in obscenam partem ludi fugit et locatus ad mortem infame armature genus in quo morbum suum exerceat legit. Miraris si nondum sapientia opus suum implevit? Nondum tota se nequitia protulit; adhuc nascitur, et huic omnes operam damus, huic oculi nostri, huic manus serviunt. Sapientiam quis accedit? Quis dignam iudicat nisi quam in transitu noverit? Quis philosophum aut ullum liberale respicit studium, nisi cum ludi intercalantur, cum aliqui pluvius intervenit dies quem perdere licet? Itaque tot familiae philosophorum sine successore deficiunt. Achademici et veteres et minores nullum antistitem reliquerunt. Quis est qui tradat praecepta Pyrrhonis? Pitagorica illa invidiosa turbae schola praeceptorem non invenit. Sextiorum nova et Romani roboris secta inter initia sua cum magno impetu coepisset extincta est. At quanta cura laboratur ne cuius pantomimi nomen intercidat! Stat per successores Piladis et Bathilli domus; harum artium multi discipuli sunt multique doctores. Privatum urbe tota sonat pulpitum; in hoc viri, in hoc feminae tripudiant. Mares inter se uxoresque contendunt uter det latus illis. Deinde sub persona cum diu trita frons est, transitur ad galeam. Philosophiae nulla cura est. Itaque adeo nichil invenitur ex his quae parum investigata antiqui reliquerunt, ut multa quae inventa erant obliterentur. At mehercle si hoc totis membris premeremus, si in hoc iuventus sobria incumberet, hoc maiores docerent, hoc minores addiscerent, vix ad fundum veniretur in quo veritas posita est, quam nunc in summa terra et levi manu quaerimus.

Annei Lucii Senece ad Lucilium liber incipit. Cum mundus divina providentia regatur quare multa mala bonis accidunt.

Quaesisti a me Lucili quid ita si providentia mundus regeretur multa bonis viris acciderent mala. Hoc commodius in contextu operis redderetur, cum praeesse universis providentiam probaremus et interesse nobis deum. Sed quoniam a toto particulam revelli placet et unam contradictionem manente lite integra solvere, faciam rem non difficilem, causam deorum agam. Supervacuum est in praesentia ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare nec hunc siderum coetum discursumque fortuiti impetus esse, et quae casus incitat saepe turbari et cito arietare, hanc inoffensam velocitatem procedere aeternae legis imperio tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum et ex disposito relucentium; non esse materiae errantis hunc ordinem, nec quae temere coierunt tanta arte pendere ut terrarum gravissimum pondus sedeat immotum et circa se properantis caeli fugam spectet, ut infusa vallibus maria molliant terras nec ullum incrementum fluminum sentiant, ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Ne illa quidem quae videntur confusa et incerta, pluvias dico nubesque et elisorum fulminum iactus et incendia ruptis montium verticibus effusa, tremores labantis soli aliaque quae tumultuosa pars rerum circa terras movet, sine ratione, quamvis subita sint, accidunt, sed suas et illa causas habent non minus quam quae alienis locis conspecta miraculo sunt, ut in mediis fluctibus calentes aquae et nova insularum in vasto exsilientium maris spatia. Iam vero si quis observaverit nudari litora pelago in se recedente eadem intra exiguum tempus operiri, credet caeca quadam volutatione modo contrahi undas et introrsum agi, modo erumpere et magno repetere sedem suam

Hic dicit Lucilius quaesivit a Seneca si [illegible] providentia deum mundus esse regatur [illegible] quare multa mala [illegible] accidunt [illegible]

i. cito currere

aliquarum

alias luctuosa

2o ro

alias volvere et voluptate

Presupposito [illegible] probat [illegible] mundi machina divina providentia gubernari [illegible] quibus [illegible] permittit bonos affligi quia ipsos diligit [illegible] laboribus et [illegible] cogit filium [illegible] permittit [illegible] bonorum mala videntur non sunt mala sed [illegible] bonum [illegible] et mala videntur bona [illegible]

ab c d

Cum uero ille [illegible] creuit et
ad [illegible] amplioris
[illegible] illas [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] iste tempore [illegible] eo quo magis
[illegible] dubitatis [illegible]
[illegible] In gratiam te reducam cum dis
aduersus optimos optimis. Neque enim rerum
natura patitur ut umquam bona bonis no-
ceant. Inter bonos uiros ac deos
amicitia est conciliante uirtute. Amicitiam dico?
immo etiam necessitudo et similitudo, quoniam
quidem bonus tempore tantum a deo differt, di-
scipulus eius emulatorque et uera proge-
nies, quam parens ille magnificus, uirtu-
tum non lenis exactor, sicut seueri
patres durius educat. Itaque cum ui-
deris bonos uiros acceptosque diis
laborare, sudare, per arduum escende-
re, malos autem lasciuire et uoluptatibus flue-
re, cogita filiorum nos modestia delectari,
uernularum licentia, illos disciplina
tristiori contineri, horum ali audaciam.
Idem tibi de deo liqueat: bonum uirum
in deliciis non habet, experitur, indurat,
sibi illum preparat. Quare multa bonis
uiris aduersa eueniunt? Nichil accide-
re bono uiro potest mali; non miscentur
contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum super-
ne deiectorum imbrium, tanta medi-
catorum uis fontium saporem non mu-
tant maris, nec remittunt quidem, ita
aduersarum impetus rerum uiri fortis non
uertit animum; manet in statu et quicquid
euenit in suum colorem trahit; est enim
omnibus externis potentior. Nec hoc
dico, non sentit illa, sed uincit, et alio-
quin quietus placidusque contra incurrentia
attollitur. Omnia aduersa exercitationes
putat. Quis autem uir modo erectus
ad honesta non est laboris appetens
iusti et ad officia cum periculo promptus?
Cui non industrio ocium pena? Athletas
uidemus, quibus uirium cura est, cum for-
tissimis quibusque confligere et exigere
ab hiis per quos certamini preparantur ut
totis contra ipsos uiribus utantur; cedi se
uexarique patiuntur, et si non inueniunt
singulos pares, pluribus simul obiciun-
tur. Marcet sine aduersario uirtus; tunc ap-
paret quanta sit, quantum ualeat, quantumque polleat, cum
quid possit patientia ostendit. Scias
licet bonus uir idem faciendum, ut dura
et difficilia non reformidet nec
de fato queratur; quicquid accidit boni
consulat, in bonum uertat; non quid sed quemadmodum
feras interest. Non uides quanto aliter
patres, aliter matres indulgent? Illi
excitari iubent liberos ad studia

[illegible]

ob eunda mature, feriatis quoque diebus
non patiuntur esse ociosos et sudorem
illis et interdum lacrimas excutiunt.
At matres fouere in sinu, continere in um-
bra uolunt, numquam flere, numquam contri-
stari, numquam laborare. Patrium deus
habet aduersus bonos uiros animum et
illos fortiter amat, et operibus, dolo-
ribus, dampnis exagitentur, ut uerum
colligant robur. Languent per inertiam
saginata nec labore tantum sed motu
et ipso sui onere deficiunt. Non fert
ullum ictum illesa felicitas. At ubi
assidua fuit cum incommodis suis
rixa, callum per iniurias ducit nec ulli
malo cedit, sed etiam si cecidit de genu
pugnat. Miraris tu si ille deus
bonorum amantissimus, qui illos quam optimos
esse atque excellentissimos uult, fortunam
illis cum qua exerceantur assignat?
Ego uero non miror si aliquando impetum
capiunt spectandi magnos uiros
colluctantes cum aliqua calamitate.
Nobis interdum uoluptati est si adolescens
constantis animi irruentem feram uena-
bulo excepit, si leonis incursum interritus
pertulit, tantoque spectaculum est gratius
quanto id honestior fecit. Non sunt ista
que possint deorum uultum in se conuertere,
sed puerilia sunt et humane oblecta-
menta leuitatis. Ecce spectaculum dignum
ad quod respiciat intentus operi suo
deus, ecce par deo dignum, uir for-
tis cum fortuna mala compositus, utique
et si prouocauit. Non uideo, inquam, quid
habeat in terris Iuppiter pulchrius, si conuer-
tere animum uelit, quam ut spectet Catonem
iam partibus non semel fractis stantem
nichilominus inter ruinas publicas
rectum. Licet, inquit, omnia in unius dicionem
concesserint, custodiantur legionibus ter-
re, classibus maria, Cesarianus miles
portas obsideat, Cato qua exeat habet:
una manu latam libertati uiam fa-
ciet. Ferrum istud etiam bello ciuili purum
et innoxium bonas tandem et no-
biles edet operas; libertatem quam patrie
non potuit Catoni dabit. Aggredere,
anime, diu meditatum opus, eripe
te rebus humanis. Iam Petreius et
Iuba concurrerunt iacentque alter alterius
manu cesi, et egregia fati
conuentio, sed que non deceat magnitu-
dinem nostram; tam turpe est Catoni mortem
ab ullo petere quam uitam. Liquet mihi cum
magno spectasse gaudio deos
dum ille uir acerrimus sui uindex
aliene saluti consulit et instruit
discedentium fugam, dum studia nocte
etiam ultima tractat, dum gladium
sacro pectori infigit, dum uiscera

spargit et illa sapientum auditu indigna
quod quidem fero geminare magna educit
Unde crediderim fuisse parum tunc et
effectus nihil non fuit dominus maioribus
Satis spectaculi contentus vel certa [illegible]
renovata virtutum ut in difficilioribus parte
se ondet. Non est tam magna mihi [illegible]
[illegible] quod repeti [illegible] libenter spectaculum
[illegible] illum unum fuit tam clades ut me [illegible]
[illegible] cum evaderet mors illarum
conferat quorum [illegible] et qui [illegible]
laudat. Sed iam prodeste [illegible]
da quod non sit qui inde non malignae
illud dicto. ista quae tu natabis aspera
quae adversa et abhorrenda precipis
[illegible] quibus accidunt. de iis [illegible]
ex quibus magis [illegible] [illegible]
quorum magis [illegible] [illegible] dignos
Deus [illegible] valentibus [illegible] ac dignos
malo [illegible]. si voluit [illegible] addita
[illegible] ista sunt eis eadem lege bonis
[illegible] quia boni sunt persuadebo
evenire [illegible] boni viri miserearis
[illegible] ne unquam boni viri miserearis
[illegible] non potest difficillimum
[illegible] quae opposui [illegible] dixi
ex omnibus quae [illegible] quibus eveniunt isti quae
precipis [illegible] quibus ~~[illegible]~~ tremulus
horremus [illegible] in exilium [illegible] estate
precipis [illegible] liberos [illegible]
de dura [illegible] debilitati. Si [illegible]
[illegible] asperitas [illegible] eadem fero
[illegible] palago [illegible] similiter ac [illegible]
et igne [illegible] nunc [illegible] remedii [illegible]
Sed si cogitandi [illegible] remedii est
[illegible] et radi ossa et [illegible]
[illegible] et quaedam amputari membra
novas. et [illegible] corporibus [illegible]
[illegible] potentis [illegible] parentis [illegible]
quaedam in commodis [illegible] ex quibus [illegible]
[illegible] me hercle quod [illegible] lau-
dat [illegible] appetitur [illegible] dele-
ctamur similis [illegible] eruditatis [illegible]
tatibus [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
sunt multa magnifici [illegible] invicem et
[illegible] aqua [illegible] sonat [illegible]
et imbrat in auribus [illegible]
ne [illegible] in felicitas eo [illegible] eveniunt
adversa [illegible] illi se experiri
ut [illegible] et fluxerit [illegible] ut [illegible]
[illegible] male [illegible] de illa [illegible] iudicaverit
[illegible] [illegible] ergo [illegible] aliquando
fortuna [illegible] quae [illegible] resi-
[illegible] ergo ego istum adversarium [illegible]
assumam statim arma [illegible]
opus in illa tota petulantia [illegible]
[illegible] pellet non [illegible] multum [illegible]
[illegible] [illegible] cum quo possum
quae fere [illegible] pudet congredi cum homine
[illegible] [illegible] indicat gla-
diator cum inferiore [illegible] et [illegible]
cum [illegible] gloria [illegible] [illegible]

Has facit fortuna fortissimos sibi parans
[illegible] fastidio [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] aggredi [illegible]
virum [illegible] intendat. Igne [illegible] in Mutio
paupertatem in Fabricio. exilium in Rutilio tor-
menta in Regulo. venenum in Socrate mor-
tem in Catone. magnum exemplum ... Ex. Iunii
la fortuna non invenit. Infelix est Mutius
quod dextram igne hostium premit et ipse
quod [illegible] errorem sui penas quod regem
[illegible] armata manu non potuit [illegible]
[illegible] ergo felicior esset si in sinu a-
[illegible] Infelix Fabricius Ex. Fabricii
[illegible] [illegible] non [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] non [illegible]
[illegible] bellum [illegible] [illegible] quod [illegible]
[illegible] ad felicitatem [illegible]
[illegible] et [illegible] quas in purgando
[illegible] et [illegible] ergo [illegible]
[illegible] felicior esset si in [illegible] ferat sa-
[illegible] venatum loquimque
[illegible] et [illegible]
[illegible] si [illegible] infirmam
[illegible] nausearet [illegible]
[illegible] pomorum [illegible] infelix Ex. Rutilii
Rutilius quod illi damnatum [illegible]
omnibus felicius quod [illegible] est
[illegible] quod sibi exilium quod si ille
[illegible] negat et revo-
[illegible] non [illegible] longius
[illegible] Rome [illegible]
[illegible] tua [illegible] regnum [illegible]
felicitatis tua [illegible]
[illegible] et [illegible] id est
[illegible] [illegible] sena-
[illegible] capita et [illegible] vrbes
[illegible] greges et multa [illegible]
[illegible] [illegible] fide [illegible]
[illegible] [illegible]
fide trucidata. videat [illegible] qui [illegible]
non [illegible] ergo felix [illegible] Sulla. [illegible]
illi [illegible] ad [illegible] gladios [illegible]
capita [illegible] vivorum pati
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] fecit ille
ille qui legem [illegible] tulit. Regulus Ex. Reguli
[illegible] Regulum quod illi fortuna [illegible] quod
illum [illegible] fidei dormientem [illegible] fe-
[illegible] clavibus et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] suspensa [illegible]
[illegible] plus [illegible] plus [illegible]
[illegible] quod ut [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible]
in [illegible] felicioremne
ego tu putas Mecenate [illegible] montibus
[illegible] et [illegible] [illegible] uxoris [illegible]
repudia [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] longinquo leve [illegible]
[illegible] mero [illegible] et [illegible]
[illegible] et mille [illegible]
[illegible] fallat [illegible] in pluma

quam ille in sequente R. Et illi solacium et potione
sto dura tollerare et non tantum a parva re
spexit huic voluptatibus mercandis et feli
citate nimia laborantes magis quam quod
pati nexat ad procedi. Ra. nisi quod
possessoribus quibus buccam magna veneni ut
dubium sit an electione fati data plures
re gloriis vasa quam mercatores velint
Quint si quis sit qui audax dicam ma
tenatem se quam regulum vasa non velle
inde ipse tantum leviter vasa se tenendi ma
luit qualem tractatus. R. Retracte iudicas
quam illam pateros primum maximum. nam alter quam
meditandum in mortalis obduxit et
de morte disputavit usque ad tempus ma
le cui ipso actio est. quam gelatus et sensim
ac paullatim frigore inducto veneni
vigor constitit. quanto magis hunc in medio
et quam illas quibus gelida nostra quibus
et dolor cum pati dactu. Et certe in
aut dubie suspensam aliud nunc de
lovit. R. Hi quicquam biberunt venum tu
romelicet tristes et belem sua regnu
stabiles. Sit ille venenum letus et liberis
haberet etiam ad catonem pervenit satis
decorum est. Sumens quam felicitate illi contigisse
consensus omnium fatebitur. que sibi tam
non delegit tu quo metuenda colliget
summi cicatrice patetur gravius fuit oppo
nat simul pompeio. cesari. crasso. Cra
nem et a deterioribus civium honore
nativum pforia repulsae et similibus bell
inde toto orbe licet pretia bona in
infelix quam per magistratum vulneret graviter
ex sibi metuens asseri faciat. quam pro hoc geri
ut omnibus fieret vir esse hominum mala. quibus
ego dignum catone putarem potentiam
plebe de vilia in gratia deveniret ne
calamitates contrarias quam mortuum sanguinem
milite. Ipsum magis viri est. Ipsum et non felicia
non sit morsu sum inspirare acta ingrave
rex ne alium parte chirurgus esse vix
Inde satis si tibi fortuna non dat
facilitatem exhibende virtutis deprodisti ad
olimpia. Si neque pro te termani habes tu
toria non habes. non gratulor tamquam
viro forti. Si tamquam compulatum pecuniam ne
adepto. honore dictus est. De dice
de bono viro possum si illi ulla acces
sionem difficilius tam dedit in qua tua
primum cum qui audere consertum te victor
quam victum fecisti viris. tuisti parce adu
satis vinceres. Neque sunt quod patuerit
ne tu ipse quidem. Ipsius est et adnoti
tia sui exprimendo. Quod quisquis possit
nisi tempestando non didicit. vtilis quidem
ultra se cessantibus malis obtulerit
et circuiti ite in obscurum ceterorum propinquum
enitescerent comperit. Gaudet in mag

nam aliis rebus adversis. Tunc tamen quamquam
fortes milites bello triumpho. Ego nunc
dolorem. Per quantam resacto dicere virtute ma
nem audivi constante. quam bellum magis
clades per tamen et perdite utrisque et quo
cedat non quam passura sit cogitat
quod tunc quam passura est et gloriam pro est. nec
litavit nimium glorian vulneribus. lete
fluctus melioris. cum sanguinem decidit
de eis ferent et integri reuertuntur
Vix ac magis concitat qui sanguinem re
dit corporis nisi dei compulsus esse
quam honestissimas cupit. quies illos
magis potest more fortissimos fatigat
ad quam res opus est aliquam tempus diffi
cile. Gubernatorem in tempestate arte
nihil tamen investigabis. Dolor. Possum pre
tium adversus paupertate. Ratio. Sit quidem dimi
cens deffinabas. Unde possum pre tem
adversa ignominiam et infamia et odium
stolarum. Ratio. constans habebis si vincis. Ipsi
stultus senescebat si te non expugnabit
milites et in declinatione quidem mentem pugna
saltor sequi. R. Sic sic quam equa non
saturum sit orbiter si quos enim fu
stulisti victos. Audivi tu malis
consalvere te consequuisse. si te ipse vo
salutis esse. Si turpe dolore victum sese
nolite quam obstare non expavescere
isti quam de in mobiles velut fumantes
admovet arma calamitatis utrisque
contrario et illas velut quam dixerit
inferiores qui numquam felicitate torpe
fuerunt quosque velut in mari leto tam
tranquillitatis merito detinet. quicquid
illas invadit novum venit. magis
urgent semen in expertos quoque et ferre
invictabiliter magni. Rad sepius vulnera
tum pallescit et audaciter vetera
quoddam sanguinem repetit. Qui scit se sepe
vicisse eos post sanguinem. Hos in temp
dei comprobat quos castigavit
dicit. Exercet sanctos est quibus indulget
videtur. quibus parcere. molles vetus
parat fieri. Contrario si quam inde diminu
exemplum venit. ad illud dum felicia
sua porro quisquis inde dimissus
dilatus et curam deus aptissimus querens
mala valitudine a luctu ac animis
dies afficit. quam in trista quam preciosa
dies fortissimos imperator dux clarissimus
mittit quod vocatis hostes aggredi
impediens. ac explorator in presidium loco
deceptum nemo eorum quod exeunt de
male de me meruit in pastor fi
bi iudicant. R. Hoc dicit quisquis vereri
pati diminudis in quamvis quem flebilia
Digni nisi fuimus deo in quibus experiret

spiritu humana ria possunt pati. Fugite delicias,
fugite enervatam felicitatem qua animi permade-
scunt et nisi aliquid interveniat quod humane sortis
admoneat, velut perpetua ebrietate sopiti.
Quem specularia semper ab afflatu vindicaverunt,
cuius pedes inter fomenta subinde mutata
tepuerunt, cuius cenationes subditus et
a parietibus circumfusus calor temperavit, hunc
levis aura non sine periculo stringet. Cum
omnia que excesserunt modum noceant, pe-
riculosissima infelicitas intemperantia. Mo-
vet cerebrum, in vanas mentes imagi-
nes evocat, multum inter falsum ac
verum medie caliginis fundit. Quidne
satius sit perpetuam infelicitatem advocata
virtute sustinere quam infinitis atque im-
modicis bonis rumpi? Lenior ieiunio
mors est, cruditate dissiliunt. Hanc
itaque rationem dii sequuntur in bonis viris quam
in discipulis suis preceptores qui plus laboris
ab hiis exigunt in quibus certior spes est.
Numquid tu invisos esse Lacedemoniis li-
beros suos credis quorum experiuntur indolem
publice verberibus admotis? Ipsi illos patres
adhortantur ut fortiter flagellorum ictus
perferant et laceros ac semianimes
rogant perseverent vulnera prebere vul-
neribus. Quid mirum si dure generosos spi-
ritus deus temptat? Numquam virtutis documentum molle.
Verberat nos et lacerat fortuna: patiamur.
Non est sevitia, certamen est, quod sepius adie-
rimus, fortiores erimus. Solidissima
corporis pars est quam frequens usus agi-
tavit. Prebendi fortune sumus ut contra ipsam ab
ipsa duremur: paulatim nos sibi pares faciet, contemptum
periculorum assiduitas periclitandi dabit.
Sic sunt nauticis corpora ferendo mari
dura, agricolis manus trite, ad excutien-
da tela militares lacerti valent, agi-
lia sunt membra cursoribus. Id in quoque solidi-
ssimum est quod exercuit. Ad contempnendam patientiam
malorum animus patientia pervenit; que quid in nobis
efficere possit scies si aspexeris quantum
nationibus nudis et inopia fortioribus
labor prestet. Omnes considera gentes in quibus
Romana pax desinit, Germanos
dico et quicquid circa Istrum vagarum gentium
occursat: perpetua illos hiemps, triste celum
premit, maligne solum sterile sustentat,
imbrem culmo aut fronde defendunt, super
duratam glaciem stagna persultant, in ali-
mentum feras captant. Miseri tibi videntur?
Nichil miserum est quod in naturam consuetudo perduxit;
paulatim enim voluptati sunt que necessitate ceperunt.
Nulla illis domicilia nulleque sedes sunt
nisi quas lassitudo in diem posuit. Vilis et
hic querendus manu victus, horrenda
celi iniquitas, intecta corpora: hoc quod tibi
calamitas videtur, tot gentium vita est. Quid
miraris bonos viros ut confirment-
ur concuti? Non est arbor solida nec fortis
nisi in quam frequens ventus incursat; ipsa enim
vexatione constringitur et radices certius
figit; fragiles sunt que in aprica valle
creverunt. Pro ipsis ergo bonis viris est
ut esse interriti possint multum inter formidolosa
versari et equo animo ferre que non sunt
mala nisi male sustinenti. Adice nunc (vltra probatio)
quod pro omnibus est optimum quemque, ut ita
dicam, militare et edere operas. Hoc est
propositum deo quod sapienti viro, ostendere
hec que vulgus appetit, que reformidat, nec
bona esse nec mala. Apparebit autem
bona esse si illa non nisi bonis tribuerit,
et mala esse si tantum malis irrogaverit.
Detestabilis erit cecitas si nemo oculos
perdiderit nisi cui eruendi sunt; itaque
careat luce Appius et Metellus. Non sunt
divitie bonum; itaque habeat illas et Elius
leno, ut homines pecuniam cum in templis conse-
craverint videant et in fornice. Nullo
modo potest deus magis concupita traducere
quam si illa ad turpissimos defert, ab optimis abi-
git. At iniquum est bonum virum debilitari
aut configi aut alligari, malos integris
corporibus solutos ac delicatos incedere.
Quid porro? non est iniquum fortes viros
arma sumere et in castris pernoctare et pro va-
llo obligatis stare vulneribus, interim
in urbe securos esse precisos et professos
impudicitiam? Quid porro? non est iniquum
nobilissimas virgines ad sacra facienda
noctibus excitari, altissimo somno
inquinatas frui? Labor optimos citat.
Senatus per totum diem sepe consulitur, cum
illo et tempore vilissimus quisque aut in campo otium
suum oblectet aut in popina lateat
aut tempus in aliquo circulo terat. Idem
in hac magna re publica fit: boni viri la-
borant, impendunt, impenduntur et volentes
quidem; non trahuntur a fortuna, sequuntur
illam et equant gradus; si scissent, an- (de voce demetrii)
tecessissent. Hanc quoque animosam Demetrii
fortissimi viri vocem audisse me memini.
Hoc unum inquit, dii immortales, de vobis
queri possum quod non ante michi voluntatem
vestram notam fecistis; prior enim ad ista
venissem ad que nunc vocatus assum. Vultis
liberos sumere? vobis illos sustuli.
Vultis aliquam partem corporis? sumite; non
magnam rem promitto, cito totum relinquam.
Vultis spiritum? Quidni nullam moram faciam
quominus recipiatis quod dedistis? A vo-
lente feretis quicquid petieritis. Quid ergo
est? maluissem offerre quam tradere. Quid opus
fuit auferre? accipere potuistis. Sed ne nunc
quidem auferetis quia nichil eripitur nisi retinenti.

[illegible]

Nichil cogor, nichil patior invitus, nec servio deo sed assentior, eo quidem magis quod scio omnia certa et in eternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt et quantum cuique restet prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, privata ac publica longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne patiendum est quia non ut putamus incidunt cuncta sed veniunt. Olim constitutum est quid gaudeas, quid fleas; et quamvis magna videatur varietate singulorum vita distingui, summa in unum venit: accipimus peritura perituri. Quid itaque indignamur? quid querimur? ad hoc parati sumus. Utatur ut vult suis natura corporibus; nos leti ad omnia et fortes cogitemus nichil perire de nostro. Quid est boni viri? prebere se fato. Grande solacium est cum universo rapi; quicquid est quod nos sic vivere, sic mori iussit, eadem necessitate et deos alligat. Irrevocabilis humana pariter ac divina cursus vehit: ille ipse omnium conditor et rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper paret, semel iussit. Quare tamen deus tam iniquus in distribucione fati fuit ut bonis viris paupertatem et vulnera et acerba funera ascriberet? Non potest artifex mutare materiam; hoc passa est. Quedam separari a quibusdam non possunt, coherent, individua sunt. Languida ingenia et in somnum itura aut in vigiliam somno simillimam inertibus nectuntur elementis: ut efficiatur vir cum cura dicendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter: sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur ac navigium in turbido regat. Contra fortunam illi tenendus est cursus; multa accident dura, aspera, sed que molliat et conplanet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. Vide quam alte escendere debeat virtus: scies illi non per secura vadendum. Ardua prima via est et quam vix mane recentes enituntur equi; medio est altissima celo, unde mare et terras ipsi michi sepe videre sit timor et pavida trepidet formidine pectus. Ultima prona via est et eget moderamine certo; tunc etiam que me subiectis excipit undis, ne ferar in preceps, Thetis solet ipsa vereri. Hec cum audisset ille generosus adolescens: placet inquit via, escendo; est tanti per ista ire casuro. Non desinit acrem animum metu territare: utque viam teneas nulloque errore traharis, per tamen adversi gradieris cornua tauri Hemoniosque arcus violentique ora leonis. Post hec ait: iunge datos currus: his quibus me deterreri putas incitor. Libet

illic stare ubi ipse sol trepidat. Humilis et inertis est tuta sectari: per alta virtus it. Quare tamen bonis viris patitur aliquid mali deus fieri? Ille vero non patitur. Omnia mala ab illis removit, scelera et flagicia et cogitaciones improbas et avida consilia et libidinem cecam et alieno imminentem avariciam; ipsos tuetur ac vindicat: numquid hoc quoque aliquis a deo exigit, ut bonorum virorum eciam sarcinas servet? Remittunt ipsi hanc deo curam: externa contempnunt. Democritus divicias proiecit, onus illas bone mentis existimans: quid ergo miraris si id deus bono accidere patitur quod vir bonus aliquando vult sibi accidere? Filios amittunt viri boni: quidni, cum aliquando et occidant? In exilium mittuntur: quidni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquant? Occiduntur: quidni, cum aliquando ipsi sibi manus afferant? Quare quedam dura patiuntur? ut alios pati doceant; nati sunt in exemplar. Puta itaque deum dicere: Quid habetis quod de me queri possitis, vos quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi et animos inanes velut longo fallacique somnio lusi: auro illos et argento et ebore adornavi, intus boni nichil est. Isti quos pro felicibus aspicitis, si non qua occurrunt sed qua latent videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti; non est ista solida et sincera felicitas: crusta est et quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare et ad arbitrium suum ostendi, nitent et imponunt; cum aliquid incidit quod disturbet ac detegat, tunc apparet quantum alte ac vere feditatis alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa mansura, quanto magis versaveritis et undique inspexeritis, meliora maioraque. Permisi vobis metuenda contempnere, cupiditates fastidire; non fulgetis extrinsecus, bona vestra introrsus obversa sunt. Sic mundus exteriora contempsit spectaculo sui letus. Intus omne posui bonum; non egere felicitate felicitas vestra est. At multa incidunt tristia, horrenda, dura toleratu. Quia non poteram vos istis subducere, animos vestros adversus omnia armavi: ferte fortiter. Hoc est quo deum antecedatis: ille extra paciencia malorum est, vos supra pacienciam. Contempnite paupertatem: nemo tam pauper vivit quam natus est. Contempnite dolorem et

solvetur an solvet contempnite mortem que
finit an transferet contempnite fortunam nulla
illi telum quo animum feriat dedi. Ansam etiam
nec quibus nos tenemus in utrisque pars exitus
si pugnare non vultis licet fugere. Ideo ex
omnibus rebus quas esse vobis necessarias volui
nichil feci facilius quam mori. prono anime
loco posui trahitur attendite et videbitis
quam brevis ad libertatem et quam expedita ducat
via. non tam longas in exitu moras vobis
quam intrantibus posui. Alioquin magnum
in vos regnum fortuna tenuisset. si homo
tam tarde moreretur quam nascitur. Omne tempus
omnis vos locus doceat quam facile sit
renuntiare fortune. et munus suum illi
inpingere. Inter ipsa altaria et solempnes
sacrificantium ritus dum optatur vita mortem
condiscite. Corpora opima taurorum
exiguo concidunt vulnere et magnarum
virium animalia humane manus ictus im-
pellit. tenui ferro commissura cervicis ab-
rumpitur. et cum articulus ille qui caput collo
connectit incisus est tota illa moles
corruit. non in alto latet spiritus nec utique
ferro eruendus est. non sunt penitus vulne-
re scrutanda precordia. in proximo mors
est. non certum ad hos ictus destinavi locum
quacumque vis pervium est. Ipsum id quod voca-
tur mori quo anima discedit a corpore brevius
est quam ut sentiri tanta velocitas possit.
sive fauces nodus elisit. sive spira-
mentum aqua preclusit. sive in caput
lapsos subiacentis soli duritia com-
minuit. sive haustus ignis cursum anime
remeantis interscidit. quicquid est properat.
et ecquid erubescitis quod tam cito fit timetis
diu. Incipit liber Senece de contu-
melia ad serenum quod in iniuriam nec
contumeliam non cadit in sapientem.

T antum inter stoycos serene
et ceteros sapientiam professos inter-
esse quantum inter maris et fe-
minas non inmerito dixerim
cum utraque turba ad vite soci-
etatem tantundem conferat. sed altera pars ad ob-
sequendum altera imperio nata sit. Ceteri
sapientes molliter et blande ut fere
domestici et familiares medici egris
corporibus non qua optimum et celerrimum
est medentur sed qua licet. Stoyci virilem
ingressi viam non ut amena ineunti-
bus videatur cure habent. sed ut quam primum nos
eripiat et in illum editum verticem edu-
cat qui adeo extra omnem teli iactum
surrexit ut supra fortunam emineat.
At ardua per que vocamur et confragosa
sunt. Quid enim plano aditur excelsum. Sed

ne tam abrupta quidem sunt quam quidam putant.
Prima tantum pars saxa rupesque habet et in-
vii speciem sicut pleraque ex longinquo spe-
culantibus abscisa et connexa videri
solent. cum aciem longinquitas fallit.
Deinde propius adeuntibus eadem illa que
in unum congesserat error oculorum paula-
tim adaperiuntur. tunc illis que precipitia ex
intervallo apparebant redit lene fa-
stigium. Nuper cum incidisset mentio M. Ca- 2a pars
tonis indigne ferebas sicut es ini-
quitatis impatiens quod Catonem etas sua
parum intellexisset quod supra Pompeios et [illegible] adversarii
Cesares surgentem infra Vatinios po- catonis
suisset. et indignum tibi videbatur quod
illi dissuasuro legem toga in foro es-
set erepta. et quod a rostris usque ad arcum
Fabianum per sediciose factionis manus
traditus voces improbas et sputa
et omnes alias insane multitudinis
contumelias pertulisset. Tunc ego respondi habe-
re te quod rei publice nomine movereris quam hinc P.
Clodius hinc Vatinius ac pessimus quisque
venundabat. et ceca cupiditate correpti
non intelligebant se dum vendunt et vene-
(un)dari. pro ipso quidem Catone securum te esse iussi.
nullum enim sapientem nec iniuriam accipe-
re nec contumeliam posse. Catonem autem certius [illegible] catonis
exemplar sapientis viri nobis deos immor-
tales dedisse quam Ulixem et Herculem
prioribus seculis. Hos enim stoyci nostri sa-
pientes pronunciaverunt invictos labo-
ribus et contemptores voluptatis et victo-
res omnium terrarum. Cato non cum feris
manus contulit quas consectari vena-
toris agrestisque est. nec monstra igne
et ferro persecutus est. nec in ea tempora inci-
dit quibus credi posset celum unius humeris
inniti. excussa iam antiqua credulitate
et seculo ad summam perducto sollertia
cum ambitu congressus. multiformi malo
et cum potentie immensa cupiditate
quam totus orbis in tres divisus satiare
non poterat adversus vitia degenerantis
civitatis et pessum sua mole sidentis
stetit solus. et cadentem rem publicam quantum
modo una retrahi manu poterat re-
tinuit. donec abreptus abstractusque
comitem se diu sustentate ruine dedit.
simulque extincta sunt que nephas erat
dividi. neque enim Cato post libertatem vixit
nec libertas post Catonem. Huic tu putas
iniuriam fieri potuisse a populo quod aut
preturam illi detraxerit aut togam
quod sacrum illud caput purgamentis oris
asperserit. tutus est sapiens nec ulla
affici aut iniuria aut contumelia potest. Videor
mihi intueri animum tuum incensum et effer-
vescentem. parans acclamare. Hec sunt
que auctoritatem preceptis vestris detrahant.

Hic incipit liber Senece [illegible] secta stoycorum ceteris preminet
inter alias philosophorum eo quod ad summa [illegible]
[illegible] nos docuit [illegible] ad-
versitates et voluptates contempnere. 2o [illegible]
iniuria sapienti [illegible] debere [illegible]
[illegible] publica ad quod inducit exemplum catonis [illegible]
[illegible] in sapiente non cadit iniuria [illegible] et
[illegible] 3o [illegible] probat [illegible] in
sapiente non cadit [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] penitus de
[illegible] in fine

magis promittitis et que nec optari quidem
ne dum credi possunt deinde ingentia locu-
ti cum pauperem negastis esse sapientem
non negastis solere illi et servum et ve-
stitum et tectum et cibum deesse cum sa-
pientem negastis insanire non negastis
et alienari et parum sana verba emit-
tere et quicquid vis morbi cogit
audere cum sapientem negastis servum esse
idem non itis infitias et veniturum et
imperata facturum et domino suo servi-
lia prestiturum ministeria ita sublato alte
supercilio in eadem que ceteri descendistis mu-
tatis rerum nominibus Tale itaque aliquid
et in hoc esse suspicor quod prima specie pul-
crum atque magnificum est nec iniuriam nec
contumeliam accepturum esse sapientem
Multum autem interest utrum sapientem
extra indignationem an extra iniurias po-
nas Nam si dicis eum equo animo la-
turum nullum habet privilegium contigit illi
res vulgaris et que discitur ipsa
iniuriarum assiduitate et patientia Si
negas accepturum iniurias id est neminem
illi temptaturum facere omnibus relictis
stoicus fio Ego vero sapientem non
ymaginario honore verborum adornare
constitui sed eo loco ponere quo nulla
permittatur iniuria Quid ergo nemo erit
qui lacessat qui temptet Nichil in
rerum natura tam sacrum est quod sacrilegum non
inveniat Sed non ideo divina minus in sub-
limi sunt si existunt qui magnitudinem
multum ultra se positam non icturi a-
ppetant Invulnerabile est non quod non
feritur sed quod non leditur Ex hac tibi
nota sapientem exhibeo Numquid dubium
est quin certius robur sit quod non vincitur
quam quod non lacessitur cum dubie sint
vires inexperte At merito certissima
habeatur firmitas que omnes incursus respuit
Sic tu sapientem melioris scito esse
nature si nulla ei nocet iniuria quam si
nulla sit Et illum fortem virum dicam
quem bella non subigunt nec admota
vis hostilis exterret non cui pin-
gue otium est inter desides populos
de constantia sapientis Hoc igitur dico sapientem nulli esse iniurie
obnoxium itaque non refert quam multa in illum
coniciantur tela cum sit nulli pe-
netrabilis Quomodo quorundam lapidum
inexpugnabilis ferro duritia est nec secari
adamas aut cedi vel deteri po-
test sed incurrentia ultro retundit quemadmodum
quedam non possunt igne consumi sed flamma
circumfusa rigorem suum habitumque con-
servant quemadmodum proiecti quedam in altum

scopuli mare frangunt nec ipsi ullam
sevitie vestigia tot verberati seculis
ostendunt ita sapientis animus solidus est
et id roboris collegit ut tam tutus
sit ab omni iniuria quam illa que retuli
Quid ergo non erit aliquis qui sapienti
facere temptet iniuriam Temptabit sed
non perventuram ad eum Maiore enim
intervallo a contactu inferiorum abductus
est quam ut illa vis noxia usque ad illum
vires suas perferat Etiam cum potentes
et imperio editi et consensu servientium
validi nocere intendent tam citra sa-
pientiam omnes eorum impetus deficient
quam que nervo tormentisve in altum ex-
primuntur cum extra visum exsilierint ci-
tra celum tamen flectuntur Quid tu putas
tunc cum stolidus ille rex multitudine telorum
diem obscuraret ullam sagittam in
solem incidisse aut demissis in pro-
fundum catenis Neptunum potuisse
contingi Ut celestia humanas manus
effugiunt et ab hiis qui templa
diruunt ac simulacra conflant nichil
divinitati nocetur Ita quicquid fit in sa-
pientem proterve petulanter superbe
frustra temptatur At satius erat ne-
minem esse qui facere vellet Rem di-
fficilem optas humano generi innocentiam
non fieri eorum interest qui facturi
sunt non eius qui pati ne si fiat
quidem potest Immo nescio an magis vi-
res sapientia ostendat tranquillitate inter
lacessentia sicut maximum argumentum
est imperatori armis virisque po-
llentis tuta securitas in hostium terra
Dividamus si tibi videtur Serene
iniuriam a contumelia Prior illa natura gravior
est hec levior et tantum delicatis gra-
vis qua non leduntur homines sed offen-
duntur Tanta est tamen animorum dissolutio
et vanitas ut quidam nichil acerbius
putent Sic invenies servum qui
flagellis quam colaphis cedi mallet
et qui mortem ac verbera tolerabiliora
credat quam contumeliosa verba
Ad tantas ineptias perventum est ut
non dolore tantum sed doloris opinione
vexemur more puerorum quibus
metum incutit umbra et personarum
deformitas et depravata facies
lacrimas vero evocant nomina parum grata
auribus et digitorum motus et alia que
impetu quodam erroris improvidi re-
fugiunt Iniuria propositum hoc habet aliquem
malo afficere malo autem sapientia non
relinquit locum Unum enim illi malum
est turpitudo que intrare eo ubi iam
virtus honestumque est non potest Iniuria

ad sapientem non pervenit. Nam si iniuria
alicuius mali patientia est, nulla ad sapien-
tem pertinet. Omnis iniuria eius dimi-
nutio est in eum in quem incurrit, nec potest quisquam iniuriam
accipere sine aliquo detrimento vel corporis
vel dignitatis vel rerum extra nos positarum.
Sapiens autem nihil perdere potest. Omnia in se re-
posuit, nil fortune credit, bona sua
in solido habet, contentus virtute que fortuitis
non indiget, ideo quod nec augeri nec minui
potest. Nam in summum perducta incrementi
non habent locum, et nihil eripit fortuna
nisi quod dedit. Virtutem autem non dat, ideo
nec detrahit. Libera est, inviolabi-
lis, immota, inconcussa. Sic contra casus in-
durat ut ne inclinari quidem, nedum vin-
ci possit. Adversus apparatus terribilium
rectos oculos tenet, nihil ex vultu mu-
tat, sive illi dura sive secunda ostenten-
tur. Itaque nihil perdet quod perire sentiat;
unius enim in possessione virtutis est, ex qua depelli
numquam potest; ceteris precario utitur. Quis autem
iactura movetur alieni? Quod si iniuria
nihil ex his ledere potest que propria sapientis
sunt, que virtute sua salva sunt, iniuria
sapienti non potest fieri. Megaram Deme-
trius ceperat, cui cognomen Polior-
cetes fuit. Ab hoc Stilbon philosophus
interrogatus numquid aliquid perdidisset,
nihil inquit, omnia namque mea mecum sunt.
Atqui et patrimonium eius in predam
cesserat et filias rapuerat hostis
et priam se indemnem testatus est.
Habebat enim vera secum bona, in que non est
manus iniectio. At que dissipata et
direpta ferebantur non iudicabat sua,
sed adventicia et nutum fortune sequentia;
ideo ut non propria dilexerat. Omnium enim ex-
trinsecus affluentium lubrica et incerta
possessio est. Cogita nunc an huic fur aut
calumniator aut vicinus impotens aut
dives aliquis regnum orbe senectutis
exercens facere iniuriam possit, cui
bellum et hostis et ille egregiam artem
quassandarum urbium professus eripere nil
potuit. Inter micantes ubique gla-
dios et militarem et rapina tumultum,
inter flammas et sanguinem stragem-
que impulse civitatis, inter fragorem
templorum super deos suos caden-
tium uni homini pax fuit. Non est itaque quod
audax iudices promissum, cuius tibi,
si parum fidei habes, sponsorem dabo.
Vix enim credis tantum firmitatis in homine
aut tantam animi magnitudinem cadere. Sed si prodit
in medium qui dicat: Non est quod dubitetis
an attollere se homo natus super humana posset,
an dolores, damna vel ulcerationes, vulnera,
magnos motus rerum circa se frementium
securus aspiciat et dura placide ferat
et secunda moderate, nec illis cedens
nec hiis fretus, unus idemque inter diver-
sa sit, nec quicquam suum nisi se putet esse, et se quo-
que ea parte qua melior est. En adsum hoc vobis
probaturus. Sub isto tot civitatum ever-
sore munimenta incussu arietis labefi-
eri et turrium altitudinem cuniculis ac
latentibus fossis repente residere et e-
quaturum editissimas arces aggerem
crescere. At bene fundatum animum nulla
machinamenta posse reperiri que agitent.
Erepsi modo e ruinis domus et incendiis undique
relucentibus flammas per sanguinem fugi;
filias meas quis casus habeat, an peior
publico, nescio. Solus et senior et ho-
stilia circa me omnia videns tamen integrum
censum incolumemque meum profiteor.
Teneo, habeo quicquid mei habui. Non est
quod me victum victoremque te credas.
Vicit fortuna tua fortunam meam.
Caduca illa et dominum mutantia
ubi sint nescio; quod ad res meas
pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdi-
derunt divites isti patrimonia, libi-
dinosi amores suos et magno pudoris
impendio dilecta scorta, ambitiosi
curiam et forum et loca exer-
cendis in publico vitiis destinata; fene-
ratores perdiderunt tabellas quibus
avaricia falso leta divitias ymaginatur;
ego quidem omnia integra et illibata habeo.
Proinde istos interroga qui flent,
qui lamentantur, strictis gladiis nuda
pro pecunia corpora opponunt, qui hosti
onerato sinum fugiunt. Ergo ita
habe, Serene, perfectum illum virum, humanis
divinisque virtutibus plenum, nihil perdere.
Bona eius solidis et inexsuperabi-
libus munimentis precincta. Non Ba-
bilonios illi muros contuleris, quos
Alexander intravit, non Carthaginis aut Nu-
mantie menia una manu capta,
non Capitolium arcemve; habent ista ho-
stile vestigium. Illa que sapientem tuentur
et a flamma et ab incursu tuta sunt, nullum
introitum prebent, excelsa, inexpugnabilia,
diis equa. Non est quod dicas, ita ut soles,
hunc sapientem nostrum nusquam inveniri.
Non fingimus istud humani ingenii va-
num decus, nec ingentem ymaginem fal-
se rei concipimus; sed qualem affirmamus
et exhibuimus et exhibebimus, raro
et magnos etatum intervallis inveniemus

Neque enim magna et excedentia solitum ac
vulgarem modum crebro gignuntur. Ce-
terum hic ipse M. Cato a cuius mentione
hec disputatio processit, vereor ne sup-
ra nostrum exemplar sit. Denique validius debet
esse quod ledit eo quod leditur. Non est autem
fortior nequitia virtute; non potest ergo le-
di sapiens. Iniuria in bonos nisi a malis
non temptatur. Bonis inter se pax est, ma-
li tam bonis perniciosi quam inter se. Quod si
ledi nisi infirmior non potest, malus
autem infirmior est bono, nec iniuria bonis
nisi a dispari verenda est, iniuria in
sapientem virum non cadit. Illud enim iam
non es admonendus, neminem bonum
esse nisi sapientem. Si iniuste inquis Socrates
damnatus est, iniuriam accepit.
Hoc loco intelligere nos oportet posse eve-
nire ut faciat aliquis iniuriam mihi et ego
non accipiam, tamquam si quis rem quam e villa
mea surripuit in domo mea ponat,
ille furtum fecerit, ego nichil perdiderim.
Potest aliquis nocens fieri quamvis non nocuerit.
Si quis cum uxore sua tamquam cum alie-
na concumbat, adulter erit, quamvis illa
adultera non sit. Aliquis mihi venenum
dedit, sed vim suam remixtum cibo per-
didit; venenum ille dando scelere
se obligavit, etiam si non nocuit. Non
minus latro est cuius telum opposita
veste elusum est. Omnia scelera etiam ante
effectum operis quantum culpe satis est perfecta
sunt. Quedam eius condicionis sunt et
hac vice copulantur ut alterum sine altero
esse possit. Quod dico conabor facere
manifestum. Possum movere pedes ut
non curram; currere non possum ut pedes
non moveam. Possum quamvis in aqua
sim non natare; si nato non possum
in aqua non esse. Ex hac sorte et hoc
est de quo agitur. Si iniuriam accepi, necesse
est factam esse; si est facta, non est necesse me
accepisse. Multa enim incidere possunt
que summoveant iniuriam: ut intentatam
manum deicere aliquis casus potest et emis-
sa tela declinare, ita iniurias qualescum-
que potest aliqua res repellere et in
medio intercipere, ut et facte sint nec ac-
cepte. Preterea iustitia nichil iniustum pati
potest, quia non coeunt contraria. Iniuria au-
tem non potest fieri nisi iniuste; ergo sapienti i-
niuria non potest fieri. Nec est quod mireris si nemo
illi potest iniuriam facere: ne prodesse quidem
quisquam potest. Et sapienti nichil deest
quod accipere possit loco muneris, et ma-
lus nichil potest tribuere sapiente dignum; habere enim
prius debet quam dare, nichil autem habet quod sapiens

ad se transferre gavisurus sit. Non po-
test ergo quisquam nocere sapienti aut prodesse, quoniam
divina nec iuvari desiderant nec le-
di possunt. Sapiens autem vicinus proximusque dis
consistit, excepta mortalitate similis deo. Ad illa nitens pergensque excelsa,
ordinata et intrepida, equali
et concordi cursu fluentia, secura,
benigna, bono publico nata et sibi
et aliis salutaria, nichil humile concupiscet,
nichil flebit. Qui rationi innixus per
humanos casus divino incedit animo,
non habet ubi accipiat iniuriam. Ab
homine me tantum dicere putas? Ne a
fortuna quidem, que quotiens cum virtute con-
gressa est, numquam par recessit. Si
maximum illud, ultra quod nichil habent
irate leges ac sevissimi domini mi-
nantur, in quo imperium suum fortuna consumit,
equo placidoque animo accipimus et
scimus mortem malum non esse, ob hoc
nec iniuriam quidem, multo facilius alia
tolerabimus, damna, dolores, ignomi-
nias, locorum commutationes, orbitates, discidia, que sapientem,
etiam si universa circumveniant, non mer-
gunt, nedum ut ad singulorum impul-
sus mereat. Et si fortune iniu-
rias moderate fert, quanto magis
hominum potentium, quos scit fortune
manus esse. Omnia itaque sic patitur ut
hiemis rigorem et intemperantiam
celi, ubi fervores morbosque et
cetera forte accidentia, nec de quoquam
tam bene iudicat ut illum quicquam putet
consilio fecisse, quod in uno sapiente
est; aliorum omnium non consilia sed fraudes
et insidie et motus animorum inconditi
sunt, quos casibus annumerat. Omne au-
tem fortuitum circa nos sevit et in
vilia. Illud quoque cogita, iniuriarum
latissime patere materiam illis per que periculum
nobis quesitum est, ut accusatore summisso
aut criminatione falsa aut irritatis
in nos potentiorum odiis, queque alia
inter togatos latrocinia sunt. Est et illa
iniuria frequens, si lucrum alicui ex-
cussum est aut premium diu captatum,
si magno labore affectata heredi-
tas aversa est et questuose domus gratia e-
repta. Hec effugit sapiens, qui nescit in spem
nec in metum vivere. Adice nunc quod
iniuriam nemo immota mente accipit,
sed ad sensum eius perturbatur; caret
autem perturbatione vir ereptus erroribus,
moderator sui, alte quietis et pla-
cide. Nam si tangit illum iniuria, et
movet et impedit; caret autem ira
sapiens, quam excitat iniurie species.

ut aliter tractet in[...] iniuriam et inimica quae sciat sibi posse fieri. Sed hunc ergo [...]lectum quem in continuo gaudio elatum dico ad offensiones rerum hominumque non contrahitur, ut contra in ipsa iniuria usui sit, per quam experimentum sui capit et virtutem temptat. Favete obsecro vos huic proposito aequisque et animis et auribus adestote, dum sapiens iniuriae excipitur. Nec quicquam ideo petulantiae vestrae aut rapacissimis cupiditatibus aut caecae temeritati superbiaeque detrahitur. Salvis vitiis vestris haec sapienti libertas quaeritur. Non ut vobis facere non liceat iniuriam agimus, sed ut ille omnes iniurias in altum dimittat patientiaque se ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibus sacris plerique vicerunt caedentium manus obstinata patientia fatigando. Ex hoc puta genere sapientem, eorum qui exercitatione longa ac fideli robur perpetiendi lassandique omnem inimicam vim consecuti sunt.

Nunc ad alteram transeamus partem propositionis nostrae, qua quaedam ex propriis, plerique tamen communia cum iniuria habentem contumeliam refutabimus. Minus est illa iniuria quam queri magis quam exsequi possumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta iudicaverunt. Hunc affectum movet humilitas animi contrahentis se ob factum dictumve inhonorificum: ille me hodie non admisit cum alios admitteret; sermonem meum superbe aversatus est aut palam risit; et non medio me lecto collocavit; et alia huius notae. Quae quid vocem nisi querelas nauseantis animi, in quas fere delicati et felices incidunt? Non vacat enim haec notare cui peiora instant. Nimio otio ingenia natura infirma et muliebria et inopia verae iniuriae lascivientia his commoventur, quorum maior pars constat vitio interpretantis. Itaque nec prudentiae quicquam in se esse nec fiduciae ostendit qui contumelia afficitur. Non dubie enim contemptum se iudicat, et hic morsus non sine quadam animi humilitate evenit supprimentis se ac descendentis. Sapiens autem a nullo contemnitur; magnitudinem suam novit nullique tantum de se licere renuntiat sibi, et omnes has, quas non miserias animorum sed molestias dixerim, non vincit sed ne sentit quidem. Alia sunt quae sapientem feriunt, etsi non pervertunt, ut dolor corporis et debilitas aut amicorum liberorumque amissio et patriae bello flagrantis calamitas. Haec non nego sentire sapientem, ut enim illi lapidis duritiam ferrive nec asserimus. Nulla virtus est quae non sentiat se perpeti. Quid ergo? Quosdam ictus recipit, sed receptos vincit et sanat et comprimit. Haec vero minora ne sentit quidem, nec adversus ea solita illa virtute utitur dura tolerandi, sed aut non adnotat aut digna risu putat. Praeterea cum magnam partem contumeliarum superbi insolentesque faciant et male felicitatem ferentes, habet quo istum inflammatum affectum respuat, pulcherrimam omnium virtutem, sanitatem, magnanimitatem. Illa quicquid eiusmodi est transcurrit ut vanas species somniorum visusque nocturnos nihil habentes solidi atque veri.

Simul id cogitat omnes inferiores esse, ut illis audacia sit tanto excelsiora despicere. Contumelia a contemptu dicta est, quia nemo nisi quem contempsit tali iniuria notat. Nemo autem maiorem melioremque contemnit, etiam si facit aliquid quod contemnentes solent. Nam et pueri os parentium feriunt, et crines matris turbavit laceravitque infans et sputo aspersit aut nudavit in conspectu suorum tegenda et verbis obscenioribus non pepercit, et nihil horum contumeliam dicimus. Quare? Quia qui facit contemnere non potest. Eadem causa est cur nos mancipiorum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in convivas ius facit, si coepit a domino; et ut quisque contemptissimus et ludibrium est, ita solutissimae linguae est. Pueros quidam in hoc mercantur procaces et illorum impudentiam acuunt et sub magistro habent qui probra meditate effundant, nec has contumelias vocamus sed argutias. Quanta autem dementia est iisdem modo delectari modo offendi, et rem ab amico dictam maledictum vocare, a servulo ioculare convicium. Quem animum nos adversus pueros habemus, hunc sapiens adversus omnes, quibus etiam post iuventam canosque puerilitas est. An quicquam isti profecerunt, quibus animi mala sunt auctique in maius errores, qui a pueris magnitudine tantum formaque corporum differunt, ceterum non minus vagi et incerti, voluptatum sine dilectu appetentes, trepidi et non ingenio sed formidine quieti? Non ideo quicquam inter illos puerosque interesse quis dixerit, quod illis talorum nucumque et aeris minuti avaritia est, his auri argentique et urbium; quod illi inter ipsos magistratus gerunt et praetextam fascesque ac tribunal imitantur, hi eadem in campo foroque in curia serio ludunt; illi in litoribus harenae congestu simulacra domuum excitant, hi ut magnum aliquid agentes in lapidibus ac parietibus

et tectis moliendis occupati tutele corporum inventa in periculum vertunt. Ergo par pueris longius progressis sed in alia maioraque error est. Non immerito itaque horum contumelias sapiens ut iocos accipit et aliquando illos tamquam pueros malo penaque admonet et afficit, non quia accepit iniuriam sed quia fecerunt et ut desinant facere. Sic enim et pecora verbere domantur nec irascimur illis cum sessorem recusaverunt sed compescimus ut dolor contumaciam vincat. Ergo illud solutum scies quod nobis opponitur: quare si non accepit iniuriam sapiens nec contumeliam punit eos qui fecerunt? Non enim se ulciscitur sed illos emendat. Quid est autem quare hanc animi firmitatem non credas in virum sapientem cadere, cum tibi in aliis idem notare sed non ex eadem causa liceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur? Quis febricitantis et a frigida prohibiti maledicta in malam partem accipit? Hunc affectum adversus omnes sapiens habet quem adversus egros suos medicus, quorum nec obscena, si remedio egent, contrectare nec reliquias et effusa intueri dedignatur nec per furorem sevientium excipere convicia.

Scit sapiens hos qui togati purpuratique incedunt valentes coloratos male sanos esse, quos non aliter videt quam egros intemperantes. Itaque nec succenset quidem si quid in morbo petulantius ausi sunt adversus medentem, et quo animo honores eorum nihilo estimat eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non placebit sibi si illum medicus coluerit, nec contumeliam iudicabit si illi homo plebis ultime salutanti mutuam salutationem non reddiderit, sic nec se suspiciet quidem si illum multi divites suspexerint. Scit enim illos nihil a medicis differre, immo miseriores esse: illi enim exiguo, hi multo egent. Et rursus non tangetur si illum rex Medorum Attalus ne Asie salutantem silentio ac vultu arroganti transierit. Scit statum eius non magis habere quicquam invidendum quam eius cui in magna familia cura obtigit egros insanosque compescere. Num moleste feram si mihi non reddiderit nomen aliquis ex his qui ad Castoris negotiantur nequam mancipia ementes ac vendentes, quorum taberne pessimorum servorum turba referte sunt? Non ut puto; quid enim is boni habet sub quo nemo nisi malus est? Ergo ut huius humanitatem inhumanitatemque neglegit ita et regis: Habes sub te Parthos et Medos et Bactrianos, sed quos metu contines, sed propter quos remittere arcum tibi non contigit, sed pastores [a postremos] et venales, sed novum aucupantes dominum. Nullius ergo movebitur contumelia; omnes enim inter se differant, sapiens quidem pares illos ob equalem stultitiam omnes putat. Nam si semel se demiserit eo ut aut iniuria moveatur aut contumelia, non poterit unquam esse securus. Securitas autem proprium bonum sapientis est. Nec committet ut iudicando contumeliam sibi factam honorem habeat ei qui fecit; necesse est enim a quo quisque contemni moleste ferat suspici gaudeat.

male d. sanitatibus

Tanta quosdam dementia tenet ut sibi contumeliam fieri posse putet a muliere. Quid refert quam habentem, quot lecticarios habentem, quam oneratas aures, quam laxam sellam? Eque imprudens animal est et, nisi scientia accessit ac multa eruditio, ferum, cupiditatum incontinens. Quidam se a cinerario impulsos moleste ferunt et contumeliam vocant hostiarii difficultatem, nomenculatoris superbiam, cubicularii supercilium. O quantus inter ista risus tollendus est, quanta voluptate implendus animus ex alienorum errorum tumultu contemplanti quietem suam. Quid ergo? Sapiens non accedet ad fores quas durus ianitor obsidet? Ille vero, si res necessaria vocabit, experietur et illum, quisquis erit, tamquam canem acrem obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere ut limen transeat, cogitans et in pontibus quibusdam pro transitu dari. Itaque illi quoque, quisquis erit, qui hoc salutationum publicum exercet, donabit.

Scit emere venalia. Ille pusilli animi est qui sibi placet quod hostiario libere respondit, quod virgam eius fregit, quod ad dominum accessit et petiit corium. Facit se adversarium qui contendit, et ut vincat par fuit. At sapiens colaphis percussus quid faciet? Quod Cato cum illi os percussum esset: non excanduit, non vindicavit iniuriam, nec remisit quidem, sed factam negavit. Maiore animo non agnovit quam ignovisset. Non diu in hoc herebimus. Quis enim nescit nihil ex his que creduntur mala aut bona ita videri sapienti ut omnibus? Non respicit quid homines turpe iudicent aut miserum, non it qua populus, sed ut sidera contrarium mundo iter intendunt, ita hic adversus opinionem omnium vadit. Desinite itaque dicere: Non accipiet ergo sapiens iniuriam si ceditur, si oculus ille eruetur? Non accipiet

igitur est si ab obscenorum verborum impatiens p-
rorum agere, si in convivio lectus retribuerit
ter in sellis ut stare cum suis ignominiosa
officia fortitudinis debilitet et si quid ad se
rogo ego eorum cogitationi pudorem ingenuum
molestia perturbationi tumque ista ut
animo ut magne evenerint eius de-
nec erunt. Et non tanget illum petulantia
ut maiora quidem. Et non tanget paucorum
ut plurium quidem. Et ex imbecillitate mentis
concitatum capitis ingeniis ac et con-
tractis quantum putetis nos pati posse
suspicientes sapientie paulo ulteriorem
terminum ponitis. Sit illum in aliquibus iniu-
riarum suis ultimis tolleramentis. in ceteris
singulis fuerit que habet. Et ex crassem
nobis cum que tolleratum quamquam sit audi-
et quamquam tollerabilem non esse ubi
tunc et impune fugiendum non est veri
earum rerum et quibus singulis est
nisi obsistet quod illud tollerabile
sapienti id intollerabile et cum non
fuerit nisi ex toto summovet tertium male
cogit vincat nos fortuna nisi tota
vincat. Ne putes hanc sententiam esse
Stoicorum: Epicurus quem vos patronum
inertie vestre assumitis putatisque mollia
ac desidiosa precipere et ad volup-
tates ducentia, raro inquit sapienti
fortuna intervenit. Quam pene emisit
viri vocem! Vis tu fortius loqui et
illam ex toto summovere? Domus hec sapien-
tis angusta est, sine cultu, sine strepitu,
sine apparatu, nullis asservatur ianito-
ribus turbam venali fastidio digerentibus,
sed per hoc limen vacuum et ab hostia-
riis liberum fortuna non transit. Scit
non esse illic sibi locum ubi sui nichil
est. Quod si Epicurus quoque, qui corpori plurimum
indulsit, adversus iniurias exurgit, quid
apud nos incredibile videri potest aut supra
humane nature mensuram? Ille ait iniurias
tollerabiles esse sapienti, nos iniurias
non esse. Nec enim est quod dicas hoc nature re-
pugnare. Non negamus rem incommodam
esse verberari et impelli et aliquo membro
carere, sed omnia ista negamus iniurias
esse. Non sensum illis doloris detrahimus
sed nomen iniurie, quod non potest recipi virtute
salva. Uter verius dicat videbimus;
ad contemptum quidem iniurie uterque consentit.
Queris quid inter duos intersit? Quod inter
gladiatores fortissimos, quorum alter premit
vulnus et stat in gradu, alter respiciens
ad clamantem populum significat nichil esse et inter-
cedi non patitur. Non est quod putes magnum
quod dissidemus. Illud quod agitur, quod unum
ad nos pertinet, utraque exempla hortantur:
contemnere iniurias, et quas iniuriarum
umbras ac suspiciones dixerim, contume-
lias; ad quas despiciendas non sapiente

opus est viro sed tantum conspiciente, qui sibi pos-
sit dicere: utrum merito mihi ista accidunt
an inmerito? Si merito, non est contumelia, iudi-
cium est; si inmerito, illi qui iniusta facit
erubescendum est. Et quid est illud quod contume-
lia dicitur? In capitis mei levitatem iocatus est et
in oculorum valitudinem et in crurum gracilitatem
et in staturam. Que contumelia est quod apparet au-
dire? Coram uno aliquid dictum ridemus,
coram pluribus indignamur, et eorum aliis
libertatem non relinquimus que ipsi in nos dicere
assuevimus; iocis temperatis delectamur,
immodicis indignamur. Chrysippus ait
quendam indignatum quod illum aliquis vervecem
marinum dixerat. In senatu flentem
vidimus Fidum Cornelium Nasonis ge-
nerum cum illum Corbulo struthocamelum
depilatum dixisset; adversus alia male-
dicta mores et vitam convulnerantia
frontis illi firmitas fuit, adversus hoc tam
absurdum lacrime prociderunt: tanta animorum
imbecillitas est ubi ratio discessit. Quid
quod offendimur si quis sermonem nostrum imitatur,
si quis incessum, si quis vitium aliquod corporis
aut lingue exprimit? Quasi notiora illa fiant
alio imitante quam nobis facientibus! Se-
nectutem quidam inviti audiunt et canos
et alia ad que voto pervenitur; paupertatis
maledictum quosdam perussit, quam sibi ob-
iecit quisquis abscondit. Itaque materia pe-
tulantibus et per contumeliam urbanis de-
trahitur si ultro illam et prior occupes. — et Vatinium
Nemo risum prebuit qui ex se cepit.
Vatinium hominem natum et ad risum et
ad odium scurram fuisse venustum ac
dicacem memorie proditum est.
In pedes suos ipse plurima dicebat
et in fauces concisas: sic inimicorum, quos
plures habebat quam morbos, et in primis
Ciceronis urbanitatem effugerat. Si
hoc ille potuit duritia oris, qui assiduis
conviciis pudere dedidicerat, cur is non
possit qui studiis liberalibus et
sapientie cultu ad aliquem profectum per-
venerit? Adice quod genus ultionis est
eripere ei qui fecit facte contumelie vo-
luptatem. Solent dicere: o miserum me,
puto non intellexit. Adeo fructus contume-
lie in sensu et indignatione patientis
est. Deinde non deerit et aliquando par;
invenietur qui te quoque vindicet. C. Cesar — Gaius Cesar
inter cetera vitia quibus abundabat contume-
liosus mirabili ferebatur omnes aliqua
nota feriendi, ipse materia risus benig-
nissima: tanta illi palloris insaniam te-
stantis feditas erat, tanta oculorum
sub fronte anili latentium torvitas, tanta
capitis destituti et emendicatis capillis
aspersi deformitas. Adice obsessam
setis cervicem et exilitatem crurum et

enormitate pedum in mensuram si velim singula referre per que parentes avos que suos contumeliosius fuit per que in universos ordines ea referrem que illum exitus dederunt. Asiaticum Valerium in primis amicis habebat ferocem virum et vix equo animo alienas iniurias laturum. Huic in convivio in contione voce clarissima qualis in concubitu esset uxor eius obiecit. Dii boni hoc virum audire principem scire et usque eo licenciam pervenisse ut non dico consulari non dico amico sed tantum marito princeps et adulterium suum narret et fastidium. Chereae contra tribuno militum sermo non pro manu erat languidus sono et infracta voce suspectior. Huic Gaius signum petenti modo Veneris modo Priapi dabat aliter atque aliter exprobrans armato mollitiem. Hec ipse perlucidus crepidatus armillatus. Coegit itaque illum uti ferro ne sepius signum peteret. Ille primus inter coniuratos manum sustulit. Ille cervicem mediam uno ictu decidit. Plurimum deinde undique publicas ac privatas iniurias ulciscentium gladiorum ingestum est. Sed primus vir fuit qui minime visus est. At idem Gaius omnia contumelias putat et sicut ferendarum impatientes sunt faciendarum cupidissimi. Iratus fuit Herennio Macro quod illum Gaium salutaverat. Nec impune cessit primipilari quod Caligulam dixerat. Hic enim in castris natus et alumnus legionum vocari solebat, nullo nomine militibus familiarior umquam factus. Sed iam Caligulam convicium et probrum iudicabat cothurnatus. Ergo hoc ipsum solacio erit etiam si nostra facultas ultionem omiserit futurum aliquem qui penas exigat a procace et superbo et iniurioso que vicia numquam in uno homine et in una contumelia consumuntur.

Ex(emplum) Herennii

Ex(emplum) Socratis

Respiciamus eorum exempla quorum laudamus patientiam ut Socratis qui comediarum publicatos in se sales in partem bonam accepit risitque non minus quam cum ab uxore Xantippe immunda aqua perfunderetur. Antistoni mater barbara et Thressa obiciebatur. Respondit et deorum matrem Ydeam esse. Non est in rixam colluctationemque veniendum. Procul auferendi sunt pedes et quicquid horum ab imprudentibus fiet. Fieri autem nisi ab imprudentibus non potest neggligendum et honores et iniurie vulgi in promiscuo habende. Nec his dolendum nec illis gaudendum. Alioquin multa timore conviciorum aut tedio necessaria omittemus publicis privatisque officiis aliquando etiam salutaribus non occurremus dum muliebris nos cura angit aliquid contra animum audiendi. Aliquando etiam obirati potentibus detegemus hunc affectum intemperanti libertate. Non est autem ista libertas nichil pati. Fallimur. Libertas est animum superponere iniuriis et eum facere se ex quo solo sibi gaudenda veniant. Exteriora diducere a se ne inquieta agenda sit vita omnium risus omnium linguas timenti. Quis enim est qui non possit contumeliam facere si quisquam potest. Diverso autem remedio utetur sapiens affectatorque sapientie. Imperfectis enim et adhuc in publicum se iudicium dirigentibus hoc proponendum est inter iniurias ipsos contumeliasque debere versari. Omnia leviora accident expectantibus. Quo quisque honestior genere fama patrimonio est, hoc se fortius gerat memor in prima acie altos ordines stare. Contumelias et verba probrosa et ignominias et cetera dehonestamenta velut clamorem hostium ferat et longinqua tela et saxa sine vulnere circa galeas crepitantia. Iniurias vero ut vulnera alia armis alia pectori infixa non deiectus ne motus quidem gradu sustineat. Etsi premeris et infesta vi urgeris cedere tamen turpe est. Assignatum a natura locum tuere. Queris quis sit hic locus. Viri. Sapienti aliud auxilium est huic contrarium. Vos enim rem geritis. Illi parta victoria est. Ne repugnate vestro bono et hanc spem dum ad verum pervenitis alite in animis libentesque meliora excipite et opinione ac voto iuvate esse aliquid invictum esse aliquem in quem nichil fortuna possit. E re publica est generis humani.

Explicit liber de constancia Senece ad Serenum. Ad Gallionem.

Incipit liber de vita beata eiusdem.

Vivere Gallio frater omnes beate volunt, sed ad pervidendum quid sit quod beatam vitam efficiat caligant. Adeo quod non est facile consequi beatam vitam ut eo quisque ab ea longius recedat quo ad illam concitatius fertur si via lapsus est. Que ubi in contrarium ducit ipsa velocitas maioris intervalli causa fit. Proponendum

est itaque primum quid sit quod appetamus
tunc circumspiciendum qua contendere illo celer-
rime possimus intellecturi in ipso itinere
si modo rectum erit quantum cotidie profli-
getur quantoque propius ab eo simus ad quod
nos cupiditas naturalis impellit. Quamdiu
quidem passim vagamur non ducem secuti
sed fremitum et clamorem dissonum in
diversa vocantium conteretur vita inter erro-
res. Brevis est si dies noctesque
bone menti laboremus. Decernatur ita-
que et quo tendamus et qua non sine
perito aliquo cui explorata sunt ea in
que procedimus. quoniam quidem non eadem hic que in ceteris
peregrinationibus condicio est. In illis comprehensus
aliquis limes et interrogati incole
non patiuntur errare. At hic tritissima
queque via et celeberrima maxime
decipit. Nichil ergo magis prestandum est
quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium
gregem pergentes non quo eundum est sed quo itur. Atqui nulla
res nos maioribus malis implicat
quam quod ad rumorem componimur optima rati
ea que magno assensu recepta sunt quod-
que exempla bonis multa sunt nec ad rationem
sed ad similitudinem vivimus. Inde ista tanta
coacervatio aliorum super alios ruentium.
Quod in strage hominum magna evenit cum
ipse se populus premit nemo ita cadit ut non
et alium in se attrahat. primi exitio
sequentibus sunt. hoc in omni vita acci-
dere videas licet. Nemo sibi tantummodo er-
rat sed alieni erroris et causa et auctor
est. nocet enim applicari antecedenti-
bus et dum unusquisque mavult
credere quam iudicare numquam de vita iu-
dicatur semper creditur versatque nos et pre-
cipitat traditus per manus error. Alienis
perimus exemplis. Sanabimur si sepe-
remur modo a cetu. Nunc vero stat contra
rationem defensor mali sui populus. Itaque
id evenit quod in comitiis in quibus eos
factos esse pretores ipsi qui fecere mi-
rantur cum se mobilis favor circum-
egit. eadem probamus eadem reprehen-
dimus. hic exitus est omnis iudicii in quo se-
cundum plures datur. Cum de beata vita agi-
tur non est quod mihi illud discessionum more re-
spondeas hec pars maior esse videtur. Ideo
enim peior est. non tam bene cum rebus humanis
agitur ut meliora pluribus placeant.
argumentum pessimi turba est. Queramus quid
optimum factum sit non quid usitatissimum
et quid nos in possessione felicitatis eterne
constituat non quid vulgo veritatis pessimo
interpreti probatum sit. Vulgum autem tam cla-
midatos quam coronatos voco. Non enim co-
lorem vestium quibus pretexta sunt

corpora aspicio. Oculis de homine non cre-
do. habeo melius et certius lumen quo
a falsis vera diiudicem. animi bonum animus
inveniat. Hic si umquam respirare illi et
recedere in se vacaverit o quam sibi ipse
verum tortus a se fatebitur ac dicet. quicquid
feci adhuc infectum esse mallem. quicquid
dixi cum recogito mutis invideo. quicquid
optavi inimicorum exsecrationem puto.
quicquid timui di boni quanto levius
fuit quam quod concupivi. Cum multis inimicitias gessi
et in gratiam ex odio si modo ulla inter
malos gratia est redii. mihi ipsi nondum
amicus sum. Omnem operam dedi ut me
multitudini educerem et aliqua dote nota-
bilem facerem. quid aliud quam telis me
opposui et malivolentie quod morderet
ostendi. Vides istos qui eloquentiam
laudant. qui opes sequuntur. qui gratie
adulantur. qui potentiam extollunt. omnes
aut sunt hostes aut quod in equo est esse
possunt. quam magnus mirantium tam invidentium
populus est. quin potius quero
aliquod usu bonum quod sentiam non quod
ostendam. Ista que spectantur ad que consistitur
que alter alteri stupens monstrat
foris nitent introrsus misera sunt.
Queramus aliquod non in speciem bonum sed so-
lidum et equale et a secretiore parte for-
mosius. hoc eruamus ut longe positum
est invenietur. Scire tantum opus est quo
manum porrigas. nunc velut in te-
nebris vicina transimus offensantes
ea ipsa que desideramus. Sed ne
te per circuitus traham aliorum quidem opiniones
preteribo nam et enumerare illas longum
est et coarguere. Nostram accipe. Nostram autem
cum dico non alligo me ad unum aliquem
ex Stoicis proceribus. est et mihi censendi ius.
Itaque aliquem sequar. aliquem iube-
bo sententiam dividere. fortasse et post omnes
citatus nichil improbabo ex hiis que priores
decreverint et dicam hoc amplius censeo.
Interim quod inter omnes Stoicos convenit
rerum nature assentior. ab illa non deerrare
et ad illius legem exemplumque formari sapientia
est.

Beata est ergo vita conveniens nature Quid sit beata vita
sue que non aliter contingere potest quam si primum
sana mens est et in perpetua possessione
sanitatis sue. deinde fortis ac vehemens
tunc pulcherrima et patiens apta tempo-
ribus corporis sui pertinentiumque ad id
curiosa non anxie. tunc aliarum rerum
que vitam instruunt diligens sine admira-
tione cuiusquam usura fortune muneribus
non servitura. Intelligis etsi non adiciam
sequi perpetuam tranquillitatem libertatem
depulsis hiis que aut irritant nos aut
territant. Nam voluptatibus et pro illis que parva

ac fragilia sunt et ipsis flagitiis noxia. ingens gaudium subit inconcussum et equale tunc pax et concordia animi et magnitudo cum mansuetudine. omnis enim ex infirmitate feritas est.

Diffinitio summi boni

Potest aliter quoque diffiniri bonum nostrum id est eadem sententia non eisdem comprehendi verbis quemadmodum idem exercitus modo latius panditur modo in angustum coartatur et aut in cornua sinuata media parte curvatur aut recta fronte explicatur. vis illi ut cumque ordinatus est eadem est et voluntas pro eisdem partibus standi ita diffinitio summi boni alias diffundi potest et exporrigi alias colligi et in se cogi. idem utique erit si

alia diffinitio

dixero summum bonum est animus fortuita despiciens virtute letus aut invicta vis animi perita rerum placida in actu cum humanitate multa et conversantium cura. Libet et ita finire ut beatum dicamus hominem eum cui nullum bonum malumque sit nisi bonus malusque animus. honesti cultor virtute contentus quem nec extollant fortuita nec frangant qui nullum maius bonum eo quod sibi ipse dare potest noverit cui vera voluptas erit voluptatum contemptio.

[illegible]

Licet si evagari velis idem in aliam atque aliam faciem salva et integra potestate transferre. quid enim prohibet nos beatam vitam dicere liberum animum et erectum et interritum ac stabilem extra metum extra cupiditatem positum cui unum bonum sit honestas unum malum turpitudo. cetera vilis turba rerum nec detrahens quicquam beate vite nec adiciens sine auctu ac detrimento summi boni veniens ac recedens. hunc ita fundatum necesse est velit nolit sequatur hilaritas continua et letitia alta atque ex alto veniens. ut que suis gaudeat nec maiora domesticis cupiat. quidni ista bene penset cum minutis et frivolis et non perseverantibus corpusculi motibus. quo die infra voluptatem fuerit et infra dolorem erit. vides autem quam mala et noxia servitute serviturus sit quem voluptates doloresque incertissima dominia impotentissimaque alternis possidebunt. ergo exeundum ad libertatem est. hanc non alia res tribuit quam fortune negligentia. Tunc illud orietur inestimabile bonum. quies collocate mentis in tuto collocata et sublimis expulsis terroribus ex cognitione veri gaudium grande et immotum comitasque et diffusio animi quibus delectabitur non ut bonis sed ut ex bono suo ortis.

[illegible]

Quoniam liberaliter agere cepi potest beatus dici qui nec cupit nec timet beneficio rationis quoniam et saxa timore et tristitia carent nec minus pecudes. non ideo tamen quisquam felicia dixerit quibus non est felicitatis intellectus. eodem loco pone homines quos in numerum pecorum et animalium redegit hebes natura et ignoratio sui. nichil interest inter hos et illa. quoniam illis nulla ratio est his prava et malo suo atque in perversum sollers. beatus enim dici nemo potest extra veritatem proiectus. beata ergo vita est in recto certoque iudicio stabilita et immutabilis. tunc enim pura mens est et soluta omnibus malis cum non tantum lacerationes sed etiam vellicationes effugerit statura semper ubi constitit ac sedem suam etiam irata et infestante fortuna vindicatura. nam quod ad voluptatem pertinet licet circumfundatur undique et per omnes vias influat animumque blandimentis suis leniat aliaque ex aliis admoveat quibus totos partesque nos sollicitet quis mortalium cui ullum superest hominis vestigium per diem noctemque titillari velit et deserto animo corpori operam dare.

Sed animus quoque inquit voluptates habebit suas. habeat sane sedeatque luxurie et voluptatum arbiter. impleat se eis omnibus que oblectare sensus solent deinde preterita respiciat et exoletarum voluptatum memor exultet prioribusque futuris iam immineat ac spes suas ordinet et dum corpus in presenti sagina iacet cogitationes ad futura premittat. hic mihi videtur miserior quoniam mala pro bonis legere dementia est. nec sine sanitate quisquam beatus est nec sanus cui futura pro optimis appetuntur. beatus ergo est iudicii rectus. beatus est presentibus qualiacumque sunt contentus amicusque rebus suis. beatus est is cui omnem habitum rerum suarum ratio commendat.

Vident et hi qui summum bonum dixerunt quam turpi loco illud posuerint. itaque negant posse voluptatem a virtute diduci et aiunt nec honeste quemquam vivere ut non iocunde vivat nec iocunde ut non honeste quoque. non video quomodo ista tam diversa in eandem copulam coniciantur. quid est oro vos cur separari voluptas a virtute non possit. videlicet quia omne bonis ex virtute principium est. ex huius radicibus etiam ea que vos et amatis et expetitis oriuntur. sed si ista indiscreta essent non videremus quedam [illegible]

Dhac ma... [illegible]

colenda, hec honesta. quedam vero honestissima sunt hec per dolores obeunda. Adice nunc quod voluptas etiam ad vitam turpissimam venit, at virtus malam vitam non admittit. et infelices quidam non sine voluptate immo ob ipsam voluptatem sunt. quod non eveniret si virtuti se voluptas immiscuisset. qua virtus sepe caret, nunquam indiget. Quid dissimilia immo diversa componitis. altum quiddam est virtus excelsum et regale invictum et infatigabile. voluptas humile servile imbecillum caducum. cuius statio ac domicilium fornices ac popine sunt. Virtutem in templo convenies in foro in curia pro muris stantem pulverulentam coloratam, callosas habentem manus. voluptatem latitantem sepius ac tenebras captantem circa balnea sudatoria ac loca edilem metuentia. mollem enervem mero atque unguento madentem pallidam aut fucatam et medicamentis pollutam. Summum bonum immortale est. nescit exire. nec satietatem habet nec penitentiam. nunquam enim recta mens vertitur nec sibi odio est nec quicquam mutavit quia semper secuta est optima. at voluptas tunc cum maxime delectat extinguitur. non multum loci habet. itaque cito implet et tedio est et post primum impetum marcet. nec id umquam certum est cuius in motu natura est. Ita nec potest quidem ulla eius esse substantia quod venit transitque celerrime in ipso usu sui periturum. eo enim pervenit ubi desinat. et dum incipit spectat ad finem. Quid quod tam bonis quam malis voluptas inest. nec minus turpes dedecus suum quam honestos egregia delectant. Ideoque preceperunt veteres optimam sequi vitam non iocundissimam ut recte ac bone voluntatis non dux sed comes sit voluptas. Natura enim duce utendum est. hanc ratio observat. hanc consulit. Idem est ergo beate vivere et secundum naturam. Hoc quid sit iam aperiam. si corporis dotes et apta nature conservabimus diligenter et impavide tamquam in diem data et fugacia. si non subierimus eorum servitutem nec nos aliena possederint. si corpori grata et adventicia eo nobis loco fuerint quo sunt in castris auxilia et armature leves. serviant ista non imperent. Ita demum utilia sunt menti. Incorruptus vir sit externis et insuperabilis miratorque tantum sui fidens animo atque in utrumque paratus. artifex vite. fiducia eius non sine scientia sit. scientia non sine constantia. maneant illi semel placita nec ulla in decretis eius litura sit.

Intelligitur etiam si non adiecero compositum ordinatumque fore talem virum et in hiis que aget cum comitate magnificum. Erit vera ratio sensibus insita et capiens inde principia. nec enim habet aliud unde conetur aut unde ad verum impetum capiat et in se revertatur. Nam mundus quoque cuncta complectens rectorque universi deus in exteriora quidem tendit sed tamen in totum undique in se redit. Idem nostra mens faciat cum secuta sensus suos per illos se ad exteriora porrexerit et illorum et sui potens sit. Hoc modo una efficietur vis ac potestas concors sibi et ratio illa certa nascetur non dissidens nec hesitans in opinionibus comprehensionibusque nec in sua persuasione. que cum se disposuit et partibus suis consensit et ut ita dicam concinuit summum bonum tetigit. Nichil enim pravi nichil lubrici superest nichil in quo arietet aut labet. Omnia faciet ex imperio suo. nichilque inopinatum accidet sed quicquid agetur in bonum exibit facile et parate et sine tergiversatione agentis. nam pigritia et hesitatio pugnam et inconstantiam ostendit. Quare audacter licet profitearis summum bonum esse animi concordiam. virtutes enim ibi esse debebunt ubi consensus atque unitas erit. dissident vicia. Sed tu quoque inquit virtutem non ob aliud colis quam quia aliquam ex illa speras voluptatem. Primum non si voluptatem prestatura virtus est ideo propter hanc petitur. non enim hanc prestat Sed et hanc. nec huic laborat sed labor eius quamvis aliud petat hoc quoque assequitur. Sicut in arvo quod segeti proscissum est aliqui flores internascuntur. non tamen huic herbule quamvis delectet oculos tantum operis insumptum est. aliud fuit serenti propositum hoc supervenit. Sic et voluptas non est merces nec causa virtutis sed accessio. nec quia delectat placet sed si placet et delectat. Summum bonum in ipso iudicio est et habitu optime mentis. que cum suum implevit et finibus se suis cinxit consummatum est summum bonum nec quicquam amplius desiderat. nichil enim extra totum est non magis quam ultra finem. Itaque erras cum interrogas quid sit illud propter quod virtutem petam. queris enim aliquid supra summum. Interrogas quid petam ex virtute? ipsam. nichil enim habet melius, ipsa precium sui. An hoc parum magnum est? cum tibi dicam summum bonum est infragilis animi rigor et providentia et sublimitas et sanitas et libertas et concordia et decor. Aliquid etiam nunc exigis maius ad quod ista referantur? quid michi voluptatem nominas. hominis bonum quero non ventris qui pecudibus ac beluis laxior est. Dissimulas inquit quid a me dicatur. ego enim nego quemquam posse iocunde vivere nisi simul

et honeste vivat quod non potest mutis contingere animalibus que bonum summum cibo metientibus. Clara voce testor hanc vitam quam ego iocundam voco non sine adiecta virtute contingere. Atqui quis ignorat plenissimos esse voluptatibus vestris stultissimos quosque et nequiciam abundare iocunditatibus animumque ipsum genera voluptatis prava et multa suggerere? In primis insolenciam et nimiam estimacionem sui, tumoremque elatum super ceteros et amorem rerum suarum cecum et improvidum, delicias fluentes et ex minimis ac puerilibus causis exultacionem, iam dicacitatem ac superbiam contumeliis gaudentem, desidiam dissolucionemque segnis animi indormientis sibi. Hec omnia virtus discutit, aurem pervellit, voluptates estimat antequam admittat, nec quas probavit magni pendit, utique admittit nec usu earum sed temperancia leta est. Temperancia autem cum voluptates minuat summi boni iniuria est. Tu voluptatem complecteris, ego compesco; tu voluptate frueris, ego utor; tu illam summum bonum putas, ego nec bonum; tu omnia voluptatis causa facis, ego nichil. Cum dico me nichil voluptatis causa facere, de illo loquor sapiente cui soli concedis voluptatem. Non voco autem sapientem supra quem quicquam est, nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus quomodo resistet labori ac periculo et egestati tot humanam vitam circumstrepentibus minis? Quomodo conspectum mortis, quomodo dolores feret, quomodo mundi fragores et tot acerrimorum hostium a tam molli adversario victus? Quicquid voluptas suaserit faciet. Age non vides quam multa suasura sit? Nichil inquit poterit turpiter suadere, quia adiuncta virtuti est. Non vides iterum quale sit summum bonum cui custode opus est ut bonum sit? Virtus autem quomodo voluptatem reget quam sequitur, cum sequi parentis sit, regere imperantis? A tergo ponis quod imperat. Egregium autem habet virtus apud vos officium, voluptates pregustare. Sed videbimus an apud quos tam contumeliose tractata virtus est adhuc virtus sit, que habere nomen suum non potest si loco cessit. Interim de quo agitur multos ostendam voluptatibus obsessos, in quos fortuna omnia munera sua effudit, quos fatearis necesse est malos. Aspice Nomentanum et Apicium terrarum ac maris ut isti vocant bona concoquentes et super mensam recognoscentes omnium gencium animalia; vide hos eosdem e suggestu [illegible] despectantes popinam suam, aures vocum sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum de-

[margin:] [illegible] de voluptatibus sapientis

lectantes; mollibus lenibusque fomentis totum lacessitur eorum corpus, et ne nares interim cessent odoribus variis inficitur locus ipse in quo luxurie parentatur. Hos esse in voluptatibus dices, nec tamen illis bene erit quia non bono gaudent. Male inquit illis erit quia multa interveniunt que perturbant animum, et opiniones inter se contrarie mentem inquietabunt. Quod ita esse concedo, sed nichilominus illi ipsi stulti et inequales et sub ictu penitencie positi magnas percipiunt voluptates, ut fatendum sit tam longe tunc illos ab omni molestia abesse quam a bona mente, et quod plerisque contingit hilarem insaniam insanire ac per risum furere. At contra sapientum remisse voluptates et modeste ac pene languide sunt compresseque et vix notabiles, ut que neque accersite veniant, nec quamvis per se accesserint in honore sint, neque ullo gaudio percipiencium excepte; miscent enim illas et interponunt vite ut ludum iocumque inter seria. Desinant ergo inconveniencia iungere et virtuti voluptatem implicare, per quod vicium pessimis quibusque adulantur. Ille effusus in voluptates, reptabundus semper atque ebrius, quia scit se cum voluptate vivere, credit et cum virtute; audit enim voluptatem separari a virtute non posse. Deinde viciis suis sapienciam inscribit et abscondenda profitetur. Itaque non ab Epicuro impulsi luxuriantur, sed viciis dediti luxuriam suam in philosophie sinu abscondunt, et eo concurrunt ubi audierint laudari voluptatem. Nec estimant voluptas illa Epicuri, ita me hercules sencio, quam sobria ac sicca sit, sed ad nomen ipsum advolant querentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum. Itaque quod unum habebant in malis bonum perdunt, peccandi verecundiam; laudant enim ea quibus erubescebant et vicio gloriantur. Ideoque ne resurgere quidem adolescencie licet, cum honestus turpi desidie titulus accessit. Hoc est cur ista voluptatis laudacio perniciosa sit, quia honesta precepta intra latent, quod corrumpit apparet. In ea quidem ipse sentencia sum, invitis hoc nostris popularibus dicam, sancta et recta Epicurum precipere et si propius accesseris tristia. Voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur, et quam nos virtuti legem dicimus eam ille dicit

Voluptati iubet illa parere nature parum est autem luxurie quod nature satis est. Quid ergo est? ille quisquis desidiosum otium et gule ac libidinis vices felicitatem vocat bonum male rei querit auctorem et cum illo venit blando nomine inductus sequitur voluptatem non quam audit sed quam attulit et vicia sua cum cepit putare similia preceptis indulget illis non timide nec obscure luxuriatur eciam inde aperto capite. itaque non dicam quod plerique nostrorum sectam epicuri flagiciorum magistram esse sed illud dico male audit infamis est et immerito. Hoc scire qui potest nisi interius admissus? frons ipsa dat locum fabule et ad malam spem irritat. Hoc tale est quale vir fortis stola indutus. constat tibi pudicicia virilitas salva est nulli corpus tuum turpi paciencie vacat sed in manu tympanum est. titulus itaque honestus eligatur et inscripcio ipsa excitans animum que stat invenit vicia. Quisquis ad virtutem accessit dedit spem generose indolis qui voluptatem sequi videtur enervis fractus degenerans vir perventurus in turpia nisi aliquis distinxerit illi voluptates ut sciat que ex eis intra naturale desiderium resistant que preceps ferantur infinite sint et quo magis implentur eo magis inexplebiles. Agedum virtus antecedat tutum erit omne vestigium. voluptas nocet nimia in virtute non est verendum ne quid nimium sit quia in ipsa est modus. non est bonum quod magnitudine laborat sua. Racionalem porro sortitis naturam quid melius res quam racio proponitur? Et si placet ista iunctura si hoc placet ad beatam vitam ire comitatu virtus antecedat comitetur voluptas et circa corpus ut umbra versetur. Virtutem quidem excellentissimam dominam voluptati tradere ancillam nichil magnum animo capientis est. Prima virtus eat hec ferat signa habebimus nichilominus voluptatem sed domini eius et temperatores erimus aliquid nos exorabit nichil coget. At hii qui voluptati tradidere principia utroque caruerunt virtutem enim amittunt ceterum non ipsi voluptatem sed ipsos voluptas habet cuius inopia torquentur aut copia strangulantur miseri si deseruntur ab illa miseriores si obruuntur sicut deprehensi mari sirtico modo in sicco relinquuntur modo torrente unda fluctuantur. Evenit autem hoc nimia intemperancia et amore ceco rei nam mala pro bonis petentibus periculosum est assequi. Ut feras cum labore periculoque venamur et captarum quoque illarum sollicita possessio est sepe enim laniant dominos ita habentes magnas voluptates in magnum malum evasere captaeque cepere que quo plures maiores sunt eo ille minor ac plurium servus est quem felicem vulgus appellat. Permanere libet etiam nunc in hac huius rei imagine. Quemadmodum qui bestiarum cubilia indagat et laqueo captare feras magno estimat et latos canibus circumdare saltus ut illarum vestigia premat potiora deserit multisque officiis renunciat ita qui sectatur voluptatem omnia postponit et primam libertatem negligit ac pro ventre dependit nec voluptates sibi emit sed se voluptatibus vendit.

Quid tamen inquit prohibet in unum virtutem voluptatemque confundi et ita effici summum bonum ut idem et honestum et iocundum sit? Quia pars honesti non potest esse nisi honestum nec summum bonum habebit sinceritatem suam si aliquid in se viderit dissimile meliori. Ne gaudium quidem quod ex virtute oritur quamvis bonum sit absoluti tamen boni pars est non magis quam leticia et tranquillitas quamvis ex pulcherrimis causis nascantur. sunt enim ista bona sed consequencia summum bonum non consummancia. Qui vero virtutis voluptatisque societatem facit et ne ex equo quidem fragilitate alterius boni quicquid in altero vigoris est hebetat libertatemque illam ita demum si nichil se preciosius novit invictam sub iugum mittit. Nam que maxima servitus est incipit illi opus esse fortuna. sequitur vita anxia suspiciosa trepida casum pavens temporum suspensa momentis. Non das virtuti fundamentum grave immobile sed iubes illam in loco volubili stare. Quid autem tam volubile quam fortuitorum expectacio et corporis rerumque corpus afficiencium varietas? Quomodo hic potest deo parere et quicquid evenit bono animo excipere nec de fato queri casuum suorum benignus interpres si ad voluptatum dolorumque punctiunculas concutitur? Sed ne patrie quidem bonus tutor aut vindex est nec amicorum propugnator si ad voluptates vergit. Illud ergo summum bonum ascendat unde nulla vi detrahatur quo neque dolori neque spei nec timori sit aditus nec ulli rei que deterius summi boni ius faciat. Ascendere autem illo sola virtus potest. illius gradu clivus iste frangendus est. illa fortiter stabit et quicquid evenerit feret non paciens tantum sed eciam volens omnemque temporum difficultatem sciet legem esse nature et ut bonus miles feret vulnera numerabit cicatrices et transverberatus telis moriens amabit eum pro quo cadet imperatorem habebit illud in animo vetus preceptum deum sequere. Quisquis autem queritur et plorat et gemit imperata facere vi cogitur et invitus rapitur ad iussa

inchoamus Senece ad clementiam porro
trahit quem consequitur. Tam me hercules
quam stultitia et ignorantia condicionibus suc
dole. Sed quod aliquid accidit durius ego
mirari. Que indigne ferre ea que tam bonis
quam malis accidunt: morbos dico, fune
ra, debilitates et cetera ex transverso in vitam
humanam incurrentia. Quicquid convivium (?) patiendum
est, sustineamus patienter et magno animo suscipiatur. In
hoc sacramentum adacti sumus
ferre mortalia ut perturbari his que vitare
non est nostre potestatis. In regno nati sumus:
deo parere libertas est. Ergo in virtute posita
est vera felicitas. Quid hec tibi suadebit?
Ne quid aut bonum aut malum existimes
quod nec virtute nec malicia continget; et
deinde ut sis immobilis et contra malum et ex bo
no, ut quantum fas est deum effingas. Quid
tibi pro hac expeditione promittit? Ingentia
et equa divinis: nichil cogeris, nullo in-
digebis, liber eris, tutus, indemnis;
nichil frustra temptabis, nichil prohiberis; omnia
tibi ex sententia cedent, nichil adversum acci-
det, nichil contra opinionem et voluntatem.
Quid ergo? Virtus ad vite (?) beate vivendum suffi-
cit? Perfecta illa et divina quid ni sufficiat,
immo superfluat? Quid enim deesse potest extra
desiderium omnium posito? Quid extrinsecus opus
est ei qui omnia sua in se collegit? Sed
ei qui ad virtutem tendit, etsi multum processit,
opus est aliqua fortune indulgentia adhuc
inter humana luctanti, dum nodum illum ex-
solvit et omne vinculum mortale. Quid ergo
interest? Quod alii alligati sunt, alii astricti,
alii destricti quoque. Hic qui ad superiora
progressus est et se altius extulit laxam
cathenam trahit, nondum liber, iam tamen pro
libero. Si quis itaque ex istis qui philosophiam collatrant
quod solent dixerit: Quare ergo tu fortius
loqueris quam vivis? Quare et superiori verba
submittis et pecuniam necessarium tibi instrumentum
existimas et damno moveris et lacrimas
maior (?) audita ~~coniugis aut~~ amici gibt (?)
vivente (?) morte dimittis et respicis
famam et malignis sermonibus tan-
geris? ~~Quare~~ ~~[illegible]~~ cultius rus tibi est quam
naturalis usus desiderat? Cur non ad prescri-
ptum tuum cenas? Cur tibi nitidior su-
pellex est? Cur apud te vinum etate tua
vetustius bibitur? Cur aviarium disponitur?
Cur arbores nichil preter umbram dature
conseruntur? Quare uxor tua locupletis
domus censum auribus gerit? Quare
pedagogium pretiosa veste succingitur? Quare
ars est apud te ministrare nec temere et
ut libet collocatur argentum sed perite servitur
et est aliquis scindendi obsonii magister?
Adice si vis: Cur trans mare possides?
Cur plura quam nosti? Turpiter aut tam negli-
gens es ut non noveris pauculos ser-
vulos aut tam luxuriosus ut plures habeas
quam quorum notitie memoria sufficiat?
Adiuvabo postmodum convicia et plura
mihi quam putas obiciam. Nunc hoc
respondeo tibi: Non sum sapiens, et ut
malivolentiam tuam pascam, nec ero.
Exige itaque a me non ut optimis
par sim, sed ut malis melior: hoc mihi sa-
tis est, cotidie aliquid ex viciis meis de-
mere et errores meos obiurgare.
Non perveni ad sanitatem, nec perveniam
quidem; delinimenta magis quam remedia
podagre mee compono, contentus
si rarius accedit et si minus ver-
minatur; vestris quidem pedibus comparatione
tamen debilis cursor sum. Hec non pro me lo-
quor, ego enim in alto viciorum sum,
sed pro illo cui aliquid acti est. Aliter inquit
loqueris, aliter vivis. Hoc, malignissima
capita et optimo cuique inimicissima,
Platoni obiectum est, obiectum Epi-
curo, obiectum Zenoni. Omnes enim
isti dicebant non quemadmodum ipsi viverent,
sed quemadmodum esset vivendum. De virtute non de
me loquor, et cum viciis convicium facio,
in primis meis facio: cum potuero
vivam ut oportet. Nec malignitas me ista
multo veneno tincta deterrebit ab
optimis; ne virus quidem istud quo alios
spargitis, quo vos necatis, impe-
diet me quominus perseverem lauda-
re vitam non quam ago, sed quam agendam
scio, quominus virtutem adorem et ex
intervallo ingenti reptabundus sequar.
Expectabo scilicet ut quicquam malivolentie in-
violatum sit, cui sacer nec Rutilius
fuit nec Cato? Et aliquis non ipsis
nimis dives videatur quibus Demetrius
cinicus parum pauper est? Virum acerrimum et
contra omnia nature desideria pugnantem,
hoc pauperiorem quam ceteros cinicos quod
cum sibi interdixerit habere, negant satis
egere! Vides enim non virtutis scientiam sed
egestatis professus est. Diodorum epicu-
reum philosophum qui intra paucos dies fi-
nem vite sue manum suam imposuit, nega-
nt ex decreto Epicuri fecisse quod sibi gulam
precidit. Alii dementiam videri vo-
lunt factum hoc eius, alii temeritatem;
ille interim beatus ac plenus bona conscientia

reddidit sibi testimonium vita procedes. lau
dabit q3 etatis in portu et ad anchoram
acte. quiete. et dixit q nos i medi acci
sub eis ueh⁹ q⁹ fuerunt sit inex...que
dedicat eni fortuna pegit de altius vita
d' aliq morte disputat et ad nomē
magnorum ab aliqua cl...m laude
virorum. pauci ad arcem ignorum i mu...
venitorum. salvatis ... pedit si nos ueie
uideri bonum qi aliena utq exp...
delictorum aium sit inuiti splendida cu
de sedes tante dignationis futuros ut nemo propter illos tibi maledicere audeat. Propone tamen et tante futuros turpitudinis ut ipsi maledicta sint. Nichil uetat illos tibi suprema prestare et laudari te a liberis tuis, sed sic te para tamquam in ignem positura uel puerum uel iuuenem uel senem. Nichil enim ad rem pertinent anni, quoniam nullum non acerbum funus est quod parens sequitur. Post has leges propositas si liberos tollis, omni deos inuidia liberas qui tibi nichil certi spoponderunt. Ad hanc ymaginem agedum totius uite introitum referamus. Siracusas uisere deliberanti tibi omne incommodum, omnem uoluptatem future nauigationis exposui. Puta nascenti me tibi uenire in consilium. Intratura es urbem diis hominibusque communem, omnia complexam, certis legibus eternisque deuinctam, indefatigata celestium officia uoluentem. Videbis illic innumerabiles stellas micare, uidebis uno sidere omnia impleri, solem cotidiano cursu diei noctisque spacia signantem, annuo estates hiemesque equalius diuidentem. Videbis nocturnam lune successionem a fraternis occursibus lene remissumque lumen mutuantem, et modo occultam modo toto ore terris imminentem, accessionibus damnisque mutabilem, semper proxime dissimilem. Videbis quinque sidera diuersas agentia uias et in contrarium precipiti mundo nitentia; ex horum leuissimis motibus fortune populorum dependent, et maxima ac minima proinde formantur prout equum iniquumue sidus incessit. Miraberis collecta nubila et cadentes aquas et obliqua fulmina et celi fragorem. Cum saciatus spectaculo supernorum in terram oculos deieceris, excipiet te alia forma rerum aliterque mirabilis: hinc camporum in infinitum patentium fusa planicies, hinc montium magnis et niualibus surgentium iugis erecti in sublime uertices, deiectus fluminum et ex uno fonte in occidentem orientemque diffusi amnes et summis cacuminibus nemora nutantia et tantum siluarum cum suis animalibus auiumque concentu dissono, uarii urbium situs et seclusæ nationes locorum difficultate, quarum alie se erectis subtrahunt montibus, alie ripis lacu uallibus palude circumfunduntur; adiuta cultu seges et arbusta sine cultore feritas, et riuorum lenis inter prata discursus et ameni sinus et littora in portum recedentia; sparse tot per uastum insule, que interuentu suo maria distinguunt. Quid lapidum gemmarumque fulgor, et inter rapidorum torrentium aurum harenis interfluens, et in mediis terris medioque rursus mari aerie ignium faces, et uinculum terrarum occeanus, continuationem gentium triplici sinu scindens et ingenti licentia exestuans? Videbis hic inquietis et sine uento fluctuantibus aquis innare excedentia terrestria magnitudine animalia, quedam grauia et alieno se magisterio mouentia, quedam uelocia et concitatis perniciora remigiis, quedam haurientia undas et magno pernauigantium periculo efflantia. Videbis hic nauigia quas non nouere terras querentia. Videbis nichil humane audacie intemptatum, eritque et spectatrix et ipsa pars magna conantium; disces docebisque artes, alias que uitam instruant, alias que ornent, alias que regant. Sed istic erunt mille corporum, animorum pestes, et bella et latrocinia et uenena et naufragia et intemperies celi corporisque et carissimorum acerba desideria et mors, incertum facilis an per penam cruciatumque. Delibera tecum et perpende quid uelis: ut ad illa uenias, per illa exeundum est. Respondebis uelle te uiuere. Quidni? Immo, puto, ad id non accedes ex quo tibi aliquid decuti doles. Viue ergo ut conuenit. Nemo, inquis, nos consuluit. Consulti sunt de nobis parentes nostri, qui cum condicionem uite nossent, in hanc nos sustulerunt.

Sed ut ad solacia ueniam, uideamus primum quid curandum sit, deinde quemadmodum. Mouet lugentem desiderium eius quem dilexit. Id per se tollerabile apparet; absentes enim afuturosque dum uiuent non flemus, quamuis omnis usus nobis illorum cum aspectu ereptus sit. Opinio ergo est que nos cruciat, et tanti quodque malum est quanti illud taxauimus. In nostra potestate remedium habemus: iudicemus illos abesse et nosmet ipsi fallamus; dimisimus illos, immo consecuturi premisimus. Mouet et illud lugentem: Non erit qui me defendat, qui a contemptu uindicet. Ut minime probabili sed uero solacio utar, in ciuitate nostra plus gratie orbitas confert quam eripit, adeoque senectutem solitudo, que solebat destruere, ad potentiam ducit ut quidam odia filiorum simulent et liberos eiurent, orbitatem manu faciant. Scio quid dicas: Non mouent me detrimenta mea; etenim non est dignus solacio qui filium sibi decessisse sicut mancipium moleste fert, cui quicquam

in filio respice pro tempore vivat et in dulci te patria moneri vetat quam filius tuus decessit cum quo non diu vixit. Si quando decessit et sic debuisti dolere. Sed non cessisti morientem. Cogita nullis defunctum malis affici, illa que nobis inferos faciunt terribiles fabulam esse, nullas imminere mortuis tenebras nec carcerem nec flumina igne flagrantia nec oblivionem amnem nec tribunalia et reos et in illa tam laxa libertate tam laxa ullos iterum tyrannos. Luserunt ista poete et vanis nos agitavere terroribus. Mors omnium dolorum et solutio est et finis, ultra quam mala nostra non exeunt, que nos in illam tranquillitatem in qua antequam nasceremur iacuimus reponit. Si mortuorum aliquis miseretur et non natorum misereatur. Mors nec bonum nec malum est; id enim potest aut bonum aut malum esse quod aliquid est. Quod vero ipsum nichil est et omnia in nichilum redigit nulli nos fortune tradit. Mala enim bonaque circa aliquam versantur materiam. Non potest id fortuna tenere quod natura dimisit, nec potest miser esse qui nullus est. Excessit filius tuus terminos intra quos servitur; excepit illum magna et eterna pax. Non paupertatis metu, non divitiarum cura, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessitur; non invidia felicitatis aliene tangitur, non sue premitur; ne conviciis quidem ullis verecunde aures verberantur; nulla publica clades prospicitur, nulla privata; non sollicitus futuri pendet et ex eventu semper incertiora dependenti. Tandem ibi constitit unde nichil eum pellat, ubi nichil terreat. O ignaros malorum suorum, quibus non mors ut optimum inventum nature laudatur, que sive felicitatem includit sive calamitatem repellit sive satietatem ac lassitudinem senis terminat sive iuvenile evum dum meliora sperantur in flore deducit sive pueritiam ante duriores gradus revocat, omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis melius merita quam de hiis ad quos venit antequam invocaretur. Hec servitutem invito domino remittit; hec captivorum cathenas levat; hec e carcere educit quos exire imperium impotens vetuerat; hec exulibus in patriam semper animum oculosque tendentibus ostendit nichil interesse infra quos quis iaceat. Hec ubi res communes fortuna male divisit et equo iure genitos alium alii donavit, exequat omnia; hec est post quam nichil quisquam alieno fecit arbitrio; hec est in qua

nemo humilitatem suam sensit; hec est que nulli paruit; hec est, Marcia, quam pater tuus concupivit; hec est inquam que efficit ut nasci non sit supplicium, que efficit ut non concidam adversus minas casuum, ut servare animum salvum ac potentem sui possim. Habeo quod appellem. Video istic cruces non unius quidem generis sed aliter ab aliis fabricatas: capite quidam conversos in terram suspendere, alii per obscena stipitem egerunt, alii brachia patibulo explicuerunt. Video fidiculas, video verbera, et membris et articulis singulis singula docuerunt machinamenta: sed video et mortem. Sunt istic hostes cruenti, cives superbi: sed video istic et mortem. Non est molestum servire ubi, si dominii pertesum est, licet uno gradu ad libertatem transire. Contra iniurias vite beneficium mortis habeo. Cogita quantum boni optima mors habeat, quam multis diutius vixisse nocuerit. Si Gneum Pompeium, decus istud firmamentumque imperii, Neapoli valitudo abstulisset, indubitatus populi Romani princeps excesserat. At nunc exigui temporis adiectio fastigio illum suo depulit. Vidit legiones in conspectu suo cesas et ex illo prelio in quo prima acies senatus fuit — quam infelices reliquie sunt — ipsum imperatorem superfuisse. Vidit Egyptium carnificem et sacrosanctum victoribus corpus satelliti prestitit, etiam si incolumis fuisset, penitentiam salutis acturus. Quid enim erat turpius quam Pompeium vivere beneficio regis? Marcus Cicero si illo tempore quo Catiline sicas devitavit, quibus pariter cum patria petitus est, concidisset, liberata re publica servator eius, si denique filie sue funus secutus fuisset, etiam tunc felix mori potuit. Non vidisset strictos in civilia capita mucrones nec divisa percussoribus occisorum bona, ut etiam de suo perirent, non hastam consularia spolia vendentem nec cedes locatas publice nec latrocinia, bella, rapinas, tantum Catilinarum. Marcum Catonem si a Cypro et hereditatis regie dispensatione redeuntem mare devorasset vel cum illa pecunia quam afferebat civili bello stipendium, nonne illi bene actum foret? Hoc certe secum tulisset, neminem ausurum coram Catone peccare. Nunc annorum adiectio paucissimorum virum libertati non sue tantum sed publice natum coegit Cesarem fugere, Pompeium sequi. Nichil ergo illi mali immatura mors attulit; etiam omnium malorum remisit patientiam. Nimis tamen cito periit et immaturus. Primum puta illi superfuisse; comprehende quantum plurimum procedi homini licet: quantum est? Ad brevissimum tempus editi, cito cessuri loco venienti, in pactum hoc prospicimus

[illegible] xxiiij [illegible]

Commendatio mortis

hesperium. de mris etatibus loquor. quas
incredibili celeritate qualibet corpulenta volu
cris videas quod non diu steterit etiam si vetu
state constant. Quid humana brevia et ca-
duca sunt et in finitis temporibus ullam partem occu
pacienta. Certe habet tamen urbibus spectis cepi
strinxit in ambitu malis puchi loco ponit
cadavarum sa refectes pectiora morum etas
mea quod puchi hys. Et autem tempus comparet
tuus et magis mensura quod male ut polli-
cito ille se mit hys spacium totos seme
tria exemplo quam mitis in id extende aug
spaciosque sunt in terminis ut multum ubi
erit. Amphilo modo multum quod minimo
scilicet. Ios ira nates et in inconcta toute
senectutis minos. Nobis quam tertones de
nos quam prensentis quam. In adame
tempus divisionis autem. illa est illa b.
in summi largissimi quod cum a re sit in spato
capto equus vincit spacio exprimus capto
non inexit. Deni si in mature de re
sit vixit in capit debuit nunc mich
ille res preterit. Non una hominibus sene
ctus et ut ne celebris quidem mit concordia
ipsos annos defatigat. et si est longi
ssima etas est. quod hoc prima. dispertis va-
ssima etas decimas. Ideo nimis
quam vincere fuerat dati. Nec nimis
quam vincere. et victus annuis quod vixit
nec moriens. et vincit finis manebit
nec fuit. seniis et ut illum ultimus deluge
ut ubi potis et illum ultimus illum ul-
timus cuius permanebit sit iuvenit illum ul-
timus et consilio perdidisse. tulit quod pru
dentis ad dati puerit ad cum. Illo et
mectas quod dati pueris. potuit dumque
ita quod sic te honores. potuit dumque
vivere. nos et in rupta cuius vita. ut mihi
se amis cordibus intrat solum quod cum quod primi
sunt ut sua facta ut admittit
simul. et ut sua facta ut admirat.
crescit ut expressio fecit demum. frustra
nostra ac studiis sunt habebit sensus quod in
illi dies primus assumpsit. Nulla est primi
tunc inde. inter mortis ingressus et accer
sit quod fato prior et illi ipsi qui adiacerat
bat adolescentie cuius vite detrahendum
bat. Hec cuius cunctare vivant ut non pu
eri tantis ad mortem nisi senes tractatos
tempus quod iam nec sed illa infantia statim
et iuncta cuius etas ferunt. Augurii
opus suum facta uobis sensus meritas
aut ferunt quod facilius ob repentes mortis
subito inte nocte latet. Infante in se
pueri a quamquam pueri tuus libertas nunc
nes senex abstulit. iuventuta ipsis
nes senex complectis damna sunt. Querens
tu comparatis damna fuit filium quam tuum mihi
carnia. non ta diu filium quod tuum mihi
sse quam potuisse. Vidisti et sentis audi magis
illi expedire. nam illi hac morte eo
fultum sit. quia in uenire hoc potestis
vos ta bu ponte sunt et fundate ut
uich illi predonti ipe succedi sit.

labitur hodie ac fluunt. neque ipsa ps
uite tue tam obnoxia ac tenerum
quam que maxime placent quod felicissimis
optanda mors est. quia in tanta magistratura
tua quod rex si quod praeteriit illum est. Et ipse
recepit illud filium tuum pulcerrimum
tamquam et summa pudor eius tedia.
inter luxurie urbis detectos confirmatio
potuisse ita morbos evadere ut
ad senectute illesum perveniret fortune
dederit. Cogita ac mille labores
in eius tanta in gloria quales in adolescentia
spe sua fecerat usque in senectute pre
tulerunt. Sed in vincta plerisque sit aut
fera. certe quam scheduler luxu in inquit
tangit de hoc statu speciosa fuit spiritu
a. in propria uetere quam perpetuo summa
quam illis turpissimum fuit quod cernit quam bi
berit. Addite in modica ruinas nau
fragia laterato nos quam meditatio
ssa nimis legerim et talibus in misteria
magis demittetur et nos simplice
dolore pudenda tuntur. post hec
exulem non fuit in vitiosior filius tuus
quam vitius certe non fuit. sapientior
quam servatis solutione voluere sui
sinistra pertis non fuit sanctior. Certo in
to. Cum ista propositis suis opportune in
hys agi quam a vita. quod illos hic ma
nebit vite stipendium sito in intuitu
recipit. Recte tam fallax quam vita
hu a mich tam in studio sui. Non me
hercle cuique illa accepisse nisi dare
in suis. Itaque felicissimum et non nasci.
Precipue puto tibi te defectos mag-
is integre respiste. Pone id tempus quo
acerbissimum sceleri pro suis clienti
suo cito studio conquirendo dedit. Gra-
seba illi ex unum et alteri libertatis dein-
de quod tante fere non poterat scelera
i duces magis ne in penis quodlibet se de
serviebat illi statua in proprio
theatro ponenda quod secum tesari
regiabat. Relaguit eadem ut
ne theatrum pure. quod quia non rumpet
super tunes. Et in papam gestum pela
tur et in memoriam maxime imperatoris
consortium pesidum militie conservare
et senescit et actiuum tunes quo
pelle ut sibi unum in superetos omnibus
sceleratos haberet. Sanctum hodie pasce
bat cum labia et homines illum impia
tam incipiunt quod facere si nunc velis
sceleri iugandi erit si morte.

filia uxoris inexorabilis constituit filiam
fallere. Usus itaque balneo et quo plurimum
ponderet in cubiculum se quasi gustaturus contulit
et dimissis pueris quedam per fenestram ut videretur
edisse proiecit. cena deinde quasi iam satis
in cubiculo edisset abstinuit. Altero quoque die
et tertio idem fecit. quarto ipsa infirmitate
corporis faciebat indicium. complexus itaque
te. Karissima inquit filia et hoc unum tota
celata vita iter mortis ingressus sum et iam
medium fere teneo. revocare me nec
debes nec potes. Atque ita iussit lumen omne
precludi et se in tenebris condidit.
Cognito consilio eius publica voluptas erat
quod e faucibus avidissimorum luporum educeretur
preda. accusatores Seiano auctore
adeunt consulum tribunalia queruntur mori
Cordum ut interpellarent quod coegerant
adeo illis Cordus videbatur effugere.
Magna res erat in questione an mortis ius
perderent. dum deliberatur dum accusatores
iterum adeunt ille se absolverat. Videsne
Marcia quanta iniquorum temporum vis
ex inopinato ingruat. Fles quod alicui
tuorum mori necesse fuit. pene non licuit.
Preter hoc quod omne futurum incertum est et ad
deteriora certius facillimum ad superos
iter est animis cito ab humana conversatione
dimissis. minimum enim fecis et ponderis traxerunt
antequam obdurescerent et altius terrena
conciperent liberati leviores ad originem suam
revolant et facilius quicquid est illud obso-
leti illitique eluunt. Nec umquam magnis inge-
niis cara in corpore mora est. exire atque erum-
pere gestiunt egre has angustias fe-
runt. vagi per omne sublimes et ex alto
assueti humana despicere. Inde est quod Plato
clamat sapientis animum totum in mortem pro-
minere. hoc velle hoc meditari hac semper
cupidine ferri in exteriora tendentem.
Quid tu Marcia cum videres senilem
in iuvene prudentiam victorem omnium vo-
luptatum animum emendatum carentem vi-
tio. divitias sine avaricia. honores sine
ambitione. voluptates sine luxuria appe-
tentem. diu tibi putabas illum sospitem
posse contingere. Quicquid ad summum pervenit
ad exitum prope est. eripit se aufertque
ex oculis perfecta virtus nec ultimum tempus
expectant que in primo maturuerunt. Ignis quo
clarius fulsit citius extinguitur. vivacior
est qui cum lenta difficili que materia commissus
fumoque demersus ex sordido lucet.
eadem enim detinet causa que maligne
alit. Sic ingenia quo illustriora breviora

sunt. Nam ubi incremento locus non est vicinus
occasus est. Fabianus ait id quod nostri
quoque parentes videre puerum Rome fuisse
statura ingentis viri. sed hic cito decessit
et moriturum brevi nemo prudens non
dixit. Non poterat enim ad illam etatem per-
venire quam preceperat. Ita est indicium im-
minentis exitii maturitas et appetit finis
ubi incrementa consumpta sunt. Incipe virtu-
tibus illum non annis estimare. satis diu
vixit. pupillus relictus sub tutorum cura
usque ad quartum decimum annum fuit sub matris
tutela semper. Cum haberet suos penates
relinquere tuos noluit. adolescens sta-
tura pulchritudine certo corporis robore
castris natus militiam recusavit ne
a te discederet. Computa Marcia quam
raro liberos videant que in diversis domibus
habitant. cogita tot illos annos perire
matribus et per sollicitudinem exigi
quibus filios in exercitu habent. scies multum
patuisse hoc tempus ex quo nichil perdidisti.
Numquam e conspectu tuo recessit. sub oculis
tuis studia formavit excellentis inge-
nii et equaturi avum nisi obstitisset vere-
cundia que multorum profectus silentio pressit.
Adolescens rarissime forme in tam
magna feminarum turba viros corrumpentium
nullius se spei prebuit et cum quarundam
usque ad temptandum pervenisset improbitas
erubuit quasi peccasset quod placuerat.
Hac sanctitate morum effecit ut puer admodum
dignus sacerdotio videretur materna sine du-
bio suffragatione. sed ne ~~mater~~ mater quidem
nisi pro bono candidato valuisset. Harum
contemplatione virtutum filium gere quasi in si-
nu. ille magis tibi vacat. nunc nichil habet
quo avocetur numquam tibi sollicitudini
numquam erit merori. Quod unum ex tam bono
filio poteras dolere doluisti. Cetera
exempta casibus plena voluptatis sunt si modo
uti filio scis. si modo quid in illo pre-
tiosissimum fuerit intelligis. Imago dum-
taxat filii tui periit et effigies
non simillima. ipse quidem eternus meliorisque
nunc status est despoliatus oneribus
alienis et sibi relictus. Hec que vides ossa
circumvoluta nervis et obductam cutem
vultumque et ministras manus et cetera quibus
involuti sumus vincula animorum tenebre
que sunt. obruitur his animus effocatur in-
ficitur arcetur a veris et suis et in falsa
coniectus. omne illi cum hac carne grave cer-
tamen est ne abstrahatur et sidat. nititur
illo unde dimissus est. ibi illum eterna requies
manet et confusis crassisque pura et liquida visentem

Proinde non est quod ad sepulcrum filii tui curras. pessima eius et ipsi molestissima istic iacent ossa cineresque non magis illius partes quam vestes aliaque tegimenta corporum. integer ille nichilque in terris relinquens sui fugit et totus excessit paulumque supra nos commoratus dum expurgatur et inherentia vitia situmque omnis mortalis evi excutit. Deinde ad excelsa sublatus inter felices currit animas. excepit illum cetus sacer. Scipiones Catonesque interque contemptores vite et munere liberos parens tuus Marcia. ille nepotem suum quamquam illic omnibus omne cognatum est applicat sibi nova luce gaudentem et vicinorum siderum meatus docet. nec ex coniectura sed omnium ex vero peritus in arcana nature libens ducit. utque ignotarum urbium monstrator hospiti gratus est ita sciscitanti celestium causas domesticus interpres et in profunda terrarum permittit aciem. iuvat enim ex alto relicta respicere. Sic itaque Marcia te gere tamquam sub oculis patris filiique posita. non illorum quos noveras sed tanto excelsiorum et in summo locatorum. erubesce quicquam humile aut vulgare et mutatos in melius tuos flere. per eterna rerum libera et vasta spatia dimissos. non illos interfusa maria discludunt nec altitudo montium aut invie valles aut incertarum vada Syrtium. tramite omnia plana et ex facili mobiles et expediti et in vicem pervii sunt intermixtique sideribus. Puta itaque ex illa arce celesti patrem tuum Marcia cui tantum apud te auctoritatis erat quantum tibi apud filium tuum non illo ingenio quo civilia bella deflevit quo proscribentes in eternum ipse proscripsit sed tanto elatiore quanto est ipse sublimior dicere. Cur te filia tam longa tenet egritudo. cur in tanta veri ignorantia versaris ut inique actum iudices cum filio tuo quod in te domus statu integro ipse ad maiores recepit suos. Nescis quantis fortuna procellis disturbet omnia. quam nullis benigne facilem se prestiterit nisi qui minimum cum illa contraxerant. Reges ne tibi nominem felicissimos futuros si maturius illos mors instantibus subtraxisset malis. an Romanos duces quorum nichil magnitudini deerit si aliquid etati detraxeris. an nobilissimos viros clarissimosque ad ictum militaris gladii composita cervice formatos. Respice patrem atque avum tuum. ille in alieni percussoris venit arbitrium. ego nichil in me cuiquam permisi et cibo prohibitus ostendi tam magno me quam vivebam animo scripsisse. Cur in domo nostra diutissime lugetur qui felicissime moritur. Coimus omnes in unum videmusque non alta nocte circumdati. nil apud vos ut putatis optabile nil excelsum nil splendidum sed humilia cuncta et gravia et anxia et quotam partem luminis nostri cernentia. Dicam nulla hic arma mutuis furere concursibus nec classes classibus frangi nec parricidia aut fingi aut cogitari nec fora litibus strepere dies perpetuos. nichil in obscuro detectas mentes et aperta precordia et in publico medioque vitam et omnis evi prospectum venientiumque. Iuvabat unius me seculi facta componere in parte ultima mundi et inter paucissimos gesta. tot secula tot etatium contextum seriem quicquid annorum est licet inspicere. licet surrectura licet ruitura regna prospicere et magnarum urbium lapsus et maris novos cursus. Nam si tibi potest solacio esse desiderii tui commune fatum nichil quo stat loco stabit. omnia sternet abducetque secum vetustas. nec hominibus solum. quota enim ista fortuite potentie portio est. sed locis sed regionibus sed mundi partibus ludet et totos supprimet montes et alibi rupes in altum novas exprimet. maria sorbebit flumina avertet et commercio gentium rupto societatem generis humani cetumque dissolvet. Alibi ingentibus voraginibus subducet urbes terre motibus quatiet et ex infimo pestilentie halitus mittet et inundationibus quicquid habitatur obducet necabitque omne animal orbe submerso et ignibus vastis torrebit incendetque mortalia. et cum tempus advenerit quo se mundus renovaturus extinguat viribus ista se suis cedent et sidera sideribus incurrent et omni flagrante materia uno igne quicquid nunc ex disposito lucet ardebit. Nos quoque felices anime et eterna sortite cum deo visum est iterum ista moliri labentibus cunctis et ipse parva ruine ingentis accessio in antiqua elementa vertemur. Felicem filium tuum Marcia qui ista iam novit.

Expl. L. S. ad Marciam de consolatione filii sui liber explicat. Incipit liber eiusdem ad Helbiam matrem de consolatione sui

Sepe iam mater optima impetum cepi consolandi te, sepe continui. Ut auderem multa me impellebant: primum videbar depositurus omnia incommoda, cum lacrimas tuas, etsi supprimere non potuissem, interim certe abstersissem; deinde plus habiturum me auctoritatis non dubitabam ad excitandam te, si prior ipse consurrexissem. Preterea timebam ne a me victa fortuna aliquem meorum vinceret. Itaque utcumque conabar manum super plagam meam impositam ad obliganda vulnera vestra reptare. Hoc propositum meum erant rursus que retardabant. Dolori tuo dum recens seviret sciebam occurrendum non esse, ne illum ipsa solatia irritarent et accenderent; nam in morbis quoque nihil est perniciosius quam immatura medicina. Expectabam itaque dum ipse vires suas frangeret et ad sustinenda remedia mora mitigatus tangi se ac tractari pateretur. Preterea cum omnia clarissimorum ingeniorum monumenta ad compescendos moderandosque luctus composita evolverem, non inveniebam exemplum eius qui consolatus suos esset, cum ipse ab illis comploraretur; ita in re nova hesitabam verebarque ne hec non consolatio esset sed exulceratio. Quid quod novis verbis nec ex vulgari et cotidiana sumptis allocutione opus erat homini ad consolandos suos ex ipso rogo caput allevanti? Omnis autem magnitudo doloris modum excedentis necesse est dilectum verborum eripiat, cum sepe vocem quoque ipsam intercludat. Utcumque conitar, non fiducia ingenii, sed quia possum instar efficacissime consolationis esse ipse consolator. Cui nihil negares, huic hoc utique te non esse negaturam, licet omnis meror contumax sit, spero, ut desiderio tuo velis a me modum statui. Vide quantum de indulgentia tua promiserim mihi: potentiorem me futurum apud te non dubito quam dolorem tuum, quo nihil est apud miseros potentius. Itaque ne statim cum eo concurram, adero prius illi et quibus excitetur ingeram; omnia proferam et rescindam que iam obducta sunt. Dicet aliquis: quod hoc genus est consolandi, obliterata mala revocare et animum in omnium erumnarum suarum conspectu collocare vix unius patientem? Sed is cogitet quecumque usque eo perniciosa sunt ut contra remedium convaluerint, plerumque contrariis curari. Omnes itaque luctus illi suos, omnia lugubria admovebo: hoc erit non molli via mederi,

sed urere ac secare. Quid consequar? ut pudeat animum tot miseriarum victorem egre ferre unum vulnus in corpore tam cicatricoso. Fleant itaque diutius et gemant quorum delicatas mentes enervavit longa felicitas, et ad levissimarum iniuriarum motus collabantur: at quorum omnes anni per calamitates transierunt, gravissima quoque forti et immobili constantia perferant. Unum habet assidua infelicitas bonum, quod quos semper vexat novissime indurat. Nullam tibi fortuna vacationem dedit a gravissimis luctibus, ne natalem quidem tuum excepit: amisisti matrem statim nata, immo dum nasceris, et ad vitam quodammodo exposita es. Crevisti sub noverca, quam tu quidem omni obsequio et pietate, quanta vel in filia conspici potest, matrem fieri coegisti; nulli tamen non magno constitit etiam bona noverca. Avunculum indulgentissimum, optimum ac fortissimum virum, cum adventum eius expectares, amisisti; et ne sevitiam suam fortuna leviorem diducendo faceret, intra tricesimum diem carissimum virum, ex quo mater trium liberorum eras, extulisti. Lugenti tibi luctus nuntiatus est omnibus quidem absentibus liberis, quasi de industria in id tempus coniectis malis tuis ut nihil esset quo se dolor tuus reclinaret. Transeo tot pericula, tot metus, quos sine intervallo in te incursantes pertulisti: modo in eundem sinum ex quo tres nepotes emiseras ossa trium nepotum recepisti; intra vicesimum diem quam filium meum in manibus et in osculis tuis mortuum funeraveras, raptum me audisti: hoc adhuc defuerat tibi, lugere vivos. Gravissimum est ex omnibus que umquam in corpus tuum descenderunt recens vulnus, fateor; non summam cutem rupit, pectus et viscera ipsa divisit. Sed quemadmodum tirones leviter saucii tamen vociferantur et manus medicorum magis quam ferrum horrent, at veterani quamvis confossi patienter ac sine gemitu velut aliena corpora exsaniari patiuntur, ita tu nunc debes fortiter te prebere curationi. Lamentationes quidem et ululatus et alia per que fere muliebris dolor tumultuatur amove; perdidisti enim tot mala, si nondum misera esse didicisti. Et quid ego tecum egisse videor? Nihil tibi subduxi ex malis tuis sed omnia coacervata ante te posui. Magno id animo feci; constitui enim vincere dolorem tuum, non circumscribere. Vincam autem, puto, primum si ostendero

nichil me pati ut quod dici possim miser, nedum propter quod et miseros quos contingo faciam. Deinde si id te iussero et probavero, ne tuam quidem, que ex fortuna que tota ex mea pendet. Hoc prius aggrediar quod pietas tua audire gestit, nichil mali esse. Si potero, ipsas res quibus me putas premi non esse intollerabiles faciam manifestum; sin id credi non potuerit, at ego michi magis placebo quod inter eas res beatus ero que miseros solent facere. Non est quod de me aliis credas: ipse tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adiciam, quo securior sis, ne fieri quidem posse miserum. Bona conditione geniti sumus, si eam non deseruerimus. Id egit rerum natura ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset: unusquisque facere se beatum potest. Leve momentum in adventiciis rebus est et quod in neutram partem magnas vires habeat: nec secunda sapientem evehunt nec adversa demittunt; laboravit enim semper ut in se plurimum poneret, ut a se omne gaudium peteret. Quid ergo? sapientem me esse dico? Minime; nam id quidem si profiteri possem, non tantum negare miserum esse me sed omnium fortunatissimum et in vicinum deo perductum predicarem: nunc, quod satis est ad omnes miserias leniendas, sapientibus viris me dedi, et nondum in auxilium mei validus in aliena castra confugi, eorum scilicet qui facile se ac suos tuentur. Illi me iusserunt stare assidue et velut in presidio positum et omnes conatus fortune et omnes impetus prospicere multo antequam incurrant. Illis gravis est quibus est repentina; facile eam sustinet qui semper expectat. Nam et hostium adventus eos prosternit quos inopinantes occupavit; at qui futuro se bello ante bellum paraverunt compositi et aptati primum, qui tumultuosissimus est, ictum facile excipiunt. Numquam ego fortune credidi, etsi videretur pacem agere; omnia illa que in me indulgentissime conferebat, pecuniam honores gloriam, eo loco posui unde posset sine motu meo repetere. Intervallum inter illa et me magnum habui; itaque abstulit illa, non avulsit. Neminem adversa fortuna comminuit nisi quem secunda decepit. Ille qui munera eius velut sua et perpetua amaverunt, qui se suspici propter illa voluerunt, iacent et merent, cum vanos et pueriles animos, omnis solide voluptatis ignaros, falsa et mobilia oblectamenta destituunt; at ille qui se letis rebus non inflavit nec mutatis contraxit, adversus utrumque statum invictum animum tenet exploratе iam firmitatis; nam in ipsa felicitate quid contra infelicitatem valeret expertus est. Itaque ego in illis que omnes optant existimavi semper nichil veri boni inesse, tum inania et specioso ac deceptorio fuco circumlita inveni, intra nichil habentia fronti sue simile; nunc in hiis que mala vocantur nichil tam terribile ac durum invenio quam opinio vulgi minabatur. Verbum quidem ipsum persuasione quadam et consensu iam asperius ad aures venit et audientes tamquam triste et execrabile ferit; ita enim populus iussit, sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant. Remoto ergo iudicio plurium quos prima rerum species, utcumque credita est, aufert, videamus quid sit exilium. Nempe loci commutatio. Ne angustare videar vim eius et quicquid pessimum in se habet subtrahere, hanc commutationem loci sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus. Adversus ista postea confligam; interim primum illud intueri volo, quid acerbi afferat ipsa loci commutatio. Carere patria intollerabile est. Aspice agedum hanc frequentiam, cui vix urbis immense tecta sufficiunt: maxima pars istius turbe patria caret. Ex municipiis et coloniis suis, ex toto denique orbe terrarum confluxerunt. Alios adduxit ambitio, alios necessitas officii publici, alios imposita legatio, alios luxuria opportunum et opulentum viciis locum querens, alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula; quosdam traxit amicitia, quosdam industria laxam ostendende virtuti nacta materiam; quidam venalem formam attulerunt, quidam venalem eloquentiam — nullum non hominum genus concurrit in urbem et virtutibus et viciis magna precia ponentem. Iube istos omnes ad nomen citari et unde domo quisque sit quere: videbis maiorem partem esse que relictis sedibus suis venerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen suam. Deinde ab hac civitate discede, que veluti communis potest dici, omnes urbes circumi; nulla non magnam partem peregrine multitudinis

[marginal note: quod in neutram partem magnas vires [illegible]]

Deinde ab hac quasi communem

Transi ab his quarum amena positio
et oportunitas regionis plures allicit
ad deserta loca et asperrimas insulas. sci-
athum et seriphum et gyaram et corsicam
ptense. nullum invenies exilium in quo
non aliquis animi causa moretur. Quid tam nudum
inveniri potest, quid tam abruptum undique
quam hoc saxum? quid ad copiosam respici-
enti ieiunius? quid ad homines immansue-
tius? quid ad ipsum loci situm horridius?
quid ad celi naturam intemperatius? plures tamen
hic peregrini quam cives consistunt. usque eo
ergo commutacio ipsa locorum gravis non est
ut hic quoque locus a patria quosdam abdu-
xerit. Invenio qui dicant inesse natura-
lem quandam irritationem animis commutandi sedes
et transferendi domicilia. mobilis enim et
inquieta homini mens data est. numquam se
tenet, spargitur et cogitationes suas in omnia
nota atque ignota dimittit, vaga et
quietis impaciens et novitate rerum letissima.
Quod non miraberis si primam eius originem
aspexeris. non ex terreno et gravi concreta
corpore sed ex illo celesti spiritu descendit.
celestium autem natura semper in motu est, fugit et
velocissimo cursu agitur. Aspice sidera
mundum illustrancia. nullum eorum perstat,
labitur assidue et locum ex loco mutat,
et cum universo vertatur, in contrarium nichilominus
ipsi mundo refertur per omnia signorum partes
discurrit, numquam resistit. perpetua eius
agitacio et aliunde alio commigra-
tio est. Omnia volvuntur semper et in transitu
sunt ut lex et nature necessitas ordinavit
aliunde alio deferuntur. Cum per certa an-
norum spacia orbes suos
explicuerint iterum ibunt per que venerant.
I nunc et quam humanum ex eisdem quibus
divina constat seminibus compositum moleste
ferre transitum ac migrationem puta
cum dei natura assidua et citatissima
commutacione vel delectet se vel conservet.
A celestibus agedum te ad humana
converte. videbis gentes populosque universos
mutasse sedem. Quid sibi volunt
in mediis barbarorum regionibus grece
urbes? quid inter indos persasque ma-
cedonicus sermo? Scithia et totus ille
ferarum indomitarumque gentium tractus
civitates Achaye ponticis impositas
litoribus ostendat. Non perpetue hiemis
sevicia non hominum ingenia ad similitudinem
celi sui horrencia transferentibus domos
suas obstiterunt. Atheniensis in Asia
turba est. Miletus quinque et septuaginta

urbium populum in diversa effudit. totum
ytalie latus quod in fero mari alluitur
maior grecia fuit. Tuscos Asia sibi
vendicat. tyrii affricam incolunt, in
hyspaniam peni. greci se in galliam im-
miserunt, in greciam galli. pireneus germanorum
transitus non inhibuit. per invia per incognita
versavit se humana levitas. liberos
coniuges et graves senio parentes
traxerunt. Alii longo errore iactati
non iudicio elegerunt locum sed lassitudine
proximum occupaverunt. Alii armis sibi ius
in aliena terra fecerunt. quasdam gentes
cum ignota peterent mare hausit. quas-
dam ibi consedere ubi illas rerum omnium
inopia deposuit. Nec omnibus eadem causa
relinquendi querendique patriam fuit. Ali-
os excidia urbium suarum hostilibus
armis elapsos in aliena spoliatos
suis expulerunt. Alios domestica se-
dicio summovit. Alios nimia superfluentis
populi frequencia ad exonerandas vires
emisit. Alios pestilencia aut frequens
terrarum hiatus aut aliqua intoleranda
infelicis soli vicia eiecerunt. quosdam
fertilis ore et in maius laudate
fama corrupit. alios alia causa excivit
domibus suis. et illud utique manifestum
nichil eodem loco mansisse quo genitum
est. Assiduus humani generis discursus est.
cotidie aliquid in tam magno orbe mutatur.
Nova urbium fundamenta iaciuntur.
nova gentium nomina extinctis nominibus pri-
oribus aut in accessionem validioris conversis
oriuntur. Omnes autem iste populorum transporta-
tiones quid aliud quam publica exilia
sunt? Quid tam longo te circuitu traho?
Quid interest enumerare Antenorem pa-
tavii conditorem et Evandrum in ripa
tyberis regna archadum collocantem?
Quid dyomedem aliosque quos troy-
anum bellum victos simul victoresque per
alienas terras dissipavit. Romanum
imperium nempe auctorem exulem respicit
quem profugum capta patria exiguas re-
liquias trahentem necessitas et victoris
metus longinqua querentem in ytaliam
detulit. Hic deinde populus quot colonias
in omnem provinciam misit. ubicumque vicit
romanus habitat. Ad hanc commuta-
tionem locorum libentes nomina dabant et
relictis aris suis trans maria sequebatur
colonos senex. Res quidem non de-
siderat plurium enumerationem. unum tamen
adiciam quod in oculos se ingerit. Hec ipsa
insula sepe iam cultores mutavit.
Ut antiquiora que vetustas iam obduxit

translata phocide relicta greci qui nunc Massiliam incolunt prius in hac insula consederunt ex qua quid eos fugaverit incertum utrum celi gravitas an prepotentis Italie conspectus an natura importuosi maris. Nam in causa non fuisse feritatem accolarum eo apparet quod maxime tunc trucibus et inconditis Gallie populis se interposuerunt. Transierunt deinde Ligures in eam transierunt et Hispani quod ex similitudine ritus apparet. Eadem enim tegumenta capitum idemque genus calciamenti quod Cantabris est et verba quedam. Nam totus sermo conversatione Grecorum Ligurumque a patrio descivit. Deducte deinde sunt due civium Romanorum colonie altera a Mario altera a Silla. Totiens huius aridi et spinosi saxi mutatus est populus. Vix denique invenies ullam terram quam etiam nunc indigene colant. Permixta omnia et insiticia sunt. Alius alii successit hic concupivit quod illi fastidio fuit ille unde expulerat eiectus est. Ita fato placuit nullius rei eodem semper loco stare fortunam. Adversus ipsam commutationem locorum detractis ceteris incommodis que exilio adherent satis hoc remedii putat Varro doctissimus Romanorum quod quocumque venimus eadem rerum natura utendum est. M. Brutus satis hoc putat quod licet in exilium euntibus virtutes suas ferre secum. Hec et si quis singula parum iudicat efficacia ad consolandum exulem utraque in unum collata fatebitur plurimum posse. Quantulum enim est quod perdidimus. Duo que pulcherrima sunt quocumque nos moverimus sequentur natura communis et propria virtus. Id actum est mihi crede ab illo quisquis formator universi fuit sive ille deus est potens omnium sive incorporalis ratio ingentium operum artifex sive divinus spiritus per omnia maxima ac minima equali intentione diffusus sive fatum et immutabilis causarum inter se coherentium series. Id inquam actum est ut in alienum arbitrium nisi vilissima queque non caderent. Quicquid optimum homini est id extra humanam potentiam iacet nec dari nec eripi potest. Mundus hic quo nichil neque maius neque ornatius rerum natura genuit animus contemplator admiratorque mundi pars eius magnificentissima propria nobis et perpetua et tam diu nobiscum mansura quam diu ipsi manebimus.

Alacres itaque et erecti quocumque res tulerit intrepido gradu properemus. Emetiamur quascumque terras nullum inveniri exilium intra mundum potest. Nichil enim quod intra mundum est alienum homini est. Undecumque ex equo ad celum erigitur acies paribus intervallis omnia divina ab omnibus humanis distant. Proinde dum oculi mei ab illo spectaculo cuius insatiabiles sunt non abducantur dum mihi lunam solemque intueri liceat dum ceteris inherere sideribus dum ortus eorum occasusque et intervalla et causas investigare velocius meandi ut dum spectare tot per noctem stellas micantes et alias immobiles alias non in magnum spatium exeuntes sed intra suum se vestigium cursu agentes quasdam subito erumpentes quasdam igne fuso prestringentes aciem quasi decidant vel longo tractu cum luce multa pretervolantes. Dum cum his sim et celestibus qua homini fas est immiscear dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem in sublimi semper habeam quantum refert mea quid calcem. At non est hec terra frugiferarum aut letarum arborum ferax non magnis nec navigabilibus fluminum alveis irrigatur nichil gignit quod alie gentes petant vix ad tutelam incolentium fertilis non pretiosus hic lapis ceditur non auri argentique vene eruuntur. Angustus animus est quem terrena delectant ad illa adducendus est que ubique apparent ubique splendent. Et hoc cogitandum est ista veris bonis per falsa et prave credita obstare. Quo longiores porticus expedierint quo altius turres sustulerint quo latius vicos porrexerint quo depressius estivos specus foderint quo maiori mole fastigia cenationum subduxerint hoc plus erit quod illis celum abscondat. In eam te regionem casus eiecit in qua lautissimum receptaculum casa est. Ne tu pusilli animi es et sordide se consolantis si ideo id fortiter pateris quia Romuli casam nosti. Dic illud potius istud humile tugurium nempe virtutes recipit. Iam omnibus templis formosius erit cum illic iustitia conspecta fuerit cum continentia cum prudentia pietas et omnium officiorum recte dispensandorum

rum dominorum tyrannorumque sacra. Nullus an-
gustus est locus qui hanc tam magnarum
virtutum turbam capit. Nullum exilium grave
est in quod licet cum hoc ire comitatu. Bru-
tus in eo libro quem de virtute composuit
ait se Marcellum vidisse Mitilenis
exulantem et quantum modo natura hominis
pateretur beatissime viventem, nec umquam cu-
pidiorem bonarum artium quam illo tempore.
Itaque adicit visum sibi se magis in
exilium ire qui sine illo rediturus esset
quam illum in exilio relinqui. O fortuna-
tiorem Marcellum eo tempore quo exilium suum
Bruto approbavit quam quo rei publice consulatum.
Quantus vir ille fuit qui effecit ut aliquis
exul sibi videretur quod ab exule rece-
deret. Quantus vir ille fuit qui in admi-
rationem sui adduxit hominem etiam Catoni
suo mirandum. Idem Brutus ait C. Ce-
sarem Mitilenas pretervectum quia non
sustineret videre deformatum virum. Illi
quidem reditum impetravit senatus publicis
precibus tam sollicitus ac mestus ut omnes
isto die Bruti habere animum viderentur et
non pro Marcello sed pro se deprecari ne ex-
ules essent si sine illo fuissent. Sed
plus multo consecutus est quo die illum
exulem Brutus relinquere non potuit, Ce-
sar videre. Contigit enim illi testimonium
utriusque. Brutus sine Marcello reverti
se doluit, Cesar erubuit. Num dubi-
tas quin se ille Marcellus tantus vir sic
ad tollerandum equo animo exilium sepe
adhortatus sit: Quod patria cares non est
miserum; ita te disciplinis imbuisti ut
scires omnem locum sapienti viro patriam
esse. Quid porro? hic qui te expulit non-
ne ipse per annos decem continuos patria
caruit, propagandi sine dubio imperii causa,
sed nempe caruit. Nunc ecce illum trahit
ad se Affrica resurgentis belli minis
plena, trahit Hyspania que fractas et
afflictas partes refovet, trahit Egyptus
infida, totus denique orbis qui ad occasio-
nem concussi imperii intentus est. Cui primum rei
occurret? cui parti se opponet? Aget
illum per omnes terras victoria sua. Illum su-
spiciant et colant gentes, tu vive
Bruto miratore contentus. Bene ergo exilium
tulit Marcellus nec quicquam in animo eius
mutavit loci mutatio, quamvis eam pauper-
tas sequeretur, in qua nihil mali esse quisquis
modo nondum pervenit in insaniam omnia preci-
pitantis avaritie atque luxurie intelligit.

Bene ergo
Probat quod exilium non fuit sapienti nocivum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quantulum enim est quod in tutelam hominis ne-
cessarium sit? et quod breviter sufficiunt ullam modo
virtutem habenti. Quod ad me quidem pertinet,
intelligo me non opes sed occupationes
perdidisse. Corporis exigua desideria sunt:
frigus summoveri vult, alimentis famem
ac sitim extinguere; quidquid extra concupiscitur
vitiis non usibus laboratur. Non est necesse
omne perscrutari profundum nec strage anima-
lium ventrem onerare nec conchylia ultimi
maris ex ignoto litore eruere. Dii istos
deeque perdant quorum luxuria tam invidiosi
imperii fines transcendit. Ultra Phasim ca-
pi volunt quod ambitiosam popinam instru-
at, nec piget a Parthis a quibus penas
nondum repetivimus aves petere. Undique
convehunt omnia nota fastidienti gule;
quod dissolutus deliciis stomachus vix
admittit ab ultimo portatur oceano. [illegible]
Vomunt ut edant, edunt ut vomant,
et epulas quas toto orbe conquirunt
nec concoquere dignantur. Ista si quis despi-
cit, quid illi paupertas nocet? si quis concu-
piscit, illi paupertas etiam prodest; invitus
enim sanatur, et si remedia ne coactus
quidem recipit, interim certe dum non potest
nolenti similis est. C. Cesar Caligula quem mihi vide-
tur rerum natura edidisse ut ostenderet quid summa
vitia in summa fortuna possent, centies
sestertio cenavit uno die et in hoc omnium
adiutus ingenio vix tamen invenit quo-
modo trium provinciarum tributum una cena fieret.
O miserabiles quorum palatum nisi ad pretiosos
cibos non excitatur. Pretiosos autem non exi-
mius sapor et aliqua faucium dulcedo
sed raritas et difficultas parandi facit.
Alioquin si ad sanam illis mentem pla-
ceat reverti, quid opus est tot artibus ventri
servientibus? quid mercaturis? quid vastatione
silvarum? quid profundi perscrutatione? Passim
iacent alimenta que rerum natura omnibus locis
disposuit. Sed hec velut ceci transeunt
et omnes regiones pervagantur, maria
traiciunt et cum famem exiguo possint
sedare, magno irritant. Libet dicere: [illegible]
Quid deducitis naves? quid manus et ad-
versus homines et adversus feras armatis?
quo tanto tumultu discurritis? quid opes
opibus aggeritis? non vultis cogitare
quam parva vobis corpora sint? Nonne fu-
ror et ultimus mentium error est cum tam
exiguum capias cupere multum? Licet itaque
augeatis census, promoveatis fines, numquam
tamen corpora vestra laxabitis. Cum bene cesserit
negotiatio, multa militia rettulerit,
cum indagati undique cibi coierint, non
habebitis ubi istos apparatus vestros collocetis.

Curius tm̄ multa ꝯquisiuit. Sed maior eo
nisi sub stetat infelicior erat. qui sibi
manum para bat sua tibi. quibus tam m
bile erat quorum tecta uero auro ful
gebant. quorum templa uero gemmis intebant.
Itaque tunc p̄fictiles deos religiose iura
bant quos illos inuocauerant ad hoste mo
ri tum ne fallerent redibant. Sed magis
bñe inuenit dictator iste. qui samni
tum legatos audiret in uilissimo abaco in
foco ipe manum sua usare illa quam tam
sepe hoste p̄tulerat. laureas quas in ca
pitolium Iouis gremio reposuerat quam
ꝯpitius una incuria unxit quam in urbe
ex qua alii postea uiderunt corruptores in
uectult abire iussi sunt. Sicut populus
pfessus. disciplina sua satis infecit prop
exulum nosse ope pretium est. Cum sorciau
iuuenes in turma ... cum tot to
grania principum et ingentes capitalia
uectigal singulis comessationibus ex
orbuisset ere alieno oppressi. Nos fugas
tunc primum conatus imposuit. Sed satis
sibi sortitum uetules computat. et ue
lut in ultima fame metuus. Sed in sex
tio regnes uixisset ueneno uitam fini
uit. Ex uita luxuria erat tum regnes sor
tium egestas fuit in uno. et putari pe
rune modo aderat plurima non animi
sortitum regnes ad ꝯtinuit. et quod
alii uota petunt. ne non fugit. Illi uo
tu prauie fuerit homini ultima potio
saluberrima fuit. tunc uena edebat
bibebat quam tum in mensis eputat non dele
tare sunt sed glorie. tum uitta sua oste
taret cum suum te in luxuriam sua ꝯuerteret
sui iuuentutem aduentatam per sollen
tem rex sed mai ex lib pre docilem sed
cum dixit diuitias non ad tot reuocare
tibus. tunc enim sunt fuit ad meliores
ꝯsuetudines tunc in mensis et in ꝯpre
hensibile arbitrium et cupiditati aut
z sat ne ex sunt et prec. Illius ꝯ pau
pertas exulis memoratur sed illi ex tem
pore quum et quod non alendo homi
habitude fertilis sit. Non ueste at
domum desideratius et exuli. Sed quod
indulgentiam desiderabit neque tegu
ri de erit neque uelamine. Ergo ex
igne tecti corpus quod illud. Sic et ua
homini quod nec tum faciebat sunt oppo
sed desiderabat sita ter ua tes gebulo
pretium in luxuriam auro ua ... solo
uibus distinctas et artibus. Non fortune iste
uino sed suo paupere. ex si illi quod tum accept

restituet nech agres plus ei restitue
do de erit ex eo quod cupit quam ꝯuali
ex eo quod hunt. Sed desiderit amicis
fulgentes uasis supellectilem et anti
quius nouius artificium argentu nobile
eo pauco in sanna pretiosum et suorum
ꝯbarum quam opibus magnus domini ꝯtigu
stet muneros corpori differat ex
neta pinguedine et nationum omni la
pides. Iam cogitatu legem iniquam exple bit
me ex plebibus autem non magis quam illis
sufficiet huiusque ad situadus eum tum
desiderium non ex inopia sed ex copia cre
dentium iniquum erit. Non in plus illa
sed morbus est. ut hic in pecunia sunt aut
alimenti euelit. Eadem ua est in omni desi
derio quod non ex inopia sed exui
no nascat. Ergo quod illi ꝯgesseris
non finis erit cupiditatis sed gradus. Ergo
tenebit itaque se intra naturalem modum
paupertas non sentiet. qui naturalem modum
excedit. eum quod in summis opibus pau
pertas sequitur. Necessariis rebus et exilia
sufficiunt. superuacuis nec regna. Animus
est qui diuites facit. hic in exilia sequitur
et in sollicitudinibus asperrimis cum
spiritu suffit et oblectando corpori munerit
ipse bonis suis habundat et fruitur.
Pecunia uero ad animum pertinet non magis
quam ad deos in morales. Quid illa que
imperita ingenia et nimis corporibus
suis addicta suspiciunt lapides
aurum argentum et magni leuati quas
mensarum orbes. terrena sunt pondera
que non potest amare sincerus animus at
que sue memor. leuis ipe expers
et quandoque emissus fuit ad summa
emittitur. Interim quantum per moras
membrorum et hanc circumfusam grauem
sarcinam licet celeri et uolucri cogi
tatione diuina perlustrat. Ideo quoque nec
exulari umquam potest liber et deis cognatus
et omni mundo et omni euo par. Nam
cogitatio eius circa omne celum et in omne
preteritum futurumque tempus immittitur. Corpu
sone reduat . reddituus pisoni i uo
ce eius Ita mylith fortua reddiderit
inyecti 9 sepu deducunt 9 plexi alli
alterz cu mags gaudio castroz
quiltonetis . e ascendit tribunal
furens piso . et iubet duci utruq qz
et eu militem qui nec ardiderat et
eu qui uo pierat . Quid hoc indiguius
qz uug i uoces apparuerat duo
peribaut . Piso adiecit et tiu iaz
ipiq centurione qui damnatum redu
xerat duci put 9 stituti sunt i eodem lo
co pirud tres ab uuius i nocentiam
O qz sulocit z iracundia ad fugendas
causas furoris ee ingt duct iubeo qz
damnatus es . te qz ea damnatois
quilitoui fuisti . te qz iussus occi
dere imperatori uo paruisti excogitat
qz ideo tria crimina fuerit qz nullum i ue
uerat . hoc inqz iracundia habet mali
uo uult regi irasti ueritati ipi si 9
uoluutate sua apparuit . eu clamore
et eu tumultu et totius corporis iacta
noue quos destinauit insequitur ad
iectis qmutys maledictis qz . hec uo
facit ira . si si itaz elecus acta qz
totam deminos suditus tollet et fa
milias reipublice pestilentes cu qmys
bus ac liberis perdit . tecta ipa diruit
et solo exequat et i nomen libertati
uoia exstirpat . hec uo fremebus ut
taput essauis . ut quis mdecoz
inoti faciens ingt tuc plarido ina
xie cc soh et i stata multis cu ma
gua puniat . Quid opus z inquit
Ieronimus cu uelis a tardo aliquem
tua prius labra mordere . Quid si ille
uidisset de siliente de tribunali p
9 sulez et fasces lictori auferentem
et sua uestimenta scindentem qz tar
dius scinderentur aliena . Quid opus
z mensam euertere . Quid pocula affli
gere . Quid se i columnas impingere .
Quid capillos sibi auellere . femur pectus
qz prcutere . estimaz iram putas . qz qz
alium uo tam cito qz uult erumpit
i se reuitur teneri itaqz a proximis
est rogari ut ipi sibi placari . Quoz
nil facit quisquis uacatus ira mon
cia eunqz pena i ingit . Quidni illic

sepe eidem tamen peccato ... despexit si prudenti spem bonam pollicere si intelligit non ex alta nequitia sed summa quod aiunt cute inherere dabit impunitatem nec accipientibus nocituram nec dantibus. Nonnumquam magna scelera levius quam minora compescit si illa lapsu non crudelitate commissa sunt, hec habent in se latentem et opertam veteratam calliditatem. idem delictum in duobus non eodem afficiet malo si alter per neglegentiam admisit alter curavit ut nocens esset. hoc semper in omni animadversione servabit ut sciat alteram adhiberi ut emendet malos alteram ut tollat. in utroque non preterita sed futura intuebitur. Nam ut Plato ait Nemo prudens punit quia peccatum est sed ne peccetur. revocari enim preterita non possunt futura prohibentur. et quos volet nequitie male cedentis exempla fieri palam occidet non tantum ut pereant ipsi sed ut alios pereundo deterreant. Hec cui expendenda et estimanda sunt vides quam debeat omni perturbatione liber accedere ad rem summa diligentia tractandam potestatem vite necisque. male irato ferrum committitur. Ne illud quidem iudicandum est aliquid iram ad magnitudinem animi conferre. Non est illa magnitudo tumor est, nec corporibus copia viciosi humoris intentis morbus incrementum est sed pestilens habundantia. Omnes quos vecors animus supra cogitationes extollit humanas altum quippe et sublime spirare se credunt. ceterum nil solidi subest sed in ruinam prona sunt que sine fundamentis crevere. non habet ira cui insistat non ex firmo mansuroque oritur sed ventosa et inanis est. tantum quod abest a magnitudine animi quantum a fortitudine audacia a fiducia insolentia ab austeritate tristitia a severitate crudelitas. multum inquam interest inter sublimem animum et superbum. Iracundia nichil amplum decorumque molitur. contra mihi videtur veternosi et infelicis animi imbecillitatis sibi conscii sepe indolescere ut exulcerata et egra corpora que ad tactus levissimos gemunt. ita ira muliebre maxime ac puerile vitium est. at incidit et in viros. nam viris quoque puerilia ac muliebria ingenia sunt. quid ergo non aliquando voces ab iratis emittuntur que magno emisse videantur animo vera ignorantibus magnitudinem qualis illa dira et abhominanda oderint dum metuant. Sillano scias seculo scriptam. Nescio utrum sibi peius optaverit ut odio esset an ut timori. oderint occurrit illi futurum ut execrentur insidientur opprimant.

ex quo adiecit dii illi malefaciant aut adeo repperit dignum odio remedium. oderint quid dum pareant non. dum probent non. quid ergo dum timeant. sic nec amari quidem vellem. hoc dictum spiritu putas. falleris nec enim magnitudo ista est sed immanitas. Non est quod credas irascentium verbis quorum strepitus magni minaces sunt intus mens pavidissima. Nec est quod existimes verum esse quod apud disertissimum virum Livium dicitur vir ingenii magni magis quam boni. non potest illud separari aut et bonum erit aut nec magnum quia magnitudinem animi inconcussam intelligo et introrsum solidam et ab ymo parem firmamque qualis inesse malis ingeniis non potest. terribilia enim esse et tumultuosa et exitiosa possunt. magnitudinem quidem cuius firmamentum robur quod bonitas est non habebunt. ceterum sermone conatu et omni extra paratu facient fidem magnitudinis. eloquentur aliquid quod tu magnum putes. sicut C. Cesar qui iratus celo quod obstreperet pantomimis quos imitabatur studiosius quam spectabat quodque commessatio sua fulminibus terreretur prorsus parum certis ad pugnam vocavit Iovem et quidem sine missione Homericum illum exclamans versum HMANA pene t Ghece. Quanta dementia fuit. putavit aut sibi noceri ne ab Iove quidem posse aut se nocere etiam Iovi posse. non puto parum momenti hanc eius vocem ad incitandas coniuratorum mentes addidisse. ultime enim patientie visum est eum ferre qui Iovem non ferret. Nichil ergo in ira ne cum videtur quidem vehemens et deos homines quoque despiciens magnum nichil nobile est. aut si videtur alicui magnum animum ira producere videatur et luxuria ebore sustineri vult purpura vestiri auro tegi terras transferre maria concludere flumina precipitare nemora suspendere. videatur et avaritia magni animi acervis auri argentique incubat et provinciarum nominibus agros colit et sub singulis vilicis latiores habet fines quam quos consules sortiebantur. Videatur et libido magni animi transnatat freta puerorum greges castrat sub gladium mariti venit morte contempta. videatur et ambitio magni animi non est contenta honoribus annuis si fieri potest uno nomine occupare fastus vult per omnem orbem

titulos disponere omnia ista non refert in quantum procedat extendatque se languida sunt misera depressa sola sublimis et excelsa virtus est nec quicquam magnum est nisi quod simul placidum.

Liber secundus de ira ad eundem

[scilicet Novatum]

Primus liber Novate benigniorem habuit materiam facilis enim in proclivia vitiorum decursus est. Nunc ad exiliora veniendum est. Querimus enim ira utrum iudicio an impetu incipiat id est utrum sua sponte moveatur an quemadmodum pleraque que intra nos non insciis nobis oriuntur. Debet autem in hec se demittere disputatio ut ad illa quoque altiora possit exsurgere. Nam et in corpore nostro ossa nervique et articuli firmamenta totius et vitalia minime speciosa visu prius ordinantur. Deinde hec ex quibus omnis in faciem aspectumque decor est. Post hec omnia qui maxime oculos rapit color ultimus perfecto iam corpore affunditur. Iram quin species oblate iniurie moveat non est dubium. Sed utrum speciem ipsam statim sequatur et non accedente animo excurrat an illo assentiente moveatur querimus. Nobis placet nihil illam per se audere sed animo approbante. Nam speciem capere accepte iniurie et ultionem eius concupiscere et utrumque coniungere nec ledi se debuisse et vindicari debere non est eius impetus qui sine voluntate nostra concitatur. Ille simplex est hic compositus et plura continens. Intellexit aliquid indignatus est dampnavit ulciscitur. Hec non possunt fieri nisi animus eis quibus tangebatur assensus est. Quorsus inquis hec questio pertinet? Ut sciamus quid sit ira. Nam si invitis nobis nascitur numquam rationi succumbet. Omnes enim motus qui non voluntate nostra fiunt invicti et inevitabiles sunt ut horror frigida aspersis ad quosdam tactus aspernatio ad peiores nuntios surrigunt pili et rubor ad improba verba suffunditur. Sequitur que utique precipitia cernentes vertigo que quia in nostra potestate non sunt nulla quominus fiant ratio persuadet. Ira preceptis fugatur. Est enim voluntarium animi vitium non ex his que condicione quadam humane sortis eveniunt ideo que etiam sapientissimis accidunt inter que et primus ille ictus animi ponendus est qui nos post opinionem iniurie movet. Hic subit etiam inter ludicra scene spectacula et lectiones rerum vetustarum. Sepe Clodio Ciceronem expellenti et Antonio occidenti videmur irasci. Quis non contra Marii arma contra Sille proscriptionem concitatur? Quis non Theodoto et Achille et ipsi puero non puerile auso facinus infestus est? Cantus nos nonnumquam et citata modulatio instigat Martius quoque ille tubarum sonus movet mentem et atrox pictura et iustissimorum suppliciorum tristis aspectus. Inde est quod arridemus ridentibus et contristat nos turba merentium et effervescimus ad aliena certamina. Que non sunt ire non magis quam tristitia est que ad conspectum mimici naufragii contrahit frontem non magis quam timor qui Hanibale post Cannas menia circumsidente lectorum percurrit animos. Sed omnia ista motus sunt animorum moveri nolentium nec affectus sunt sed principia proludentia affectibus. Sic enim militaris viri in media pace iam togati aures tuba suscitat equosque castrenses erigit crepitus armorum. Alexandrum aiunt Xenofanto canente manum ad arma misisse. Nichil ex his que animum fortuito impellunt affectus vocari debet. Ista ut ita dicam patitur magis animus quam facit. Ergo affectus est non ad oblatas rerum species moveri sed permittere se illis et hunc fortuitum motum prosequi. Nam si quis pallorem et lacrimas procidentes et irritationem humoris obsceni altumve suspirium et oculos subito acriores aut quid his simile indicium affectus animique signum putat fallitur nec intelligit corporis hos esse pulsus. Itaque et fortissimus plerumque vir dum armatur expalluit et signo pugne dato ferocissimo militi paulum genua tremuerunt et magno imperatori antequam inter se acies arietarent cor exsiluit et oratori eloquentissimo dum ad dicendum componitur summa riguerunt. Ira non moveri tantum debet sed excurrere. Est enim impetus. Numquam autem impetus sine assensu mentis est. Neque enim fieri potest ut de ultione et pena agatur animo nesciente. Putavit se aliquis lesum voluit ulcisci dissuadente aliqua causa statim resedit. Hanc iram non voco motum animi rationi parentem. Illa est ira que rationem transsilit que secum rapit. Ergo prima illa agitatio animi quam species iniurie incussit non magis ira est quam ipsa iniurie species. Ille sequens impetus qui speciem iniurie non tantum accepit sed approbavit

Ex Mo[illegible]

Hic Seneca adstruit iram procedere ex intellectu unde queritur utrum ira moveatur in nobis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potest dividi in [illegible] partes [illegible] [illegible] ex iudicio animi an solo impetu moveatur [illegible] animi [illegible] [illegible] [illegible] condicione humane sortis eveniunt ita etiam sapientissimis accidunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gaudet [illegible] [illegible] crudelitatibus [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] suffragia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] reprobat

Virtus autem

[illegible] probat [illegible] quidem [illegible] iram [illegible] superata [illegible] honestis [illegible] inquit ut [illegible] turpibus [illegible]

Ira est agitatio animi ad ultionem voluntate et iudicio pergentis. Nunquam dubium est quin timorem fuga, iram impetus sequatur. Inde ergo an putes aliquid sine assensu mentis vel peti posse vel caveri. Et ut scias quemadmodum incipiant affectus aut crescant aut efferantur, est primus motus non voluntarius, quasi preparatio affectus et quedam comminatio; alter est cum voluntate non contumaci, tanquam oporteat me vindicari cum lesus sim, aut oporteat hunc penas dare cum scelus fecerit; tertius iam impotens, qui non si oportet ulcisci vult sed utique, qui rationem evicit. Primum illum animi ictum effugere ratione non possumus, sicut ne illa quidem que diximus accidere corporibus, ne nos oscitatio aliena sollicitet, ne oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest ratio vincere, consuetudo fortasse et observatio assidua extenuat. Alter ille motus qui iudicio nascitur iudicio tollitur.

Illud etiam nunc querendum est, hii qui vulgo seviunt et sanguine humano gaudent, an irascantur cum eos occidunt a quibus nec acceperunt iniuriam nec accepisse ipsos existimant: qualis fuit Apollodorus aut Phalaris. Hoc non est ira, feritas est. Non enim quia accepit iniuriam nocet, sed parata est dum noceat velle accipere, nec illi verbera lacerationesque in ultionem petuntur sed in voluntatem. Quid ergo? Origo huius mali ab ira est, que ubi frequenti exercitatione et satietate in oblivionem clementie venit et omne fedus humanum eiecit animo, novissime in crudelitatem transit. Rident itaque gaudentque et voluptate multa perfruuntur plurimumque ab iratorum vultu absunt, per otium sevi. Hanibalem aiunt dixisse, cum fossam sanguine humano plenam vidisset: O formosum spectaculum! Quanto pulchrius illi visum esset si flumen aliquod lacumque complesset! Quid mirum si hoc maxime spectaculo caperis, innatus sanguini et ab infante cedibus admotus? Sequetur te fortuna crudelitati tue per xx annos secunda dabitque oculis tuis gratum ubique spectaculum. Videbis istud et circa Trasymenum et circa Cannas et novissime circa Carthaginem tuam. Volesus nuper sub divo Augusto proconsul Asie, cum trecentos uno die securi percussisset, incedens inter cadavera vultu superbo quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, grece proclamavit: O rem regiam! Quid igitur hic fecisset? Non fuit ira sed maius malum et insanabile.

Virtus autem ut honestis rebus propicia est ita turpibus irata esse debet. Quid si dicat virtutem et humilem et magnam esse debere? At qui hoc dicit, qui illam extolli vult et deprimi, quia leticia ob recte factum clara magnificaque est, ira ob alienum peccatum sordida et angusti pectoris est. Nec unquam committet virtus ut vicia dum compescit imitetur. Ipsam iram castigandam habet, que nichilo est melior, sepe etiam peior hiis delictis quibus irascitur. Gaudere letarique proprium et naturale virtutis est; irasci non est ex dignitate eius, non magis quam merere. Atqui iracundie et tristicia comes est, et in hanc omnis ira vel post penitentiam vel post repulsam revolvitur. Et si sapientis est peccatis irasci, magis irascetur maioribus et sepe irascetur. Sequitur ut non tantum iratus sit sapiens sed iracundus. Atqui si nec magnam iram nec frequentem in animo sapientis locum habere credimus, quid est quare non ex toto illum hoc affectu liberemus? Modus enim esse non potest si pro facto cuiusque irascendum est. Nam aut iniquus erit si equaliter irascetur delictis inequalibus, aut iracundissimus si totiens excanduerit quotiens iram scelera meruerint. Et quid indignius quam sapientis affectum ex aliena pendere nequicia? Desinet ille Socrates posse eundem vultum domum referre quem domo extulerat. Atqui si irasci sapiens turpiter factis debet et concitari contristarique ob scelera, nichil est erumnosius sapiente: omnis illi per iracundiam meroremque vita transibit. Quod enim momentum erit quo non improbanda videat? Quotiens processerit domo, per sceleratos illi avarosque et prodigos et impudentes et ob ista felices incedendum erit. Nusquam oculi eius flectentur ut non quod indignentur inveniant. Deficiet si totiens a se iram quotiens causa poscet exegerit. Hec tot milia ad forum prima luce properantia, quam turpes lites, quanto turpiores advocatos consciscunt! Alius venit delator eius criminis cuius manifestior reus est, et iudex damnaturus que fecit eligitur, et corona pro mala causa bona patroni voce corrupta. Quid singula persequar? Cum videris forum multitudine refertum et septa concursu omnis frequentie plena

[illegible]

Ca^m II^m

et illud castrum in quo maxime sunt pretium
plus custodit. Hic scito istis tantum
et mores hominum. Vivit istos quas
togatas videres nulla pax est. Alter in
alterius exitium levi compendio ducitur.
Nulli nisi ex alterius damno quaestus est.
felicem oderunt, infelicem contemnunt; maio
rem gravantur, minori graves sunt; diversis
stimulantur cupiditatibus; omnia perdita ob levem
voluptatem praedamque cupiunt. Non alia
quam in ludo gladiatorio vita est cum isdem
viventium pugnantiumque. Ferarum iste con
ventus est, nisi quod illae inter se placidae sunt
morsuque similium abstinent, hi mu
tua laceratione satiantur. Hoc uno ab
animalibus differt quod illa mansuescunt
alentibus. Horum rabies ipsos a quibus
est ~~mutata~~ nutrita depascit. Numquam
irasci desinet. Sed si sapiens coeperit
omnia sceleribus ac vitiis plena sunt;
plus committitur quam quod possit coercitione
sanari. Certatur ingenti quodam nequi
tiae certamine. Maior cotidie peccandi
cupiditas, minor verecundia est; expul
so melioris aequiorisque respectu, quocumque
visum est libido se impingit, nec fur
tiva iam scelera sunt: praeter oculos eunt.
Adeo quod in publicum missa nequitia est
et in omnium pectoribus evaluit ut in
nocentia non rara sed nulla sit. Numquid
enim singuli aut pauci rupere legem?
Undique velut signo dato ad fas
nefasque miscendum coorti sunt. Non hospes
ab hospite tutus, non socer a ge
nero; fratrum quoque gratia rara est. Imminet
exitio vir coniugis, illa mariti. Lu
rida terribiles miscent aconita novercae;
filius ante diem patrios inquirit in
annos. Et quota ista pars scelerum est!
Non descripsit castra ex una parte contraria
et parentium liberorumque sacramentum
diversum, subiectam patriae civis manu
flammam et agmina infestorum
equitum ad conquirendas proscriptorum latebras
circumvolitantia et violatos fontes
venenis et pestilentiam manu factam
et praeductam obsessis parentibus fossam
plenos carceres et incendia totas
urbes concremantia. dominationesque
funestas et regnorum publicorumque
exitiorum clandestina consilia. et pro gloria
habita quae quamdiu opprimi possunt scelera sunt
raptus ac stupra et ne os quidem
libidini exceptum. Adde nunc publica
periuria gentium et rupta foedera et
praedam validioris quidquid non resiste
bat adductum, circumscriptiones, furta

fraudes infitiationes quibus trina non
sufficiunt fora. Si tantum irasci vis sapien
tem quantum scelerum indignitas exigit,
non irascendum illi sed insaniendum est.
Illud potius cogitabis non esse irascendum
erroribus. Quid enim si quis irascatur in
tenebris parum vestigia certa ponentibus?
Quid si quis surdis imperia non ex
audientibus? quid si pueris quod neglecto
dispectu officiorum ad lusus et ineptos
aequalium iocos spectent? Quid si illis ira
sci velis qui aegrotant senescunt fa
tigantur? Inter cetera mortalitatis incommoda
et haec est caligo mentium nec tantum necessitas
errandi sed errorum amor. Ne singulis
irascaris, universis ignoscendum est. Ge
neri humano venia tribuenda est. Si
irasceris iuvenibus senibusque quod peccant,
irascere infantibus quod peccaturi sunt. Num
quis irascitur pueris quorum aetas non
dum novit rerum discrimina? Maior
excusatio et iustior hominem esse quam
puerum. Hac condicione nati sumus
animalia obnoxia non paucioribus animi
quam corporis morbis, non quidem obtu
sa nec tarda sed acumine nostro male
utentia, alter alteri vitiorum exempla. Quisquis
sequitur priores male iter ingressos,
quidni habeat excusationem cum publica
~~via~~ via erraverit. In singulos se
veritas imperatoris distringitur, at ne
cessaria venia est ubi totus deseruit
exercitus. Quid tollit iram sapientis? turba
peccantium. Intellegit quam et iniquum
sit et periculosum irasci publico vitio.
Heraclitus quotiens prodierat et tantum circa
se male viventium, immo male pereun
tium viderat, flebat, miserebatur omnium
qui sibi laeti felicesque occurrebant,
miti animo sed nimis imbecillo, et ipse
inter deplorandos erat. Democritum
contra aiunt numquam sine risu in publico fu
isse; adeo nihil illi videbatur serium eorum
quae serio gerebantur. Ubi istic irae
locus est? aut ridenda omnia aut flenda
sunt. Non irascetur sapiens peccantibus.
Quare? Quia scit neminem nasci sapientem
sed fieri, scit paucissimos omni aevo sa
pientes evadere, quia condicionem humanae
vitae perspectam habet. Nemo autem naturae sanus
irascitur. Quid enim si mirari velit
non in silvestribus dumis poma pendere?
quid si miretur spineta sentesque non
utili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur
ubi vitium natura defendit. Placidus

itaque sapiens et equus erroribus non est hostis sed corrector peccantium hoc cottidie procedit animo: Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi avari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia ista tam propitius aspiciet quam aegros suos medicus. Numquid ille cuius navigium multam undique laxatis compagibus aquam trahit, nautis ipsique navigio irascitur? Occurrit potius et aliam excludit undam, aliam egerit, manifesta foramina praecludit, latentibus et ex occulto sentinam ducentibus labori continuo resistit, nec ideo intermittit, quia quantum exhaustum est subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua et fecunda, non ut desinant sed ne vincant.

Utilis est, inquit, ira, quia contemptum effugit, quia malos terret. Primum ira si quantum minatur valet, ideo odiosa est quia terribilis; periculosius autem est timeri quam despici. Si vero sine viribus est, magis exposita contemptui est et derisum non effugit; quid enim est tam frigidum quam ira in supervacuum tumultuans? Deinde non ideo quaedam quia sunt terribiliora potiora sunt, nec hoc sapienti dici velim: quod ferae, sapientis quoque telum est, timeri. Quid? Non timetur febris, podagra, ulcus malum? Numquid ideo quicquam in istis boni est? At contra omnia despecta foeda turpia ipso quo timentur sunt; sic per se deformis est et minime metuenda, at timetur a pluribus sicut deformis persona ab infantibus. Quid quod semper in auctores redundat timor, nec quisquam metuitur ipse securus? Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille versus, qui medio civili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter convertit quam si missa esset vox publici adfectus: Necesse est multos timeat quem multi timent. Ita natura constituit ut quicquid alieno metu magnum est a suo non vacet. Leonum quam pavida sunt ad levissimos sonos pectora! Acerrimas feras umbra et vox et odor insolitus exagitat: quicquid terret et trepidat. Non est ergo quare concupiscat quisquam sapiens timeri, nec ideo iram magnum quiddam putet quia formidini est, quoniam quidem etiam contemptissima timentur, ut venena et ossa mortifera et morsus. Nec mirum est, cum maximos ferarum greges linea pinnis distincta contineat et in insidias agat ab ipso affectu dicta formido. Vanis enim vana terrori sunt. Curriculi motus rotarumque versata facies leones redegit in caveam, elephantos porcina vox terret. Sic itaque ira metuitur quomodo umbra ab infantibus, a feris rubens pinna. Non ipsa in se quicquam habet firmum et forte, sed vanos animos movet.

Nequitia, inquit, de rerum natura tollenda est, si velis iram tollere; neutrum autem potest fieri. Primum potest aliquis non algere, quamvis ex rerum natura hiems sit, et non aestuare, quamvis menses aestivi sint: aut loci beneficio adversus intemperiem anni tutus est, aut patientia corporis sensum utriusque pervicit. Deinde verte istud: necesse est prius virtutem ex animo tollas quam iracundiam recipias, quoniam cum virtutibus vitia non coeunt, nec magis quisquam eodem tempore et iratus potest esse et vir bonus quam aeger et sanus. Non potest, inquit, omnis ex animo ira tolli, nec hoc hominis natura patitur. Atqui nihil est tam difficile et arduum quod non humana mens vincat et in familiaritatem perducat assidua meditatio, nullique sunt tam feri et sui iuris affectus ut non disciplina perdomentur. Quodcumque sibi imperavit animus obtinuit. Quidam ne umquam riderent consecuti sunt; vino quidam, alii venere, quidam omni umore interdixere corporibus; alius contentus brevi somno vigiliam indefatigabilem extendit; didicerunt tenuissimis et adversis funibus currere et ingentia vixque humanis viribus tolerabilia onera portare et in immensam altitudinem mergi ac sine ulla respirandi vice perpeti maria. Mille sunt alia in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit ostenditque nihil esse difficile cuius sibi ipsa mens patientiam indiceret. Istis quos paulo ante rettuli aut nulla tam pertinacis studii aut non digna merces fuit (quid enim magnificum consequitur ille qui meditatus est per intentos funes ire, qui sarcinae ingenti cervices supponere, qui somno non summittere oculos, qui penetrare in imum mare?) et tamen ad finem operis non magno auctoramento labor pervenit. Nos non advocabimus patientiam, quos tantum praemium expectat, felicis animi immota tranquillitas? Quantum est effugere maximum malum, iram, et cum illa rabiem, saevitiam, crudelitatem, furorem.

Non est, inquit,

Hic ponit 2am excusationem [illegible] quia est inevitabilis ut [illegible] non potest [illegible] hominis natura [illegible] [illegible] difficile [illegible] non vincat [illegible] [illegible]

[Margin, left column: notes beginning "Hic ponit [illegible] excusationem ... quia ... timeri quam despici ..." — largely illegible]

[Margin: "vide de [illegible]"]

[Margin, right column: "non tolli"]

alios quam comites eius affectus ... Illa quoque patrocinium nobis ... dicentes aut utile ... aut inevitabile. Cui enim tandem vitio advocatus defuit? Non est quod dicas excidi non posse: sanabilibus egrotamus malis, ipsaque nos in rectum genitos natura, si emendari velimus, iuvat. Nec, ut quibusdam visum est, ardua in virtutes et aspera via est: plano adeuntur. Non vanae vobis auctor rei venio. Facilis est ad beatam vitam via: inite modo bonis auspiciis ipsisque diis bene iuvantibus. Multo difficilius est facere ista que facitis. Quid est animi quiete ociosius, quid ira laboriosius? quid clementia remissius, quid crudelitate negociosius? Vacat pudicicia, libido occupatissima est. Omnium denique virtutum tutela facilis est, vitia magno coluntur. Debet ira removeri: hoc ex parte fatentur etiam qui dicunt esse minuendam. Tota dimittatur, nichil profutura est. Sine illa facilius rectiusque scelera tollentur, mali punientur et transducentur in melius. Omnia que debet sapiens sine ullius male rei ministerio efficiet nichilque admiscebit cuius modum sollicitus observet. Numquam itaque iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt, sicut tarde consurgentes ad cursum equos admotis calcaribus facibusque subditis excitamus. Aliquando incutiendus est his metus apud quos ratio non proficit. Irasci quidem non magis utile est quam merere, quam metuere. Quid ergo? non incidunt cause que iram lacessant? Sed tunc maxime illi opponende manus sunt. Nec est difficile vincere animum, cum athlete quoque in vilissima sui parte occupati tamen ictus doloresque patiantur ut vires cedentis exhauriant, nec cum ira suadet feriunt sed cum occasio. Pirrum maximum preceptorem certaminis gimnici solitum aiunt his quos exercebat precipere ne irascerentur; ira enim perturbat artem et qua noceat tantum aspicit. Sepe itaque ratio pacientiam suadet, ira vindictam, et qui primis defungi malis potuimus in maiora devolvimur. Quosdam unius verbi contumelia non equo animo lata in exilium proiecit, et qui levem iniuriam silentio ferre noluerant gravissimis malis obruti sunt, indignatique aliquid ex plenissima libertate deminui servile in se attraxerunt iugum. Ut scias, inquit, iram habere in se generosi aliquid, liberas videbis gentes que iracundissime sunt, ut Germanos et Scithas. Quod evenit quia fortia solidaque natura ingenia, antequam disciplina molliantur, prona in iram sunt. Nam ut quedam non nisi melioribus innascuntur ingeniis, sicut valida arbusta et leta quamvis neglecta tellus creat et alta fecundi soli silva est, itaque et animi natura fortes iracundiam ferunt nichilque tenue et exile capiunt ignea et fervida, sed imperfectus illis vigor est ut omnibus que sine arte ipsius tantum nature bono exurgunt; nisique cito domita sunt, que fortitudini apta erant audacie temeritatique consuescunt. Quid? Non mitioribus animis vitia leniora coniuncta sunt, ut misericordia et amor et verecundia? Itaque sepe tibi bonam indolem malis quoque suis ostendam, sed non ideo non vitia sunt, si nature melioris indicia sunt. Deinde omnes iste feritate libere gentes leonum luporumque ritu ut servire non possunt, ita nec imperare; non enim humani vim ingenii, sed feri et intractabilis habent; nemo autem regere potest nisi qui et regi. Fere itaque imperia penes eos fuere populos qui mitiore celo utuntur; in frigora septemtrionemque vergentibus immansueta ingenia sunt, ut ait poeta, suoque simillima celo. Animalia, inquit, generosissima habentur quibus multum inest ire. Errat qui ea in exemplum hominis adducit quibus pro ratione est impetus; homini pro impetu ratio est. Sed ne illis quidem omnibus idem prodest: iracundia leones adiuvat, pavor cervos, accipitrem impetus, columbam fuga. Quid quod ne illud quidem verum est optima animalia esse iracundissima? Feras putem quibus ex raptu alimenta sunt meliores quo iratiores; pacientiam laudaverim boum et equorum frenos sequentium. Quid est autem cur hominem ad tam infelicia exempla revoces, cum habeas mundum deumque, quem ex omnibus animalibus ut solus imitetur solus intelligit? Simplicissimi, inquit, omnium habentur iracundi. Fraudulentis enim et versutis comparantur et simplices videntur quia expositi sunt. Quos quidem non simplices dixerim sed incautos: stultis luxuriosis nepotibusque hoc nomen imponimus et omnibus vitiis parum callidis. Orator, inquit, iratus aliquando melior est. Immo imitatus iratum; nam et histriones in pronunciando non irati populum movent sed iratum bene agentes; et apud iudices itaque et in contione et ubicumque alieni animi ad nostrum arbitrium agendi sunt, modo iram, modo metum, modo misericordiam ut aliis incutiamus ipsi simulabimus, et sepe id quod veri affectus non effecissent effecit imitatio affectuum. Languidus, inquit, animus est qui ira caret. Verum est, si nichil habet ira valentius. Nec latronem oportet

Cap. vii

hic pot[est] i[n]m[itti] a d[octrina] q[uia] i[am] / 2[o] p[ost] adhibet i[n]m[itti] a q[ui] / ea valet q[uia] i[am] p[rae]d[i]cant 2 p[ost] d[e] co[m]mutatione / q[uia] alii et i[n] scriptis ca[usa] 2 h[oc] etia[m] / vi[de] in l[ibr]o iiii 2 ca[pitu]l[o] / et seq[ue]ntib[us]

u[er]o p[ro]donis ut mitorde ut i[n]ud[e]le[m]
Illius nimis cibis mollis. hu[ius] i[n]
du[m] [est] temp[er]ata su[n]t su[m]ptis et ad res
fortis agendas [illegible] s[ecundu]m vi[m] adhibeat
Cetera q[ue] de ira q[ue]r[u]nt tractam[us]. [Q]u[a]
tenda[m] ad remedia eius duo at
ut opinor su[n]t. n[e]c madam[us] i[n] ira[m]
et ne i[n] ira p[er]cellam[ur] ut i[n] corpore
una alia defe[n]de[n]da vagitudine alia
deprimenda p[re]cepta su[n]t ita al[ia] 2[o]
ira[m] debem[us] repellere ali[a] [com]p[es]c[er]e
ut utriu[sque] q[uo]d ad vni[uersa]s [illegible]
p[er]tine[n]tia p[re]cipie[n]t[u]r ea i[n] educatio[n]e et
in sc[ri]ptura ipa diuide[n]t[ur]. Educatio
maxima diligentia plurimu[m] p[ro]
futura desiderat. facile [est] e[ni]m teneros
adh[uc] a[n]i[m]os [com]pone[re] difficult[er] re
cidu[n]t uitia q[ue] nob[is]cu[m] creue[re]. O
portunissima ad iracundia[m] fer[u]i
di a[n]i[m]i na[tur]a [est]. Na[m] cu[m] ele[men]ta sint
quat[u]or ignis aqua aer et t[er]ra p[ar]
tes pares h[ui]us su[n]t. fe[r]vida frigi
da arida atq[ue] humida. et locor[um] ita
q[ue] et a[n]i[m]aliu[m] corpor[um] et mor[um] vari
etates mixtura ele[men]tor[um] faciunt. et
p[ro]p[ter] [hoc] aliqua[s] mag[is] in c[on]tinui
i[n]ge[n]ia p[ro]ut alicui[us] ele[men]ti vigor
[ue]l ha[b]u[n]dat. Inde quasda[m] humi
das uocam[us] aridas regiones
et frigidas et calidas. Eade[m] a[n]i
ma[lium] h[omin]u[m]q[ue] ~~[illegible]~~ discrimina
su[n]t. Refert q[ui]d q[ue]m[que] humidi [ue]l
calidi [con]tineat. cui[us] i[n] illo ele[men]ti
portio p[re]ualebit i[n]de mores erunt.
Iracundos feruida a[n]i[m]i natura facit.
Est e[ni]m actuosa et p[er]tinax. ignis fri
gide mixtura timidos facit. pigru[m]
[est] e[ni]m [con]tractu[m]q[ue] frigus. Volu[n]t q[ui]da[m] [ex]
n[ost]ris ira[m] i[n] pectore moueri. effer
uescente circa cor sanguine. Ca[usa] cur
h[uic] potissime assignet[ur] locus non
alia [est] q[uam] q[uod] i[n] toto corpore calidissim[um]
pectus [est]. Quib[us] humidi pl[us] in[est]
eor[um] paulati[m] crescit ira q[uia] no[n] [est]
p[ar]atu[m] illis calor s[ed] motu acquirit[ur].
Itaq[ue] puer[oru]m femi[na]r[um]q[ue] ire acri[ores]
mag[is] q[uam] g[ra]ues su[n]t leuiores q[ue] du[m]
incipiu[n]t. Siccioribus etatib[us] ue
heme[n]s robusta q[ue] [est] ira s[ed] si[ne] incremento
no[n] mu[l]tu[m] sibi adiciens q[uia] i[n]clina
turu[m] calore[m] frigus i[n]sequit[ur]. senes di
ficiles et querul[i] su[n]t. ut egri et
co[n]ualescentes et quor[um] a[u]t lassitudi
ne a[u]t detractio[n]e sa[n]guinis exhau
stus [est] calor. In ea[dem] ca[usa] su[n]t siti fa
meq[ue] rabidi et quib[us] exa[n]gue corpus
[est] maligneq[ue] alit[ur] et deficit. Vinu[m]
incendit iras. q[uia] calore[m] auget.
pro i[n]genio q[ui]sq[ue] u[e]l o[mn]ib[us] d[ebe]t ebrii effer-

uescunt q[ui]b[us]da[m] sa[n]i. Neq[ue] ulla
alia ca[usa] [est] cur iracundissimi sint flaui
rubentesq[ue] q[ui]b[us] talis na[tur]a calor
[est] q[ua]lis fieri ceteris inter ira[m] solet.
mobilis e[ni]m illis agitatusq[ue] sa[n]guis
[est]. Sed q[ue]madmodu[m] na[tur]a q[ui]sda[m] p[ro]cliues
faci[un]t i[n] ira[m]. Ita multe incidu[n]t
ca[usa]e q[uae] id[em] possi[n]t q[uod] na[tur]a. alios
morb[us] a[ut] i[n]iuria corpor[um] i[n] h[oc] p[er]
duxit. alios labor. [et] [con]tinua
p[er]uigilia noctesq[ue] sollicite et
desideria amoresq[ue]. q[ui]cq[ui]d aliud
a[ut] corpori nocuit a[ut] a[n]i[m]o egru[m] i[n] cor[um]
i[n] q[ue]relas parat. s[ed] o[mn]ia ista ini
tia ca[usa]eq[ue] su[n]t. Plurimu[m] pot[est]
[con]suetudo q[uae] si grauis [est] alit uitiu[m].
Natura[m] q[ui]de[m] mutare difficile [est]
nec licet semel mixta nasce[n]tiu[m] ele[men]ta
[con]u[er]tere. S[ed] i[n] h[oc] nosse p[ro]fuit. ut ca
le[n]tib[us] i[n]geniis subtrahes vinu[m]
q[uo]d pueris negandu[m] plato putat. et
igne[m] vetat igne incitari. Ne cibis
q[ui]dem i[m]plendi su[n]t. Distende[n]t[ur]
e[ni]m corpora et a[n]i[m]i cu[m] corpore tumescent.
Labor illos citra lassitudine[m] ex
erceat ut minuat[ur] non ut [con]sumat[ur]
calor nimiu[m]q[ue] ille feruor despumet.
Lusus q[uo]q[ue] p[ro]derit. modica e[ni]m uo
luptas laxat a[n]i[m]os et tep[er]at. hu
midioribus siccioribus[que] et frigidis
no[n] [est] ab ira periculu[m] s[ed] maiora ui
tia metue[n]da su[n]t. pauor diffi
cultas et desperatio et suspitiones.
Molliend[a] itaq[ue] fouendaq[ue] talia
i[n]genia et i[n] leticia[m] euoca[n]da
su[n]t. et q[ui]a aliis [con]tra ira[m] aliis [con]
tra tristicia[m] remediis ute[n]du[m] [est]. nec
dissimilib[us] tantu[m] ista s[ed] [con]trariis cure[n]
da su[n]t. Semp[er] ei occurrem[us] q[uo]d increu[er]it.
Plurimu[m] i[n]q[ua]m p[ro]derit pueros statim
salubrit[er] institui. difficile a[utem] re
gimen [est] q[uia] dare debem[us] opera[m]
ne a[ut] ira[m] i[n] illis nutriam[us] a[ut] i[n]do
lem retundam[us] diligentiori obs[er]ua
tione res indiget. Vtru[m]q[ue] e[ni]m et q[uo]d
extollend[um] et q[uo]d deprime[n]d[um] [est] similib[us]
alit[ur]. facile a[utem] et si attende[n]t[ur] s[i]mi[li]a
decipiu[n]t. Crescit licentia sp[irit]us s[er]ui
tute minuit[ur]. assurgit si laudat[ur]
et i[n] sp[ec]e sui bona[m] educit[ur]. s[ed] eade[m]
ista insolentia[m] et iracundia[m] gen[er]a[n]t.
Sic itaq[ue] inter utru[m]q[ue] regend[us] [est]
ut mo[do] frenis utam[ur] mo[do] stimulis.
Nihil h[umi]le. nihil s[er]uile patiat[ur]. Nu[m]
q[uam] illi sit nec[ess]e rogare suppliciter
nec p[ro]sit rogasse. potius ca[usa]e sue et
p[ri]orib[us] f[a]c[t]is et bonis i[n] futuru[m]
p[ro]missis donet[ur]. In c[er]ta[m]inib[us] eq[ua]liu[m] n[ec]

mi et illud pariatur uel irasci. denique opera ut familiaris sit hys cum quibus contendere solet ut in certamine assuescat nec vincere velle nec irasci. Quotiens superauerit et dignum aliquid laude fecerit attolli non gestire patiamur. Gaudium enim exultationem tumorem et nimia existimacio sui sequitur. Dabimus aliquid laxamenti in desidiam vero non resolvemus et procul a contactu deliciarum retinebimus. Nichil magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda. Ideo unicis quo plus indulgetur pupillisque quo plus licet corruptior animus est. Non resistet offensis cui nichil unquam negatum est cuius lacrimas sollicita semper mater abstersit cui de pedagogo satisfactum est. Non vides ut maiorem quamque fortunam maior ira comitetur. et in diuitibus et nobilibus et magistratibus precipue apparet cum quicquid leue et inane in animo erat secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiam nutrit ubi aures superbas assentatorum turba circumstetit. Tibi enim ille respondeat non pro fastigio te tuo metiris ipse te proicis et aliis quibus vix sanitas et ab initio bene fundata mens restitisset. longe itaque ab assentatione pueritia remouenda est. audiat verum et timeat interim vereatur semper maioribus assurgat. nichil per iracundiam exoret. Quod flenti negatum fuit quieto offeratur et diuitias parentum in conspectu habeat non in usu. Exprobrentur illi perperam facta. pertinebit ad rem preceptores pedagogosque pueris placidos dari. proximis applicatur omne quod tenerum est et in eorum similitudinem crescit. nutricum et pedagogorum retulere mox adolescentium mores. Apud Platonem educatus puer cum ad parentes relatus vociferantem uideret patrem nunquam inquit hoc apud Platonem vidi. non dubito quin citius patrem imitatus sit quam Platonem. Tenuis ante omnia victus et non pretiosa vestis et similis cultus cum equalibus. non irascetur aliquem sibi comparari quem ab initio multis parem feceris. Sed hec ad liberos nostros pertinent. In nobis quidem sors nascendi et educatio nec vitii locum nec iam precepti habet. Sequentia ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus. Causa autem iracundie opinio iniurie est cui non facile credendum est. nec apertis quidem manifestisque statim accedendum. Quedam enim falsa veri speciem ferunt. dandum semper est tempus. veritatem dies aperit. Ne sit aures

Sed hec ad liberos.

Hic dat adiutorium remedium iracundie de iniuria [illegible] eo valeat diligere quia ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

criminantibus faciles hoc humane nature vitium suspectum notumque nobis sit quod quod inuiti audimus libenter credimus et antequam iudicemus irascimur. Quid quod non criminationibus tantum sed suspicionibus impellimur et ex vultu risuque alieno peiora interpretati innocentibus irascimur. Itaque agenda est contra se causa absentis et in suspenso ira retinenda. Potest enim pena dilata exigi non potest exacta reuocari. Notus est ille tyrannicida qui imperfecto opere comprehensus et ab Hippia tortus ut conscios indicaret circumstantes amicos tyranni nominauit quibus maxime caram salutem eius sciebat. Et cum ille singulos ut nominati erant occidi iussisset interrogauit ecquis superesset. Tu inquit solus. neminem enim alium cui carus esses reliqui. Effecit ira ut tyrannus tyrannicide manus accommodaret et presidia sua gladio suo cederet. Quanto animosius Alexander qui cum legisset epistolam matris qua admonebatur ut a veneno Philippi medici caveret acceptam potionem non deterritus bibit. plus sibi de amico suo credidit. dignus fuit qui innocentem haberet. dignus qui faceret. Hoc eo magis in Alexandro laudo quia nemo tam obnoxius ire fuit. quo rarior autem moderatio in regibus hoc laudanda magis est. Fecit hoc et Gaius Cesar ille qui victoria ciuili clementissime usus est. Cum scrinia deprehendisset epistolarum ad Gnaeum Pompeium missarum ab hiis qui videbantur aut in diuersis aut in neutris fuisse partibus combussit. Quamuis moderate solebat irasci maluit tamen non posse. gratissimum putauit genus venie nescire quid quisque peccasset. Plurimum mali credulitas facit. Sepe ne audiendum quidem est quoniam in quibusdam rebus satius est decipi quam diffidere. Tollenda ex animo suspicio et coniectura fallacissima irritamenta. Ille me parum humane salutauit. ille osculo meo non adhesit. ille inchoatum sermonem cito abrupit. ille ad cenam non vocauit. illius vultus auersior visus est. Non deerit suspicioni argumentum. simplicitate opus est et benigna rerum estimatione. Nichil nisi quod in oculos incurret manifestumque erit credamus et quotiens suspicio nostra vana apparuerit obiurgemus credulitatem. Hec enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi. Inde et illud sequitur ut minimis sordidissimisque

Ex iugo a tirannicide

non optimum consilium
sed facile credendi

rebus non ex arbitrio paratis agitatus quia puer
ne tepidior aqua potanda aut turbatus
thorus aut mensa negligentius posita ad
ista concitari insania est. Eger et felicis
valitudinis est quem levis aura contra-
xit. Affecti oculi quos candida vestis per-
turbat. Dissolutus deliciis cuius latus alieno
labore condoluit. Mindiriden aiunt fui-
sse ex civitate Sibaritarum qui cum fodientem
ac diffodientem et altius rastrum ad levandum lassum
se fieri questus vetuit illud opus
in conspectu suo facere. Idem bilem habere se sepius
questus est quod sub foliis rose duplicatis in-
cubuisset. Ubi animum simul et corpus volu-
ptates corrupere nichil tollerabile videtur
non quia dura sed quia mollis patitur.
Quid enim est cur tussis alicuius aut ster-
nutamentum aut musca parum curiose fu-
gata in rabiem agat aut obversatus canis
aut clavis negligentis servi manibus
elapsa. Feret iste equo animo civile
convicium et ingesta in contione curiave
maledicta cuius aures tracti subsellii
stridor offendit. Perpetietur hic famem
et estive expeditionis sitim qui puero
male diluenti nivem irascitur. Nulla
itaque res magis iracundiam alit quam
luxuria intemperans et impatiens. Dure
tractandus animus est ut ictum non sentiat
nisi gravem. Irascimur aut hiis a quibus
ne accipere potuimus iniuriam aut hiis a
quibus accipere iniuriam potuimus. Ex prioribus
quedam sine sensu sunt ut liber quem minutio-
ribus litteris scriptum sepe proiecimus et
mendosum laceravimus, ut vestimenta
que quia displicebant scidimus. Hiis
irasci quam stultum est que iram nostram nec me-
ruerunt nec sentiunt. Sed offendunt nos
videlicet qui illa fecerunt. Primum sepe ante-
quam hoc apud nos distinguamus irascimur.
Deinde fortasse ipsi quoque artifices
excusationes iustas afferent. Alius
non potuit facere quam fecit nec ad tuam
contumeliam parum didicit. Alius non in
hoc ut te offenderet fecit. Ad ulti-
mum quid est dementius quam bilem in homines
collectam in res effundere. Atqui in hiis
irasci dementis est que anima carent sic
mutis animalibus que nullam iniuriam faci-
unt consilio enim perfecta non est nisi quod voluit
nocere itaque nobis possunt ut ferrum aut lapis iniuriam quidem fa-
cere non possunt. Atqui contemni se quidam
putant ubi idem equi obsequentes alteri
equiti alteri contumaces sunt tamquam iudicio
non consuetudine et arte tractandi quedam
quibusdam subiectiora sint. Atqui ut

hiis irasci stultum est ita pueris et
non multum a puerorum prudentia di-
stantibus. Omnia enim peccata ista apud equum
iudicem pro innocentia habent imprudentiam.
Quedam sunt que nocere non possunt nullamque
vim nisi beneficam et salutarem habent ut dii
immortales qui nec volunt obesse nec possunt. Natura enim illis
mitis et placida est tam longe remo-
ta ab aliena iniuria quam a sua. Demen-
tes itaque et ignari veritatis illis
imputant sevitiam maris, immoderatos
imbres, pertinaciam hyemis cum in-
terim nichil horum que nobis nocent pro-
suntque ad nos proprie dirigatur.
Non enim nos causa mundo sumus hye-
mem estatemque referendi. Suas ista
leges habent quibus divina exercen-
tur. Nimis nos suspicimus si digni
nobis videmur propter quos tanta mo-
veantur. Nichil ergo horum in nostram iniuriam
fit immo contra nichil non ad salutem.
Quedam esse diximus que nocere non
possunt, quedam que nolunt. In hiis
erunt boni magistratus parentesque
et preceptores et iudices quorum
castigatio sic accipienda est quomodo
scalpellum et abstinentia et alia
que profutura torquent. Affecti sumus
pena. Succurrat non tantum quid patiamur
sed quid fecerimus. In consilium de vita
nostra mittamur. Si verum ipsi nobis
dicere voluerimus pluris litem nostram
extimabimus. Si volumus equi omnium
rerum iudices esse hoc primum nobis
persuadeamus neminem nostrum esse
sine culpa. Hinc enim maxima indigna-
tio oritur nichil peccavi et nichil feci.
Immo nichil fateris. Indignamur aliqua
admonitione aut cohercitione nos
castigatos in illo ipso tempore pecca-
mus quod adicimus malefactis arrogantiam
et contumaciam. Quis est iste qui
se profitetur omnibus legibus innocentem?
Ut hoc ita sit quam angusta inno-
centia est ad legem bonum esse. Quanto
latius officiorum patet quam iuris re-
gula. Quam multa pietas humanitas
liberalitas iustitia fides exi-
gunt que extra publicas tabulas sunt.
Sed ne ad illam quidem artissimam
innocentie formulam prestare nos
possumus. Alia fecimus, alia cogi-
tavimus, alia optavimus, aliis favimus.
In quibusdam innocentes sumus quia non
successit. Hoc cogitantes equiores
simus delinquentibus, credamus ob-

iurgantibus. Itaque nobis ne irascamur

Exemplum

Bilis est sedes ire ut patet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fellis

quomodo accipienda sit castigatio magistrorum parentum preceptorum iudicum

incertitudinibus. itaque nobis ne irascamur in[...] si non nobis quam minime dubium illo in illorum sub lege moriendi vel pertinui quemcumque in animo ridi accedat: alii morbi dolores quam inimicum utique aliquo fugiendi se domicilium putare fortis. Dicere quis male de te locutus cogita an prior feceris, cogita de quam multis loquaris. Cogitemus inquam alios non facere iniuriam sed reponere, alios pro nobis facere. Alios ignorantes nec eos qui volentes faciunt quam sentiunt. ex in iniuria vero non ipsam iniuriam petere cum dulcedine urbanitatis prolapsus est, cum fecit aliud non ut nobis obesset sed quia ipse consequi non poterat nisi nos repulisset. Saepe adulatio dum blanditur offendit. Quisquis ad se retulerit quotiens ipse in suspicionem falsam inciderit, quam multis officiis fortuna speciem iniuriae induerit, quam multos post odium amare coeperit, poterit non statim irasci, utique si sibi tacitus ad singula quibus offenditur dixerit: Hoc quam multis non uxorem concupivit et satis iustum ius putat clamare quod aliena est. Idem uxorem suam aspici non vult et fidei acerrimus exactor est perfidus et mendacia persequitur ipse periurus et litem sibi inferri aegerrime calumniator patitur. Pudicitiam servulorum suorum attemptari non vult qui non pepercit suae. Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt. Inde est quod tempestiva filii convivia pater deterior filio castigat et nihil alienae luxuriae ignoscit qui nihil suae negavit, et homicidae tyrannus irascitur et punit furta sacrilegus. Magna pars hominum est quae non peccatis irascitur sed peccantibus. Faciet nos moderatiores respectus nostri, si consuluerimus nos: numquid et ipsi aliquid tale commisimus? numquid sic erravimus? expedit ne nobis ista damnare? Maximum remedium irae mora est: hoc ab illa pete initio, non ut ignoscat, sed ut iudicet. Desinet si exspectat. Nec universam illam temptaveris tollere: graves habet impetus primos; tota vincetur dum partibus carpitur. Ex his quae nos offendunt alia renuntiantur nobis, alia ipsi audimus aut videmus. De his quae narrata sunt non debemus cito credere: multi mentiuntur ut decipiant, multi quia decepti sunt. Alius criminatione gratiam captat et fingit iniuriam ut videatur doluisse factam. Est aliquis malignus et qui amicitias cohaerentes diducere velit; est suspicax et qui spectare ludos cupiat et

ex longinquo tuto quos speculetur quos collidit. De parvula summa iudicaturus res sine teste non probaretur, testis sine iureiurando non valeret, utrique parti dares actionem, dares tempus, non semel audires: magis enim veritas elucet quo saepius ad manum venit. Amicum condemnas de praesentibus? antequam audias, antequam interroges, antequam illi aut accusatorem suum nosse liceat aut crimen, irasceris? Iam enim, iam utrimque quid diceretur audisti? Hic ipse qui ad te detulit desinet dicere si probare debuerit. Non est inquit quod me protrahas: ego productus negabo; alioqui nihil umquam tibi dicam. Eodem tempore et instigat et ipse se certamini pugnaeque subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult paene non dicit. Quid est iniquius quam secreto credere, palam irasci? Quorundam ipsi testes sumus: in his naturam excutiemus voluntatemque facientium: puer est: aetati donetur, nescit an peccet; pater est: aut tantum profuit ut illi etiam iniuriae ius sit, aut fortasse ipsum hoc meritum eius est quo offendimur; mulier est: errat; iussus est: necessitati quis nisi iniquus suscenset? laesus est: non est iniuria pati quod prior feceris. Iudex est: plus credas illius sententiae quam tuae. Rex est: si nocentem punit, cede iustitiae, si innocentem, cede fortunae. Mutum animal est aut simile muto: imitaris illud si irasceris. Morbus est aut calamitas: levius transiliet sustinentem. Deus est: tam perdis operam cum illi irasceris quam cum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est qui iniuriam fecit: noli credere; malus: noli mirari; dabit poenas alteri quas debet tibi, et iam sibi dedit qui peccavit. Duo sunt, ut dixi, quae iracundiam concitant: primum, si iniuriam videmur accepisse: ~~[illegible]~~ satis dictum est; deinde, si inique accepisse: de hoc dicendum est. Iniqua quaedam iudicant homines quia pati non debuerint, quaedam quia non speraverint. Indigna putamus quae inopinata sunt; itaque maxime commovent quae contra spem exspectationemque evenerunt, nec aliud est quare in domesticis minima offendant, in amicis iniuriam vocemus neglegentiam. Quomodo ergo, inquit, inimicorum nos iniuriae movent? quia non exspectavimus illas aut certe non tantas. Hoc efficit amor nostri nimius: inviolatos nos etiam inimicis iudicamus esse debere; regis quisque intra se animum habet ut licentiam sibi dari velit

[illegible]

ipse nolit aut ignorantia itaque nos aut insolentia iracundos facit. Ignorantia rerum quid enim mirum est malos mala facinora reddere quid novi est si inimicus nocet amicus offendit filius labitur servus peccat. Turpissimam aiebat Fabius imperatori excusationem esse non putavi ego turpissimam homini puto. Omnia puta expecta etiam in bonis moribus aliquid existet asperius. Fert humana natura insidiosos animos fert ingratos fert cupidos fert impios. Cum de moribus unius iudicabis de publicis cogita. Ubi maxime gaudebis maxime metues. Ubi tranquilla tibi omnia videntur ibi nocitura non desunt sed quiescunt. Semper futurum aliquid quod te offendat existima. Gubernator numquam ita totos sinus securus explicuit ut non expedite ad contrahendum armamenta disponeret. Illud ante omnia cogita foedam esse et execrabilem vim nocendi et alienissimam homini cuius beneficio etiam sera mansuescunt. Aspice elephantorum iugo colla summissa et taurorum pueris ac feminis persultantibus terga impune calcata et repentes inter pocula sinusque innoxio lapsu dracones et intra domum ursos leonesque ora placida tractantibus adulantesque dominum feras pudebit cum animalibus permutasse mores. Nefas est nocere patrie ergo civi quoque nam hic pars patrie est sancte partes sunt si universum venerabile est ergo et homini nam hic in maiore tibi urbe civis est. Quid si nocere velint manus pedibus manibus oculi. Ut omnia inter se membra consentiunt quia singula servari totius interest ita homines singulis parcent quia ad coetum geniti sunt. Salva autem esse societas nisi custodia et amore partium non potest. Ne viperas quidem et natrices et si qua morsu aut ictu nocent effugeremus si in reliquum mansuefacere possemus aut efficere ne nobis aliisve periculo essent. Ergo ne homini quidem nocebimus quia peccavit sed ne peccet nec umquam ad preteritum sed ad futurum pena referetur. Non enim irascitur sed cavet. Nam si puniendus est cuicumque pravum maleficumque ingenium est pena neminem excipiet. At enim ira habet aliquam voluptatem et dulce est dolorem reddere. Minime non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis repensare ita iniurias iniuriis. Illic vinci turpe est hic vincere. Inhumanum verbum est et quidem pro iusto receptum ultio et talio non multum differt nisi ordine qui dolorem regerit tantum excusatius peccat. Marcum Catonem ignorans in balneo quidam percussit imprudens quis enim illi sciens faceret iniuriam. Postea satisfacienti Cato non memini inquit percussum me. Melius putavit non agnoscere quam vindicare. Nichil inquis illi post tantam petulantiam mali factum est. Immo multum boni cepit Catonem nosse. Magni animi est iniurias despicere. Ultionis contumeliosissimum genus est non esse visum dignum ex quo peteretur ultio. Multi leves iniurias altius sibi demisere dum vindicant. Ille magnus et nobilis qui more magne fere latratus minutorum canum securus exaudit. Minus inquit contempnemur si vindicaverimus iniuriam. Si tamquam ad remedium venimus sine ira veniamus non quasi dulce sit vindicari sed quasi utile. Sepe autem satius fuit dissimulare quam ulcisci. Potentiorum iniurie hilari vultu non patienter tantum ferende sunt facient iterum si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes quos leserunt et oderunt. Notissima vox est eius qui in cultu regum consenuerat cum illum quidam interrogaret quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem iniurias inquit accipiendo et gratias agendo. Sepe adeo iniuriam vindicare non expedit ut ne fateri quidem expediat. Gaius Cesar Pastoris splendidi equitis romani filium cum in custodia habuisset munditiis eius et cultioribus capillis offensus rogante patre ut salutem sibi filii concederet quasi de supplicio eius admonitus duci protinus iussit. Ne tamen omnia inhumane faceret adversum patrem ad cenam illum eo die invitavit. Venit Pastor vultu nichil exprobrante. Propinavit illi Cesar heminam et posuit illi custodem. Perduravit miser non aliter quam si filii sanguinem biberet. Unguentum et coronas misit et observare iussit an sumeret. Sumpsit eo die quo filium extulerat immo quo non extulerat. Iacebat conviva centesimus et potiones vix honestas natalibus liberorum podagricus senex hauriebat cum interim non lacrimam emisit non dolorem aliquo signo erumpere passus est. Cenavit tamquam pro filio exorasset.

Patrie nocere e contra singulari nocere

Ex beneficiis turpe e vinci in iniuriis turpe vincere

Sepe autem

Hic patet quod iniurias potentiorum non palam sit dissimulandum sed eciam inferendo gracias ... quia quos leserunt oderunt et adhuc inducit exempla

Carius qui habebat alterum. Quid ille Pria-
mus? non dissimulavit iram et regis genua
complexus est, funestam perfusamque cruore
filii manum ad os suum rettulit; cenavit
sed tamen sine unguento sine coronis et illum
hostis saevissimus multis solaciis ut
cibum caperet hortatus est, non ut po-
cula ingentia super caput posito cu-
stode siccaret. Contempsisses Romanum
patrem si sibi timuisset; nunc iram compe-
scuit pietas. Dignus fuit cui permi-
tteret a convivio ad ossa filii legenda
discedere. Ne hoc quidem permisit beni-
gnus interim et comis adulescens;
propinationibus senem crebris ut cu-
ras leniret [illegible] lacessebat.
Contra ille se laetum et oblitum quid dixit
eo actum esset die praestitit. Periret alter
filius si carnifici conviva non pla-
cuisset. Ergo ira abstinendum est, sive par
est qui lacessendus, sive superior, sive
inferior. Cum pare contendere anceps est,
cum superiore furiosum, cum inferiore
sordidum. Pusilli hominis est et mi-
seri repetere mordentem; mures et for-
micae, si manum admoveris, ora con-
vertunt; imbecilla se laedi putant
si tanguntur. Faciet nos mitiores
si cogitaverimus quid aliquando nobis profuerit
ille cui irascimur, et meritis offen-
sa redimetur. Illud quoque occurrat quan-
tum nobis commendationis allatura sit
clementiae fama, quam multos venia ami-
cos utiles fecerit. Ne irascamur
inimicorum et hostium liberis. Inter Sulla-
nae crudelitatis exempla est quod a re pub-
lica liberos proscriptorum submovit;
nihil est iniquius quam aliquem heredem
paterni odii fieri. Cogitemus, quotiens
ad ignoscendum difficiles erimus, an
expediat nobis omnes inexorabiles
esse. Quam saepe veniam qui negavit
petit, quam saepe eius pedibus advolutus
est quem a se repulit. Quid est glo-
riosius quam iram amicitia mutare? Quos
habuit pertinacissimos hostes? Quod hodie
esset imperium nisi salubris providentia vi-
ctos permiscuisset victoribus? Irascetur
aliquis: tu contra beneficiis provoca; cadit sta-
tim simultas ab altera parte deserta; nisi
paria non pugnant. Sed utrimque certabitur
ira: ille est melior qui prior
pedem rettulit; victus est qui vicit.
Percussit te? recede: referiendo enim et
occasionem saepius feriendi dabis et excu-

sationem; non poteris revelli cum voles. Num-
quid velit quisquam tam graviter hostem
ferire ut relinquat manum in vulnere et se
ab ictu revocare non possit? Atqui tale
ira telum est: vix retrahitur. Arma nobis
expedita prospicimus, gladium commodum
et habilem: non vitabimus impetus
animi his graviores, furiosos et irrevocabiles?
Ea demum velocitas placet quae ubi
iussa est vestigium sistit nec ultra de-
stinata procurrit et quae flecti et a cursu ad
gradum reduci potest. Aegros scimus
nervos esse ubi invitis nobis mo-
ventur. Senex aut infirmi corporis est
qui cum ambulare vult currit. Ani-
mi motus eos putemus sanissimos va-
lidissimosque qui nostro arbitrio ibunt,
non suo ferentur. Nihil tamen aeque profuerit
quam primum intueri deformitatem rei, de-
inde periculum. Non est ullius affectus facies
turbatior: pulcherrima ora foedavit, tor-
vos vultus ex tranquillissimis reddit;
linquit decor omnis iratos, et sive
amictus eius compositus est ad legem,
trahent vestem omnemque curam sui
effundent; sive capillorum natura vel arte
iacentium non informis est habitus, cum animo
inhorrescunt; tumescunt venae, concuti-
tur crebro spiritu pectus, rabida vocis
eruptio colla distendit; tum artus
trepidi, inquietae manus, totius
corporis fluctuatio. Qualem intus
putas esse animum cuius extra imago
tam foeda est? quanto illi intra pectus
terribilior vultus est, acrior spiritus,
intentior impetus, rupturus se nisi
eruperit? Quales sunt hostium aut
ferarum caede madentium aut ad caedem
euntium aspectus, qualia poetae
inferna monstra finxerunt succincta
serpentibus et igneo flatu, quales
ad bella excitanda discordiamque
in populos dividendam pacemque lace-
randam deae taeterrimae inferum exeunt,
talem nobis iram figuremus, flamma lumina
ardentia, ~~[struck out]~~ sibilo mugituque
et gemitu et stridore et si qua
his invisior vox est perstrepentem,
tela manu utraque quatientem;
neque enim illi se tegere curae est; tor-
vam cruentamque et cicatricosam
et verberibus suis lividam, inces-
sus vesani, offusam multa caligine,
incursitantem, vastantem fugantemque
et omnium odio laborantem, sui ma-
xime, si aliter nocere non possit, terras maria

Ergo ira abstinendum

Vel si vis sit qualis apud vates nostros est
sanguineum quatiens dextra Bellona
flagellum. aut scissa gaudens vadit
Discordia palla. aut si quam magis
diram faciem excogitare diri affectus
potes. Quibusdam ut ait Sextius iratis
profuit aspexisse speculum. perturbavit illos
tanta mutatio sui velut in rem presentem
adducti non agnoverunt se. et quantulum
ex vera deformitate imago illa speculo
repercussa reddebat. animus si ostendi et
si in ulla materia perlucere posset intuentes
nos confunderet ater maculosusque et
estuans et distortus et tumidus. Nunc
quoque tanta deformitas eius est per ossa
carnesque et tot impedimenta effluen-
tis. Quid si nudus ostenderetur. speculo
quidem neminem deterritum ab ira credis.
Quid ergo. qui ad speculum venerat
ut se mutaret iam mutaverat.
iratis quidem nulla est formosior effi-
gies quam atrox et horrida. qualesque
esse etiam videri volunt. Magis illud
videndum est. quam multis ira per se nocuerit.
Alii nimio fervore rupere venas
et sanguinem supra vires elatus clamor
egessit et luminum suffudit aciem
in oculos vehementius humor egestus
et in morbos egri recidere. Nulla celerior
ad insaniam via est. multi itaque
continuaverunt ire furorem nec quam expu-
lerant mentem umquam receperunt. Aiacem
in mortem egit furor in furorem ira.
Mortem liberis egestatem sibi rui-
nam domui imprecantur et irasci se
negant non minus quam insanire furiosi.
Amicissimis hostes vitandique cari-
ssimis legum nisi qua nocent immemores
ad minima mobiles non sermone non offi-
cio adiri faciles. Per omnia vim gerunt
gladiis et pugnare parati et incumbere.
Maximum illos cepit et omnia exsu-
perans vitia. Alia paulatim intrant
repentina et universa vis huius est.
Omnes denique alios affectus sibi subicit
amorem ardentissimum vincit. transfo-
derunt itaque amata corpora et in eorum quos
occiderant iacuere complexibus. Avaritiam
durissimum malum minimeque flexibile ira
calcavit adacta opes suas spargere
et domui rebusque in unum collatis in-
icere ignem. Quid non ambitiosus ma-
gno estimata proiecit insignia hono-
remque delatum repulit. Nullus affectus est
in quem non ira dominetur. Liber iius de Ira

Quod maxime desiderasti Novate
nunc facere temptabimus. iram ex-
cidere animis aut certe refrenare et im-
petus eius exhibere. Id aliquando palam aperte-
que faciendum est. ubi minor vis mali
patitur. Aliquando ex occulto ubi nimium ardet
omnique impedimento exasperatur et crescit.
Refert quantas quamque vires quam integras
habeat. utrum verberanda et agen-
da retro sit an cedere ei debeamus dum
tempestas prima desevit ne remedia
ipsa secum ferat. Consilium pro moribus
cuiusque capiendum est. quosdam enim preces vin-
cunt. quidam insultant instantque sub-
missis. quosdam terrendo placabimus
alios obiurgatio. alios confessio
alios pudor cepto deiecit. alios
mora. lentum precipitis mali reme-
dium. Ceteri enim affectus dilationem recipiunt
et curari tardius possunt. huius incitata et
se ipsam rapiens violentia non paula-
tim procedit sed dum incipit tota est
nec aliorum more animos sollicitat
sed abducit et impotentes sui
cupidosque vel communis mali exagitat
nec in ea tantum in que destinavit sed in
occurrentia obiter furit. Cetera vitia
impellunt animos ira precipitat. Et-
iam si resistere contra affectus suos
non licet at certe affectibus ipsis licet
stare. Hec non secus quam fulmina procelle-
que et si alia aliqua irrevocabi-
lia sunt quia non eunt sed cadunt
vim suam magis ac magis tendit.
Alia vitia a ratione hoc a sanitate
descendit. Alia accessus lenes habent
et incrementa fallentia. in iram deiec-
tus animorum est. Nulla itaque res urget magis
attonita et in vires suas prona
sive successit superba. sive frustratur
insana. ne repulsa quidem in tedium
acta. ubi adversarium fortuna sub-
duxit in se ipsam morsus suos vertit.
Nec refert quantum sit ex quo resurrexerit
ex levissimis enim in maxima evadit. Nullam
transit etatem. nullum genus hominum ex-
cipit. Quedam gentes beneficio ege-
statis non novere luxuriam. quedam quia
exercite et vage sunt ~~effuge~~ effugere
pigritiam. quibus incultus mos agre-
stisque vita est. circumscriptio ignota est
et fraus et quodcumque in foro malum
nascitur. Nulla gens est quam non ira in-
stiget. tam inter Grecos quam barbaros
potens. non minus perniciosa leges
metuentibus quam quibus iura distinguit

Hic est liber 3us in quo Seneca docet iram esse
vitandam [illegible] quoque probans quoque nimis et
[illegible] [illegible] vindicta [illegible]
[illegible] [illegible] aliud [illegible]
[illegible] esse capiendum [illegible]
[illegible] [illegible] non [illegible]
[illegible] capitulum [illegible] affectus sit [illegible]
[illegible] ceteris affectibus [illegible]
[illegible]

in odiis invicem denique tota singulos com-
prehendit. hic vero affectus quo ut videtur
publice corripit plures primusque proprius
semina amoris flagravit. ut in te pervenit
in lucem tota civitatis spem suam impo-
suit ambitio virum singulos occupat. Im-
potentia vero et malum publice in Grecos
in Latinos agmine illo et viri femine
senes compueri pueri plebs vulgus quoque
ad sensum et totum nichilo [illegible]
[illegible] gratia [illegible] civitatem [illegible]
ad arma plurimus ignis quo discurrit et
et [illegible] fluctibus bella [illegible]
[illegible] tota in stirpe [illegible]
[illegible] et [illegible] favorabil-
[illegible] in multo honore [illegible] sic [illegible]
excepit. Hic imperatore suo legiones
[illegible] [illegible] [illegible] plebs tota
[illegible] patribus publice [illegible] senatus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] impe-
ratore. subito ire sue [illegible] legit-
at per tecta urbis nobilitas [illegible]
[illegible] supplicium [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] rapida [illegible]
Rabies quo infanda [illegible] tulit
ut dictum ipse quo [illegible] [illegible]
de ducto plurimus classes et [illegible]
[illegible] tumultuarie [illegible] sine mo-
[illegible] auspiciis plus [illegible] sue
egressus fortuna [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Deinde magna clade te-
meritate [illegible] ira [illegible] [illegible]
barbaris forte [illegible] in bella [illegible]
[illegible] in nobiles [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] agunt [illegible] et qua
dolor [illegible] [illegible] in regionibus
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] appetentes sua gaudet [illegible]
et tela [illegible] [illegible] et per suum [illegible]
ex ire. Non est iniquus dubius qui ma-
gna ista et pestifera sit nobis ideo
quam [illegible] debeat monstra. At qui
ut in prioribus libris dixi statim [illegible]
defensor ire et [illegible] illa [illegible]
[illegible] [illegible] ait esse [illegible] [illegible]
[illegible] in et [illegible] et ad [illegible]
magnos [illegible] in [illegible] quo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] eius [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] sit [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] impetu [illegible] [illegible] sine [illegible]
[illegible] sua [illegible] et [illegible] [illegible]
que [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non
[illegible] [illegible] ego [illegible] [illegible] [illegible] non
[illegible] qui tempestate velut [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] malo [illegible]
ut [illegible] ultro [illegible] [illegible] ipse [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] sit ac [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] mox in [illegible] [illegible] est.

Non est iniquus dubius

Hic 2^a pars libri [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] etc.

[illegible] [illegible] aliquis aspectu [illegible] ad [illegible] [illegible]
intorem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] gerit ab [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] morbus
et accessio crevit. Nego ego [illegible]
[illegible] [illegible] in [illegible] fuere quo
[illegible] [illegible] dubie [illegible] [illegible]
sit in [illegible] in aliquo sit et [illegible]
[illegible] illustribus [illegible] qui illi [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] in actus [illegible] ad [illegible]
[illegible] [illegible] calore aliquo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] fallat [illegible] aliquo tem-
pore aliquo loco [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] appara-
[illegible] illi [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] et [illegible] et [illegible]
et [illegible] [illegible] corporibus [illegible]
et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] membrorum in [illegible] [illegible]
et bestiarum in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] horridum stridentibus [illegible]
[illegible] terrore ut [illegible] [illegible]
sit. [illegible] esse affectum peiorem [illegible]
quo in prioribus libris describere [illegible]
et [illegible] et ut [illegible] [illegible]
[illegible] fugato [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
ut in [illegible] [illegible] de [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quo [illegible] [illegible] tela sua [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] se ipse [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] anhelitus [illegible] [illegible]
[illegible] quo [illegible] [illegible] instabile
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] tremencia labia [illegible] quo
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] sive [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] sive [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ultro [illegible] quo [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] illi a suo [illegible]
malo in [illegible] Non [illegible] ego [illegible]
[illegible] qui [illegible] [illegible] potentia [illegible]
et [illegible] [illegible] existimant
et in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] quo non sit [illegible]
[illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Non [illegible] [illegible] quo

diligentior quisque sit et ipse se circumspiciet, quia animi mala ad pessimos quosque pertinere, iracundiam etiam eruditis hominibus et alia sanis irrepere, adeo ut quidam simplicitatis indicium iracundiam dicant et vulgo credatur facillimus quisque huic obnoxius. Quorsus inquis haec pertinent? Ut nemo se iudicet tutum ab illa, cum lenes et placidos in saevitiam ac violentiam evocet. Quemadmodum adversus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis et diligens valetudinis cura, promiscue enim imbecilla robustaque invadit, ita ab ira tam inquietis moribus periculum est quam compositis et remissis, quibus eo turpior ac periculosior est quo plus in illis mutat.

Rex & plaga ... quomodo quis non incidat in iram

Sed cum primum sit non irasci, secundum desinere, tertium alienae irae mederi, dicam primum quemadmodum in iram non incidamus, deinde quemadmodum nos ab illa liberemus, novissime quemadmodum irascentem retineamus placemusque et ad sanitatem reducamus.

Ne irascamur praestabimus, si omnia vitia irae nobis subinde proposuerimus et illam bene aestimaverimus. Accusanda est apud nos, damnanda; perscrutanda eius mala et in medium protrahenda sunt.

Ut qualis sit appareat, comparanda cum pessimis est.

Avaritia acquirit et contrahit quo aliquis melior utatur; ira impendit.

Paucis gratuita est. Iracundus dominus quosdam in fugam servos egit, quosdam in mortem. Quanto plus irascendo quam id erat propter quod irascebatur amisit!

Ira patri luctum, marito divortium attulit, magistratui odium, candidato repulsam. Peior est quam luxuria, quoniam illa sua voluptate fruitur, haec alieno dolore. Vincit malignitatem et invidiam.

Illae enim infelicem fieri volunt, haec facere; illae fortuitis malis delectantur, haec non potest exspectare fortunam: nocere ei quem odit, non noceri vult. Nihil est simultatibus gravius:

has ira conciliat; nihil est bello funestius: in hoc potentium ira prorumpit; ceterum illa plebeia ira et privata inerme et sine viribus bellum est.

Praeterea ira, ut seponamus quae mox secuta sunt, damna, insidias, perpetuam ex certaminibus sollicitudinem, dat poenas dum exigit; naturam hominis eiurat: illa in amorem hortatur, haec in odium; illa prodesse iubet, haec nocere.

Adice quod cum indignatio eius a nimio sui suspectu veniat et animosa videatur, pusilla est et angusta; nemo enim non eo a quo se contemptum iudicat minor est.

At ille ingens animus et verus aestimator sui non vindicat iniuriam, quia non sentit. Ut tela a duro resiliunt et cum dolore caedentis solida feriuntur, ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Quanto pulchrius velut nullis penetrabilem telis omnes iniurias contumeliasque respuere! Ultio doloris confessio est.

Non est magnus animus quem incurvat iniuria. Aut potentior te aut imbecillior laesit.

Si imbecillior, parce illi; si potentior, tibi. Nullum est argumentum magnitudinis certius quam nihil posse quo instigeris accidere.

Pars superior mundi et ordinatior ac propinqua sideribus nec in nubem cogitur nec in tempestatem impellitur nec versatur in turbinem; omni tumultu caret, inferiora fulminantur.

Eodem modo sublimis animus, quietus semper et in statione tranquilla collocatus, intra se premens quibus ira contrahitur, modestus et venerabilis est et dispositus.

Quorum nihil invenies in irato. Quis enim traditus dolori et furens non primam reiecit verecundiam?

Quis impetu turbidus et in aliquem ruens non quicquid in se verecundiae habuit abiecit? Cui officiorum numerus aut ordo constitit incitato?

Quis linguae temperavit? Quis ullam partem corporis tenuit? Quis se regere potuit immissum?

Proderit nobis illud Democriti salutare praeceptum quo monstratur tranquillitas, si neque privatim neque publice multa aut maiora viribus nostris egerimus. Numquam tam feliciter in multa discurrenti negotia dies transit, ut non aut ex homine aut ex re offensa nascatur quae animum in iras paret.

Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multos incursitandum est et aliubi labi necesse est, aliubi retineri, aliubi respergi, ita in hoc vitae actu dissipato et vago multa impedimenta, multae querelae incidunt.

Alius spem nostram fefellit, alius distulit, alius intercepit; non ex destinato proposita fluxerunt.

Nulli fortuna tam dedita est ut multa temptanti ubique respondeat.

Sequitur ergo ut is cui contra quam proposuerat aliqua cesserunt impatiens hominum rerumque sit; ex levissimis causis irascitur nunc personae, nunc negotio, nunc loco, nunc fortunae, nunc sibi.

Itaque ut quietus possit esse animus, non iactandus nec multarum ut

dixi rei actu fatigandum nec magnarum
super vires appetitarum. Facile est levia
aptare cervicibus et in hanc vel illam
partem transferre sine lapsu. At que a-
lienis in nos manibus imposita egre
sustinemus victi in proximo effundimus et
dum stamus sub sarcina impares o-
neri vacillamus. Idem accidere rebus
civilibus ac domesticis scias. Nego-
tia expedita et habilia sequuntur actorem
ingentia et supra mensuram agentis nec
dant se facile et si occupata sunt
premunt et abducunt administrantem
qui non que facilia sunt aggreditur
sed vult facilia esse que aggressus est.
Quotiens aliquid conaberis te simul et ea
que paras quibusque pararis ipse
metire. Faciet enim te asperum penitencia
operis infecti. Hoc interest utrum quis fer-
vidi sit ingenii an frigidi atque humilis
generoso repulsa iram exprimet, lan-
guido inertique tristiciam. Ergo actiones
nostre ut parve sint nec audaces
nec improbe. In vicinum spes exeat. Nichil
conemur quod mox adepti quoque successi-
sse miremur. Demus operam ne accipiamus
iniuriam quam ferre nescimus. Cum pla-
cidissimo et facillimo et minime an-
xio morosoque vivendum est. Sumuntur
a conversantibus mores et ut quedam
in contactu corporis vicia transiliunt
ita animus mala sua proximis tradit.
Ebriosus convictores in amorem meri
traxit. Impudicorum cetus fortem quoque
et si liceat virum emollit. Avaricia
in proximos virus suum transtulit. Eadem
ex diverso ratio virtutum est ut omne quod se-
cum habent mitigent. Nec tam valitudini
profuit utilis regio et salubrius ce-
lum quam animis parum firmis in turba meliore
versari. Que res quantum possit intelliges
si videris feras quoque convictu nostro
mansuescere nullique etiam immani bestie
vim suam permanere si hominis contubernium
diu passa est. Retunditur omnis asperitas
paulatimque inter placida dediscitur.
Accedit huc quod non tantum exemplo me-
lior fit qui cum quietis hominibus vivit
sed quod causas irascendi non invenit nec vicium
suum exercet. Fugere itaque debebit omnes
quos irritaturos iracundiam sciet.
Qui sunt inquis isti? Multi ex variis causis
idem facturi. Offendet te superbus contemptu,
dicax contumelia, petulans iniuria, lividus
malignitate, pugnax contentione, ~~contencione~~ ven-
tosus et mendax vanitate. Non feres a
suspicioso timeri, a pertinaci vinci, a

delicato fastidiri. Elige simplices
faciles moderatos qui iram tuam nec
evocent et ferant. Magis adhuc proderunt
summissi et humani et dulces non tamen usque
in adulationem. Nam iracundos nimia asse-
ntacio offendit. Erat certe amicus noster vir bo-
nus sed ire paratioris cui non magis tutum
erat blandiri quam maledicere. Celium
oratorem fuisse iracundissimum constat
cum quo ut aiunt cenabat in cubiculo
lecte paciencie cliens sed difficile erat
illi in copulam coniecto rixam eius cum quo
herebat effugere. Optimum iudicavit quicquid
dixisset sequi et secundas agere. Non tulit Celius
assencientem et exclamavit: dic aliquid contra ut
duo simus. Sed ille quoque quod non irasceretur ira-
tus sine adversario desiit. Eligamus ergo
vel hos potius si conscii nobis iracundie sumus
qui vultum nostrum ac sermonem sequantur.
Facient quidem nos delicatos et in malam
consuetudinem inducent nichil contra voluntatem au-
diendi sed proderit vicio suo intervallum
et quietem dare. Difficiles quoque et indo-
miti natura blandientem ferent. Nichil asperum
territumque palpanti est. Quotiens disputatio
longior et pugnacior erit in prima re-
sistamus antequam robur accipiat. Alit se ipsa contentio
et demissos altius tenet. Facilius est se
a certamine abstinere quam abducere. Studia
quoque graviora iracundis omittenda sunt
aut certe citra lassitudinem exercenda et
animus non inter plura versandus sed ar-
tibus amenis tradendus. Lectio illum
carminum obleniat et historia fa-
bulis detineat. Mollius delicatiusque
tractetur. Pictagoras perturbaciones
animi lira componebat. Quis autem ignorat
lituos et tubas concitamenta esse sicut
quosdam cantus blandimenta quibus mens
resolvatur. Confusis oculis prosunt virencia
et quibusdam coloribus infirma acies ac-
quiescit quorundam splendore prestringitur.
Sic mentes egras studia leta permulcent.
Forum advocationes iudicia fugere debemus
et omnia que exulcerant vicium, eque cave-
re lassitudinem corporis. Consumit enim
quicquid in nobis mite placidumque est et acria
concitat. Ideo quibus stomachus suspectus est pro-
cessuri ad res agendas maioris negocii
bilem cibo temperant. Quam maxime
movet fatigacio sive quia calorem in
media compellit et nocet sanguini cursumque
eius venis laborantibus sistit sive
quia corpus attenuatum et infirmum incumbit
animo. Certe ob eandem causam iracundiores
sunt valitudine aut etate fessi. [illegible]

qz et sptus ex hyps̄ cursus mutatus
disponit et inuadit atque vetus dictum
est alexandri querere quod aut et ab
esuriente et a siciente et ab eo horre
quere quod ipsa res morbi vocat ut vulnerati
ad leuem tactum dolent et ad suspiria
lectulus condolescunt ita cunctis affectibus
minimis offenditur. Adeo ut ipsa salu
tacio et epistola et vox et inicio gaudii
in luctum euadat. Nunc sunt quedam contra
tangunt. Contemptus itaque ad primum
mali sensum mederi sibi tantis viribus conse
quens nimium libertate dare et inhibere
impetum facile est ut assuetus suos
in primo ortu deprehendere morbi
signa preuenit quidem repostulare ac
plurime cum ipsis nota eueniunt ita
nec amoris omnes istorum procellarum cladis
vexatum sunt quedam prima que eciam
geniali medio solet corripi eas
adueniente valitudine intelligunt
si calor summa desunt et interdum
in nimie neruorum trepidacio est si
memoria sibi labitur caput que inseruit
Solitus itaque remediis incipi
tes sibi anticipat et cedat gestum
corporis est quod alienat animis repellitur
ne famis et frigoris rigore expu
gnatur. Et si pars medicacione presentit
ieiunaverit libere et sine teste leni
decet potest morbum suum nosse et
inter eius ipsius spacium opprimere.

Videamus quid sit quod nobis maxime
vexet. Alius vocis alius rerum contubernio
mouet hic vult nobilitari hic fore
sue parti hic elegantissimus habe
tur pit ille doctissimus hic superbie
impatiens est. Alius guarire ille fuerit ne
putauit dignus quibus irascatur. Hic
intra domum serius et foris mitis
ille rogari in iudicia iniuriam. Hic no
rogari contumeliam. Non omnes ab eadem
parte feriuntur sic itaque oportet quid in te
bellum sit ut id maxime protegas.

Nec expedit omnia videre omnia au
dire multe nos iniurie transeant ex
quibus plerasque qui non accipit qui
nescit. Non vis esse iracundus ne sis
curiosus. Qui inquirit quid in se dictum
sit qui malignos sermones eciam si se
creto habiti sunt eruit se ipse inquie
tat. Quedam interpretacio eo perducit
ut videantur iniurie. Itaque alia dif
ferenda sunt alia deridenda
alia donanda. Circumscribenda multis

modis ira est plerasque in lusum io
cum que vertat. Socratem aiunt co
lapho percussum nichil amplius dixi
sse quam molestum esse quod nescirent
homines quando cum galea prodire deberent.
Non quemadmodum facta sit iniuria refert
sed quemadmodum lata. Et non video quare diffi
cilis sit moderacio cum sciam tira
norum quoque tumida et fortuna licen
cia ingenia familiarem sibi se
uiciam repressisse. Pisistratum athe
niensium tyrannum memorie proditur
cum multa in crudelitate eius ebrius
conuiua dixisset nec deessent qui
vellent manus ei commodare et
alius hic et alius illic faces sub
deret placido animo tulisse et
hoc irritantibus respondisse. Non magis
illi se succensere quam si quis obligatis
oculis in se incurrisset. Magna pars
querelas manu fecit. Aut falsa su
spicando aut leuia aggrauando.
Sepe ad nos ira venit sepius nos
ad illam que nunquam accersenda est
eciam cum incidit reiciatur. Nemo dicit
sibi hoc propter quod irascor aut feci aut
fecisse potui. Nemo animum facientis
sed ipsum extimat factum. Atqui ille
intuendus est. Voluerit an inciderit
coactus sit an deceptus. Odium
secutus sit an premium sibi morem
gesserit an manum alteri commoda
uerit. Aliquid peccantis etas facit
aliquid fortuna ut ferre aut pati
aut humanum sit aut humile. Eo
nos loco constituamus quo ille cui
irascimur est. Nunc facit nos iracundos
iniqua nostri extimacio et que facere vellemus
pati nolumus. Nemo se differt. Atqui
maximum remedium ire dilacio est
ut primus eius feruor relanguescat
et caligo que premit mentem aut rece
dat aut minus densa sit. Quedam ex
hys que te precipitem ferebant hora
non solum dies mollet. Quedam ex toto
euanescent. Si nichil erit petita
aduocacio apparebit iudicium esse
non iram. Quicquid voles quale sit
scire tempori trade. Nichil diligenter
in fluctu cernitur. Non potuit impetrare
a se Plato tempus cum seruo suo ira
sceretur sed ponere illum statim
tunicam et prebere scapulas verberibus
iussit sua manu ipse ce
surus. Postquam intellexit irasci se
sicut sustulerat manum suspensam

detinebat et stabat percussuro similis interrogatus deinde ab amico qui forte intervenerat quid ageret exigo inquit poenas ab homine iracundo. Velut stupens gestum illum saevituri deformem sapienti viro servabat oblitus iam servi quia alium quem potius castigaret invenerat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem et ob peccatum quoddam commotior tu inquit Speusippe servulum istum verberibus obiurga nam ego irascor. Ob hoc non cecidit propter quod alius cecidisset. Irascor inquit plus faciam quam oportet libentius faciam non sit iste servus in eius potestate qui in sua non est. Aliquis vult irato committi ultionem cum Plato sibi ipse imperium abrogaverit. Nichil tibi liceat dum irasceris. quare quia vis omnia licere. Pugna tecum ipse si iram vincere non potes illa te incipit vincere. Si absconditur si illi exitus non datur signa eius obruamus et illam quantum fieri potest occultam secretamque teneamus cum magna id nostra molestia fiet cupit enim exilire et incendere oculos et mutare faciem. Sed si eminere illi extra nos licuit supra nos est. In imo pectoris secessu recondatur feratque non ferat. Immo in contrarium omnia eius indicia flectamus vultus remittatur vox lenior sit gradus lentior paulatim cum exterioribus interiora formantur. In Socrate irae signum erat vocem summittere et loqui parcius. Apparebat tunc illum sibi obstare. Deprehendebatur itaque a familiaribus et coarguebatur nec erat illi exprobratio latitantis irae ingrata. Quidni gauderet quod iram suam multi intelligerent nemo sentiret. Sensisset autem nisi ius amicis obiurgandi se dedisset sicut ipse sibi in amicos sumpserat. Quanto magis hoc nobis faciendum est. Rogemus amicissimum quemque ut tunc maxime libertate adversus nos utatur cum minime illam pati poterimus nec assentiatur irae nostrae contra potens malum et apud nos gratiosum dum conspicimus dum nostri sumus advocemus. Qui vinum male ferunt et ebrietatis suae temeritatem ac petulantiam metuunt mandant suis ut e convivio auferantur intemperantiam in morbo suam experti parere sibi in adversa valetudine vetant. Optimum est notis vitiis impedimenta prospicere et ante omnia ita componere animum ut etiam gravissimis rebus

subitisque concussus iram aut non sentiat aut magnitudinem eius inopinatae in altum retrahat nec dolorem suum profiteatur. Id fieri posse apparebit si pauca ex ingenti turba exemplorum protulero ex quibus utrumque discere licet quantum mali habeat ira ubi hominum praepotentium potestate tota utitur quantum sibi imperare possit ubi metu maiore compressa est. Cambisen regem nimium deditum vino Praxaspes unus ex carissimis monebat ut parcius biberet turpem dicens esse ebrietatem in rege quem omnium oculi auresque sequerentur. Ad haec ille ut scias inquit quemadmodum numquam excidam mihi approbabo iam et oculos post vinum in officio esse et manus. Bibit deinde liberalius quam alias capacioribus scyphis et iam gravis ac vinolentus obiurgatoris sui filium procedere ultra limen iubet allevataque super caput sinistra manu stare. Tunc intendit arcum et ipsum cor adolescentis id enim petere se dixerat figit. rescissoque pectore haerens in ipso corde spiculum ostendit ac respiciens patrem interrogavit satisne certam haberet manum. At ille negavit Apollinem potuisse certius mittere. Dii illum male perdant animo magis quam condicione mancipium. eius rei laudator fuit cuius nimis erat spectatorem fuisse. Occasionem blanditiarum putavit pectus filii in duas partes diductum et cor sub vulnere palpitans controversiam illi facere de gloria debuit et revocare iactum ut regi liberet in ipso patre certiorem manum ostendere. O regem cruentum. O dignum in quem omnium suorum arcus verterentur. Cum exsecrati fuerimus illum convivia suppliciis funeribusque solventem tamen sceleratius telum illud laudatum est quam missum. Videbimus quomodo se pater gerere debuerit stans super cadaver filii sui caedemque illam cuius et testis fuit et causa. id de quo nunc agitur apparet iram supprimi posse. Non maledixit regi nullum emisit ne calamitosi quidem verbum cum aeque suum quam filii cor transfixum videret. Potest dici merito devorasse verba nam si quid tamquam iratus dixisset nichil tamquam pater facere potuisset. Potest inquam videri sapientius se in illo casu gessisse quam cum de potandi modo praeciperet quem satius erat vinum quam sanguinem bibere cuius manus poculis occupari pax erat. Accessit itaque ad numerum eorum qui

Cambises

magnis cladibus edocet quam constaret regum amicis bona condicio. Non dubito quin Harpagus tale aliquid regi suo Persarum suaserit, quo offensus liberos illi epulandos apposuit et subinde quesivit an placeret conditura. Deinde ut satis illum plenum malis suis vidit, afferri illorum capita iussit et quomodo esset acceptus interrogavit. Non defuerunt misero verba, non os concurrit: Apud regem, inquit, omnis cena iocunda est. Quid hac adulatione profecit? ne ad reliquias invitaretur. Non veto patrem damnare regis sui factum, non veto querere dignam tam truci portento penam, sed hoc interim colligo, posse etiam ex ingentibus malis nascentem iram abscondi et ad verba contraria sibi cogi. Necessaria est ista doloris refrenatio, utique hanc sortitis vitam et ad regiam adhibitis mensam. Sic editur apud illos, sic bibitur, sic respondetur, funeribus suis arridendum est. An tanti sit vita videbimus; alia ista questio est. Non consolabimur tam triste ergastulum, non adhortabimur ferre imperia carnificum: ostendemus in omni servitute apertam libertati viam. Si eger animus et suo vitio miser est, huic miserias finire secum licet. Dicam et illi qui in regem incidit sagittis pectora amicorum petentem et illi cuius dominus liberorum visceribus patres saturat: Quid gemis, demens? quid expectas ut te aut hostis aliquis per exitium gentis tue vindicet aut rex a longinquo potens advolet? Quocumque respexeris, ibi malorum finis est. Vides illum precipitem locum? illac ad libertatem descenditur. Vides illud mare, illud flumen, illum puteum? libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem brevem, retorridam, infelicem? pendet inde libertas. Vides iugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? effugia servitutis sunt. Nimis tibi operosos exitus monstro et multum animi ac roboris exigentes? Queris quod sit ad libertatem iter? quelibet in corpore tuo vena. Quamdiu quidem nichil tam intolerabile nobis videtur ut nos expellat e vita, iram in quocumque erimus statu removeamus. Perniciosa est servientibus; omnis enim indignatio in tormentum suum proficit et imperia graviora quo contumacius patitur sentit. Sic laqueos fera dum iactat astringit; sic aves viscum dum trepidantes excutiunt plumis

omnibus illinunt. Nullum tam artum est iugum quod non minus ledat ducentem quam repugnantem. Unum est lenimentum malorum ingentium, pati et necessitatibus suis obsequi. Sed cum utilis sit servientibus affectuum suorum et huius precipue rabidi atque effreni continentia, utilior est regibus: perierunt omnia ubi quantum ira suadet fortuna permittit, nec diu potest que multorum malo exercetur potentia stare; periclitatur enim ubi eos qui separatim gemunt communis metus iunxit. Plerosque itaque modo singuli mactaverunt, modo universi, cum illos conferre in unum iras publicus dolor coegisset. At qui plerique sic iram quasi insigne regium exercuerunt, sicut Darius, qui primus post ablatum mago imperium Persas et magnam partem orientis obtinuit. Nam cum bellum Scithis indixisset orientem cingentibus, rogatus ab Oeobazo nobili sene ut ex tribus liberis unum in consolationem patri relinqueret, duorum opera uteretur, plus quam rogabatur pollicitus omnes se illi dixit remissurum et occisos in conspectu parentis abiecit, crudelis futurus si omnes abduxisset. At quanto Xerxes facilior, qui Pithio quinque filiorum patri unius vacationem petenti quem vellet eligere permisit. Deinde quem elegerat in partes duas distractum ab utroque latere vie posuit et hac victima lustravit exercitum. Habuit itaque quem debuit exitum: victus et late longeque fusus ac stratam ubique ruinam suam cernens medius inter suorum cadavera incessit. Hec barbaris regibus in ira feritas fuit, quos nulla eruditio, nullus litterarum cultus imbuerat. Dabo tibi ex Aristotelis sinu regem Alexandrum, qui Clitum karissimum sibi et una educatum inter epulas transfodit manu quidem sua, parum adulantem et pigre ex Macedone ac libero in Persicam servitutem transeuntem. Nam Lisimachum eque familiarem sibi leoni obiecit. Numquid ergo Lisimachus felicitate quadam dentibus leonis elapsus ob hoc, cum ipse regnaret, mitior fuit? Nam Thelesphorum Rhodium amicum suum undique decurtatum, cum aures illi nasumque abscidisset, in cavea velut novum

aut aliquid incipiatur eius patuit in omnibus
de tiranni infelicitate quam de formidine tri-
bulacionem fuit perdidisse. Incredibiles
fames et sepulcrorum et illuvies carnis
in sceleratos suo despiciunt. Callosis pe-
dibus genibus manibus quam quos in usu
pedum angustie loci cogebant.
Lateribus non albitu exulceratis
non nisi ferri quam terribili erat ferri
non nunquam fecit quam pena sua
eius in securibus. Sparsis quam pena sua
mortem mutaverat quam amiserat in hu-
iusmodi exitus et homines qui illa pateba-
tur. Dissimilior erat qui faciebat
utrum ista sentencia merito pergiret
magis ipsis uel in novos modos crudelitatis
excogitans magis uel suppliciorum varietatem
barbariam invenisset quam mario cum multi
populus statuas posuerant. Ut ex the-
ce uino non supplicabat silla postea Silla
quam crura eius oculos amputari
manus incipit et quod tocaciter omnibus
membris uulnerabat Paulatim et
per singulos artus laceravit. Demum
erat huius mortem ministerium. Sed iam
Catelina in hoc sicarius magis quam eius
cum illum ante bustum quam Catuli in-
terficiebat. Qui postea ante ipsum in uiuentibus
super quos in mali exemplum populares
fuit. Et non tamen in uiuo quam in manibus
animam projicit carnificia sanguinem dabat.
Dignus erat magnus qui illa pa-
teretur. Silla quam iubet Catelina qui
fuerit sed indigna res per quam totus sunt
patrie et hostium et mundi gladios
reciperet. Caius autem Caligula per strictorem
tetrarcha Sextum Papinium cuius pater erat
consularis Betilienum Bassum questo-
re suum procuratoris sui filium aliosque
et senatores et equites romanos
uno die flagellis cecidit torsit
non quod uel sed ut Caius Nerone adeo in
paucis fuit differendi uoluptas
inquit crudelitatis eius sine dilatione
poscebat ut in xo magnorum ortorum
qui porticum et ripam separant de-
ambulans quosdam ex illis cum ma-
tronis et aliis senatoribus ad lu-
cernam decollarem. Caius enim instabat quod
periculum aut privatum aut publicum una nox
minuebat quam tu fuit luce exploraret.
Denique ne senatores spem patrum solatio
omnibus eius superba fuit crudelitas
eius adeo pertinet fuit quam aberrare
nunc illam quam possem uideri et
in decem xxvii sed hec ipse par sunt
ne sub solita sentencia sua dederit
flagellis senatores quod esset
ut dici possit solet sed Augustus serat
per ea quod in rex non pro conficiat sine fi-
dei causis tabulariis crudelis ... que
uultu suo. Et hic loco vindicauit
magna rex fi tres senatores qui
nec per mancipia sua uerba et fla-
mas dixit. Hic qui de toto fera-
rum trucidando cogitabat quam operi-
bat ut per una cruce tres et
scelera sua tot locis ac partibus
deducta in uno ictu et uno die
cogeret. Caius tum in auditu quod nocturnum
supplicium in latrinam tenebris
absconditur solebat. Accadunt de eo que
noviores fuit plus exterrere cuidamque
in quo factat. Et hic loco videbitur
quod tanto opere amicorum ipsi belue
consilium dicamus et ad hoc uenit ad hoc
uigilat ad hoc lucubrat. Nero etiam
inuenit alius qui imperavit diebus
huius in quos ardenti iubebat eos
in certa spaciola includi ne uoces
emitterent. Erat fratres sui nec
merito non est reliquum quod gemuit timuit
ne quid liberius exclamaret et extingui
dolorem mitteret ne quid quod nollet
audiret. Sciebat enim in mala lingua et
quod abhorret nec illi ut plurimum auderet
eius progressus invenire et prude-
ucessitata miserorum et in hos facinorosos
pavos in propriis. Hanc ista sentencia
et lucerat ultimum supplicium trahe. Deinde exi-
tus die locis lucrata sit illa non per
mulorum emitte. In summe huius loco
per quos pretores quorum amicorum et de
uoce dimissis per domos ceruit-
riambus consecrat ad est hoc uocabulum
luctu liberavit. Nero eius Caligula
sentencia sit insequitur et describe quod
non fuit unum sint sed ut rectos coelos
lacerat et urbes sed fluvia et
tuta ab eo sepe dolor et gubernat.
Cesar rex persarum totius suis nacionis
vendidit Lyciam unde ex eo Thmoularea
loco nomen et reperisse altera indicas
quod non tota capita periit nomina
que pene deleta quasi dicatur ali-
quid passi forent ethiopes quam ab lu-
gens viuente spem suam maturabit a
capillam. Alii hec non ex his superius
manibus excepatur sed in uite unus
que legatos libera uiri si dederant
quod gracilem regibus nomina ab ampli-
ses sciebat et non prius comunicabit

non exploratis itineribus provisis parte-
na trahebat omnem bello utilem turbam
quam intra primum iter deerant necessaria nil
quoque post ministrabat sterilis et inculta
humanoque vestigio inculta regio. Su-
stinebat famem primo tenerrima fron-
dium et cacumina arborum, tum coria igne
mollita et quicquid necessitas cibum fece-
rat. Postquam inter harenas radices
quoque et herbe defecerant apparuit-
que inops etiam animalium solitudo, decimum
quemque sortiti alimentum habuerunt fa-
me sevius. Agebat adhuc ira regem
precipitem cum partem exercitus amisisset, partem
comedisset donec timuit ne et ipse
vocaretur ad sortem. Tunc demum signum
receptui dedit. Servabantur interim
illi generose aves et instrumenta epularum
camelis vehebantur cum sortirentur mi-
